Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Sibrand

Urbis Lubecae & Anseaticarum: nec non Imperialium Civitatum, Iura Publica

Rostochi[i]: Ferberus, 1619

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730599981

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730599981/phys_0001
DFG

Rf-3449.

~~Mk-1507.~~

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730599981/phys_0002
DFG

URBIS LUBECÆ
&
Anseaticarum:
nec non
Imperialium Civitatum,
JURA PUBLICA,
Per
D. JOANNEM SIBRANDUM R.
enucleata.

Der Stadt Lübeck/
Vnd
Anderer Ansehe/
Wie auch
Reichs Städte/
Jura, Herrlig: vnd Gerechtigkeiten.

Ex. Bibliotheca Academiæ Rostochiensis

ROSTOCHI
Litteris & Impensis meis excudebam Augustinus Ferberus.
ANNO M. DC. XIX.

MEMORIÆ
Patrum conscriptorum, ingruente hac fatali periodo, Rempubl. Lubecanam capessentium, accensuit Autor.

H. Alexander Lüneburg.
H. Heinrich Brocks.
H. Laurentius Müller.
H. Matthias Kosse.
} Consulari auctoritate spectatissimis.

H. Martinus Nordanus, D.
H. Joannes Faber D.
} Nomophylacibus consultissimis.

H. Joachim Wiebeking.
H. Thomas von der Wickede.
} Cameræ præfectis meritissimis.

H. Johan vom Hagen.
H. Hyeronimus Luneburg.
} Capitalium rerum præfidibus vigilantissimis.

H. Heinrich Brembse.
H. Jürgen Paulsen.
} Tribuum Magistris solertissimis.

H. Heinrich Krumbstroh. Ædili probatissimo.

H. Paul Karckring.
H. Alexander Lüneburg.
} Stabuli magistris expertissimis.

H. Heinrich Köeler.
H. Bernhard Wedenhoff.
} Censur. præfectis fidelissimis.

H. Benedictus Winckeler/Subsyndicus.
H. Joannes Feldehausen/Protonotarius.
H. Joannes Braun Johan/Secretarius.
H. Fridericus Popping/Registrator.
} Reipubl. à Consilijs & Secretis eximijs.

MAGNIFICIS, SPECTATISSIMIS, CLARISSIMIS ET AMPLISSIMIS VIRIS,

Consulibus & Senatorij ordinis Reip. Lubecensis patribus: salutem precatur auctor.

AMplissimo vestro ordini, viri clarissimi, vigilias hasce meas inscribere compulit me labor ipse, vobis vestræq; Reipub. cumprimis, ut auctoribus jurium Lubecensium impensus. Quibus enim dexterius, quàm censuræ atq; tutelæ vestræ, hæ inscriberentur pagellæ? qui veluti prætores perpetui vestri juris estis, nec non ejusdē custodes atq; interpretes. Si enim in hisce statutorū articulis, aliquid reperitur dubij; uti dubijs scatet innumeris; idipsum meritò vestræ subjicitur interpretationi. Si quid in eis durum, uti ipsamet vestra ostendit præfatio; id emplastro æquitatis à vobis emolliendum. Si quid contrarium, uti antinomiarū cōgeries aliquādo docebit; id vestro fœliciori ingenio & judicio maturiore ad consonantiam revocandum. Si quid superfluum, falce novarum constitutionum, è pharetra vestra depromendarum, amputandum. Si quid obsoletum, & moribus modernis minus aptum, id nova lege, è penu vestro, obli-

terandum, abrogandum, & ad mores nostros reducendum. Adhæc quib. rerumpubl. formis, potius tres isti, priori hac parte enucleati magis conveniunt tituli, quàm huic vestrati? Titulus siquidem prior, ordinis vestri Senatorij auctoritatem, potestatem, ac formam imperandi brevissimè quidem indigitat; notarum autem subjectarum explicatio fusiùs nonnihil exhibet. Titulus alter, Civem vestrum instituit, quid eundem & bonum virum deceat; & quali obsequio, observantia ac studio magistratum suum complecti debeat. Non refero quæ titulus tertius de reip. vestræ bonis ἐν παρόδῳ, quasi per transennam monstret; sed rectius causas complures, jure ad hoc me impellentes, reticeo. Quanquam autem hæ pagellæ, non vestræ saltem Civitatis Jura publica, sed & corporis Anseatici, tum quoq; cæterarum Imperialium civitatum jura & regalia sublimiora, sparsim congesta comprehendant; & hinc minùs inconcinnè ijsdem omnibus & singulis inscriberentur: nec non ut sub communis patrocinij clypeo in lucem prodirent; tutiusq; juri committerentur publico. Tamen, ut dicam, quod res est, avaritiæ & lucelli sectandi suspicio idipsum dissuasit; animiq; recti propositum persuasit, vos, adversus malevolorum catervam, per cuniculos, sive aperto Marte Civitatis vestræ jura vellicantem, non meæ, sed vestræ caussæ patrocinium ultrò susceptur os: mihi enim, præter invidiam, hîc quicquam nec satum nec messum: Et agellus hic, non meos sed vestros teneat ac proferat fructus. Vestrum itaq; erit, apros sylvestres, privilegiorum vestrorum radices eruentes, depellere: hircos, olidos pampinas,

pampinas libertatis veſtræ vireſcentes, & ſublimiores ramos veſtros depaſcentes, arcere: hocq; ipſo, fœliciora ingenia excitare, quò veſtrorum omnium communem hortum promptiùs atq; alacrius excolant, æſtum invidiæ fortiùs ferant, ac zoilorum morſus minùs reformident. Minimè enim vos latent ſcidæ, non ita pridem ſparſæ, quarum tamen argumentum rectiùs tegitur, quàm in ſcenam producitur. Nec verò etiam exculiores, latijq; ſermonis peritos movebit, vernaculæ linguæ immixtio, & repertorij, nullo contextu, nec ordine convenienti adjectio. Hoc enim non politioribus, germanæve linguæ corycæis, ſed latini ſermonis prorſus ignaris dictum ſcriptũq;; ne more ſolito hi miſelli de facili rabulis, ac nummorum harpijs prædæ ſint; ſed in judicium pertracti, ſemetipſos de jure ſuo informare, quò maturiùs dexteriùsq; deliberare queant, nũ agere vel cedere illis ſit conſultius: cum & hac de cauſſa jus hoc veſtrum ſtatutarium vernaculo idiomatè promulgatum & editum eſſe, præfatio doceat: ut ita, auctores noſtros imitando, minùs hîc nos arbitremur peccaſſe: atq; utinam in hoc Gallos, Hiſpanos atq; Italos aliasq; gentes imitaremur nos Germani, quæ non patria ſaltem jura, ſed & quosvis auctores probatos, juxta & ſingularum facultatum interpretes ac leges, materno idiomate exprimunt, ac rude vulgus, non ſine fructu ingenti, erudiunt. Verùm de his alibi commodius. Valete & favete veſtri juris amanti. Exaratũ Roſtochii, eo die quo ducentis ab hinc annis Academia hîc noſtra eſſe cœpit, & Jubileum DEO illuſtriſsimis ac ampliſſimis patronis cecinit; qui incidit in XIV. Novembris, anni clɔ. Iɔ. XIX.

LECTORI BENE VOLO,

Juxtà &

ZOILO IMPROBO.

Licet haud sim nescius, eos, qui perfido hoc seculo luci quid committere satagunt, nequaquam evitare posse, quin zoilorum, imò eorum qui se amicos profitentur, linguis se confodiendos objiciant: supercilioſorum, & heteroclitorum capitum, nec non & Arcadicorum censorum judicijs indoctis, nec rarò & convicijs se proscindendos propinent, & quasi ludibrio exponant. Tellus siquidem, hoc agmine Malorum abundat. Bonorum verò numero extremè eget; uti jam pridem & ipse Aristoteles V. politicor. scripsit: Boni viri nusquam centum? Mali ubiq; plurimi. Quo enim, auctore Plinio, canis est pulicosior & scabiosior, hoc in allatrando, & morsu ac judicio canino proferendo promptior, expeditior & exercitatior. Reperiuntur tamen etiam nonnulli boni, solideq; docti, qui dextrè etiam de rebus non adeò sublimibus judicant, & de via minùs trita aliquatenus deflectẽtẽ aut aberrãtẽ in viã reducunt, potiusq; conatum quàm vires perpendunt, incedentiq; calcaria addunt: quod & ipse, in edita differentiarum centuria prima, comperi. Extrudendo enim illam haud pauci graves & eruditione præstantes viri, auctores mihi exstiterunt, ut opus cœptum perficerem, nec labori parcerem, promissi memoriam mihi suggerentes, ac debiti prioribus pagellis promissi præstationem exigentes. Quo amicorum postulato non tam excitatus, quam severissimo Jehovæ præcepto permotus, quo maledictum pronunciat, qui opus DOMINI fraudulenter facit, mihi parendum censui; idq; tanto magis, quò vox hæc tremenda quotidiè aures meas personat, ac clangore acutissimo replet, auditumq; meum vellicat

licat; ne pondiolum mihi concreditum, etiam hoc ipso tempore, quo invidorum ac malevolorum injuriæ idipsum prorsus sepelire conati fuerunt, absconderem, sed reipubl. litterariæ meo loco pro virili prodessem. Utut autem ipsemet facilè intelligam, lubensq; profitear, me hic rem viribus majorem aggressum esse, ac labyrintho plus quàm dædalico me involuisse: attamen quemadmodum veritatis amor & studium, uti & patriæ debitum, cui nati sumus, eos, qui potius boni esse, quã videri volũt, adeò devinctos tenet, ut potius curis, alienis se macerare, alijsque inserviendo semet consumere, quàm vel semiunciam ponderis, à dispensatore cœlesti sibi crediti, sinistrè collocare cupiant: Sic & ego, citra tamen ullius, sive Heroïs, sive servi injuriam, mentem meam explicare, & acutiores ad solidiorem meditationem invitare studui. Secùs qui de nostro ingenio, vigilijs ac dictis judicatis manifestò in nos injurius existit; Ast quo cujusq; animus est candidior, hoc ipso & in judicando, procul dubio, circumspectior, nec dere haud plenè lecta aut intellecta immaturum proferet judicium. Priùs itaq; leget, releget ac ruminabit, quam judicabit, ne judicium cognitionem præcurrat aut antevertat. Nec etiam quempiam nobis vitio daturum censemus, quod à cœpta differentiarum forma recesserimus; diversamq; modo exorsi simus methodum. Labor enim is, neq; dum penitus friget, sed pro re nata, & gratiore aura nobis reaffulgente, solem exorientem ulterius adspiciet, caloremq; recipiet nativum. Uti & parum interesse arbitramur, an fœtum hunce nostrum vobis holoserica, aut linea offeramus tunicella; cum prudentiores, non continentis forma exterior, sed contenti facies interior moveat, & sani non tam colore, quam sapore mali punici delectentur. Aut quinam usque adeò ingratum se exhibebit, qui equi donati dentes numeret; aut donatori modum, tempusve præscribat? Perinde itaque veritatis, & non subtilitatis studioso hac vice erit, num mentem Lubecanarum constitutionum centuriata, vel paraphrastica methodo percipiat, ac nucleo fruatur, quamvis & hanc tractandi rationem haud insuavem putamus.

Hisce valebis, & si bonus es, bono, benè cupies, & morsu abstinebis.

SVmmos Reipublicæ honores scapessens, si JURIS PUBLICI, in cujus cognitione & exercitio præcipuùm universitatis consistit. *leg. 1. ff. de Justit. & Jure lege pupillus §. munus ff de verb sign.* est ignarus, æquè regimini: Ac nauclerus cæcus, rati periclitanti; Vel claudus catulus venationi celeres pedes exposcenti, conducit.



Der Kayserlichen frayen vnd des Häyligenn Reichsstadt Lübeck STATUTA vnd Stadtrecht.

Auffs Newe vberseehen / corrigiret / vnd auß alter Sächsischer Sprach in Hochteutsch gebracht.

CÆSareæ, Liberæ necnon & Imperialis Civitatis LUBECÆ STATUTA sive Jus municipale.

De novo revisum, correctum & ex prisco Saxonum idiomate in Misnicum translatum.

A PERI-

PERIGRAPHIS JURIS LUBECENSIS

SECTIO PRIMA.

Der Käyserlichen.

SUMMARIA.

1. Imperator Germanorum quartæ & ultimæ Monarchiæ legitimus Custos & Successor.
2. Imperij Civitates insigniuntur appellatione Imperiali & Cæsarea, ad docendam earum qualitatem eminentiorem ac statum evectiorem præ cæteris.
3. Liberæ Civitates Imperiales Italicis liberis parùm cedunt.
4. Inscriptio verbi der Käyserlichen quid designet.
5. Civitates Imperiales immediatè à suo capite invictissimo Imperatore dependent.

1. Wie die Käyserliche Mayestath vermüge Göttlichen Worts/ der vierdten Monarchey/ rechtes Oberhaubt vnd *successor* ist.
2. Also werden die Reichsstädte Käyserfrey / vnnd des Heiligen Reichs Städte genandt/ jhre Hoch: vnd Frepheit dadurch zu bezeichnen.
3. Die Reichsstätte geben den Italiemischen Freyenstätten an macht/ gewalt/ Herrlig: vnd Gerechtigkeit wenig zuvor.
4. Das Wort der Kayserlichen zeiget an/ daß Lübeck vnmittelbahr vnter den Käyser vnd das Reich gehöre.
5. Die Reichs Stätte gehören ohne mittel vnter den Käyser vnd das heilige Reich.

Lube-

6. LUBECA Imperatoria hac voce insignita est, ut Dominatus, Imperij, Regaliorum, & Superioritatis jus inde eluceat.

7. Vox Cæsarea & officij & personæ notationem infert.

8. Actio Majestatica diversa ab actione Imperatoris privata.

9. Illa dicitur Divina & Imperatore digna, ac à proceribus Imperij laudata.

10. Hæc actio humana & privata.

11. Uti nec illa non nisi consentientibus Imperij proceribus subsistit.

12. Imperator, ordinem Electorum, Principum ac Civitatum immutare vel legem Imperij fundamentalem ferre seu abrogare nequit.

6. Lübeck wird dahero eine Käyserliche vnd des Heiligen Reichs Freystadt genandt / damit jhren freyen dominat / Gericht / Herrlig: vnd Hoheit anzudeuten.

7. Käyserlicher Mayestat Person / auff zweyerley art zubehertzigen.

8. Weit ein anders ist Käyserlichs Gebott vnd Handelung / weit ein anders ausserhalb Käyserlicher Freyheit vnd Macht / etwas vornehmen vnd gebieten.

9. Obige ist ein Göttliches vnd von den Reichs Stenden approbirtes Gebott.

10. Diese geht vnd erstreckt sich in Reichshändele weiter nicht / dann eins privati Verordnung.

11. Allgemeine Reichshändel / müssen mit vorwissen vnd beliebung der Reichsstände / consultiret vnd effectuiret werden.

12. Die Kay. Mayst. ist nicht bemechtiget einigen Standt der Chur oder Fürsten / noch der Stätte zuverendern / oder allgemeine Reichssatzung ohn deroselben vorwissen zu *promulgiren* noch abzuthun.

13. Unius ejusdemq; personæ diversa consideratio, non infrequens.

14. Vox Rubricæ: der Kayserlichen, quomodò contẽplatione Imperatoris accipienda.

15. Liberæ imperij Civitates non Imperatoris personæ, sed officio, libertatis suæ concessionem rectè acceptum ferunt.

16. Libertas Civitatum Imperialium non nisi justa de causa & conspirantibus Imperij statibus diminutionem recipit.

17. Cur voces Cæsaris & Imperij adeò arctè sint conglutinatæ.

18. Lubeca alijq; Status Imperij non solius Imperatoris, sed & Imperij sunt beneficiarij.

19. Regia & pia vox Maximiliani.

13. Es ist nicht vngewönlich/ daß eine Persohn nach seiner vnderschiedenen Qualiteten vnd *officien* angesehen vñ betrachtet werde.

14. Das wort Kayser bedeutet allhie nicht seine Mayt. eigene/ sondern Mayestetische Persohn.

15. Die Reichsstände vnd Stätte haben jhre Freyheit nicht der persohne/ sondern Kayſ. May. zuzuschreiben.

16. Kein Kayserliche Frey Reichsstadt kan ohne gnugsame vorhergehende vrsache/ vnd der sembtlichen Stände Beliebung jhrer Freyheit entsetzet werden.

17. Auß hochwichtigen Vrsachen werden diese Stätte des Käysers vnd heylige Reichsstätte *intituliret.*

18. Lübeck vnd andere Stende des Römischen Reichs/ seynd der Käyſ. Mayſt. vnd zugleich des Reichs *Vasallen* vnd Vnderthane.

19. Der löbliche Käyser Maximilian hat den vnderscheit der Kayserlichen Hoheit vnd persönlicher Niedrigkeit sehr Christlich durch sein *symbolum exprimiret.*

Impera-

IMperatoria hæc † 1. Cæsarea, *Majestatis regnantis vox, quemadmodum uni soli Romano Germanorum Monarchæ, uti omnium illustrißimo ac celsißimo Individuo ac legitimo quartæ Monarchiæ custodi ac Successori attributa.* leg. Digna vox. Cod. de legib. ibiq; interpret. Daniel cap. 8. & 11. † 2. *Sic Cæsareæ vocis* **der Kayserlichen** / *Encomium, Civitatibus Imperij inditum, earundem* sublimiorem statum, Eminentiam, Dominatum & nobilius imperium *præ cæteris urbibus eis concessum designat; cum derivatum à rei derivatæ qualitate & substantia plurimùm capiat, homuncio enim, licet minor sit homine, qualitatē tamē hominis habet;* ut Priscian. lib. 2. docet. † 3. *Illæ enim præ his quantum inter viburna Cupressus capita extollunt, & Italicis liberis (modò dextrè, Venetijs exceptis, liberæ dicendæ) hactenus nihil cedunt, ni fortè easdem superant, ut suo loco dicemus.* † 4. περιγραφὴ *itaq;* **der Käyserlichen** *immediatam LUBECÆ* † 5. *& cæterarum liberarum civitatum à Cæsare ceu capite suo dependentiam designat. Cum enim Vrbs Lubeca, uti & cæteræ, imperatoria hac voce sit dignata, non sine gravi causa prodromi loco vox hæc Cæsarea in frontispicio hujus operis est collocata,* † 6. *ut tetras hæc syllabarum earundem Civitatum tetracolon,* sublimioris nimirùm juris, Dominatus, Imperij, & Regaliorum, *synoptica indigitatione demonstraret: Et tum illu-*

stris dominij concedentis, tum ejus, cui concessio facta est, qualitatem dilucidè ostenderet. † 7. *Vox enim Cæsarea—, in celsissimi individui persona considerata, & OFFICII & PERSONÆ notationem inducit: sive ut nonnulli authumant, & REALEM & PERSONALEM functionem designat.* † 8. *Actio namq; Majestatica— planè diversa est ab Imperatoris actione privata;* † 9. *cùm illa, quatenus cum reip. bono expeditur, dicatur divina—, & quasi cœlo delapsa—.* † 10. *hæc autem humana & privata & ab illa distincta—.* † 11. *Idcircò etiam illa—, non nisi adstipulantibus Imperij, Regniq; proceribus subsistat, nec Imperatori soli de libertate, privilegijs & Immunitatibus Imperij disponendi potestatem tribuat:* † 12. *nedum Statuum sive Electorum, Principum ac Civitatum ordines immutet, legem Imperij generalem citra Comitiorum applausum ferat, vel simile quid tentet.* † 13. *Nec enim insolens est, ut una eademq; persona diverso consideretur respectu. Numa siquidem Pompilius & Rex fuit & flamen—. Complures itidem heroes Germaniæ & Episcopi & Principes salutantur.* † 14. *Quare hæc vox Rubricæ nostræ* **der Käyserlichen**, *non de privata Cæsaris, sed publica Imperatoris persona ejusq; officio est accipienda—.* † 15. *adeò ut Civitas hæc Lubeca & quævis alia Imperialis, cui jura— sua confirmata sunt, id non individuo, seu personæ, sed officio regnantis majestatis rectè acceptum ferat;* † 16. *deq; hoc certa sit, Reipublicæ istiusmodi libertatem nullam capitis di-*

minutio-

minutionem passuram, ni majestatica disquisitio præcesserit, & Imperator vasallis majoribus & minoribus stipatus, conscenso tribunali sedens rem omnem probè discusserit, & judicium ex calculo Comitiali tulerit. † 22. *Non enim frustrà aut temerè par hoc vocum* **der Käyserlichen vnd des Reichs** *arctissima conjunctionis copula, ET, connexum est,* † 23 *sed eo fini, ut omnes Imperij status informet,* Lubecam *non solius Imperatoris, sed & Imperij esse beneficiariam: quanquam distinctæ hæ personæ & officij voces in concreto Imperatori tribuantur, & promiscuè, nec rarò etjam abusivè accipiantur.* † 19. *Vnde Maximilianus Imperator perquàm heroicè utriusq; rei notationem vernaculo adagio,* **Ich bin ein Man/als ein ander Man / ohn daß mir Gott die Ehre gann** / *expressit, & officij dignitatem à personæ qualitate sejunxit.*

SECTIO II.

Freyen.

SUMMARIA.

1. Liberæ Imperij civitates non sunt unius generis, conditionis aut qualitatis.
2. Earum quædam dicuntur simpliciter Imperiales.
3. Aliæ liberæ Cæsareæ & Imperiales.

1. Vnter den Reichsstätten ist ein mercklicher vnterscheit.

2. Derer etzliche werden nur bloß Reichsstätte geheissen.

3. Andere führen diesen nahmen Kayserlicher freyer vnd des Hayligen Reichsstätte.

Lube-

4. Lubeca ad classem liberarum Imperialium, & quidē præcipuarum referenda.

5. Lubeca, auctore Crantzio & alijs, gladio & sanguine privilegia sua impetravit.

6. Dicuntur liberæ, quod à capite liberrimo Imperatore dependeant.

7. Lubeca & cæteræ Imperiales Civitates habent jura principum realia.

8. Liberæ Imperij Civitates non injuria comparantur cum liberis Italorum rebus publicis.

9. Liberis Imperij civitatibus jura superioritatis competere, communior & præstantior JCtorum & practicorum schola docet.

10. Minus concinnè nostro hoc seculo civitates & magistratus municipiorum Italicorum

4. Lübeck ist auß den Vier vornembsten Reichsstätt eine.

5. Lübeck hat mit hülff vñ erlaubnuß Kayser Friedrrichs des Andern Anno 1226. durch schwert vnd blut jhre Freyheit vnd Libertet widerumb erobert.

6. Die Freyen vnd Reichsstätte werden auch dahero Frey genant / daß sie jhre Freyheit von dem Allerfreysten Heupt der Christenheit haben.

7. Lübeck vnd andere vornehme Reichsstätte haben Landesfürstliche Obrigk: aber nicht hoheit.

8. Die Keyserliche Freye vnnd Reichsstätte geben den Italianischen freyen Stätten / Venedig außgenommen / an Macht / Herrlig: vnnd Gerechtigkeit / sonderlich im Justitien Werck weinig / oder gar nichtes zuvor.

9. Daß Reichsstätte vorbesagte Hoch: vnnd Gerechtigkeit haben / bezeugen Teutschen Reichs erfahrnste vnd gelarteste Mennet.

10. Anitzo seynd die Römischen Stätte vnd Obrigkeiten / mit des Reichs vnd andern Stätten

licorum

licorum cum noſtratibus conferuntur.

11. Civitates liberæ hodie, non privatorum, ſed ſtatuum Imperij loco habentur.

12. Non ſaltem dicuntur Civitates, ſed & rerumpublicarum nomine dignantur.

13. Omine minùs fœlici paradoxon illud, Principem inferiorem tantum in ducatu ſuo poſſe, quantum Imperator in Imperio, exortum puto.

14. Æquali ratione paradoxon illud, liberis Imperij Civitatib. quàm principibus aſſignatur.

15. Liberæ Civitates jure, inter ſtatus Imperij numerantur.

16. Liberæ civitates etjam à libero territorio nomen liberæ reip. obtinuerunt.

17. Lubecam quadrigale en-

keins weges zuvergleichen.

11. Reichsſtätte ſeynd numehr keine gemeine oder eigne Stätte / ſondern ein ſtandt des Reichs / die jhre *Seſſion*, Stim̃e vnd *vota* auff Reichsverſamblungen haben.

12. Sie führen nicht allein Freyer Reiches Stätte / ſondern auch der Republiken rühmlichen nahmen.

13. Daß der mittelbaren Obrigkeit in jhrem Gebiet ſolche macht / als dem Käyſer im Römiſchen Reich / zugeſchrieben wird / iſt mehr zu *improbiren* als zu *approbiren*.

14. Mit gleichem beſtande wie den Reichsfürſten / kan ſolche meinung auch *in jurib. realibus* den Reichſtätten zugeeignet werden.

15. Die Käyſerliche freye Reichsſtätte werden vnter die Stende des Reichs geachtet vnnd gehalten.

16. Die Reichsſtätte werden von jhrem Freyen Gebiete vñ Landſchafft Frey genant.

17. Lübeck iſt eine von den

comium liberiorem reddit.

18. Quadrigale hoc vinculum Civitatum Imperialium prædictarum habet suum misterium.

19. Collegium Anseaticum de extraordinario censu conferendo, compellatum, libertatis allegatione, se duplicato oneri subduxit.

20. Memini Anseatici fœderis Civitates, per legatos de censu, liberali conferendo fuisse compellatas: sed allegendo libertatem excusationem meruisse.

21. Civitates etiam à com-

Vier Stätten des Römischen Reichs.

18. Der Band der Vier Reichsstätte / als Außpurgk / Aach / Metts vnd Lübeck hat seinen vorstand / vnd werden nit ohn vrsache inn den Reichsbeschreibungen *conjungirt*.

19. Die Reichs vnd andere des Hänsischen Bunds *Vnirte* Stätte können zu zweyfachen oder *extraordinar* Reichssteuren / wann sie die bewilligte abgetragen / nicht angehalten werden.

20. Es haben zwar die Römische Käyserlich Majestath die zu Lübeck anwesende Hänsische Stätte durch jhre Vornehme Legaten vnd Botschafften vmb *contribuirung* einer Freywilligen *Extraordinar* Türckensteur gnedigst lassen ersuchen: Seynd aber auff jhre angezogenen Freyheit / vnd daß sie an jhrem Ort *contribuiret*, deshalber genedigst entschüldiget gehalten.

21. Die Stätte werden auch dahero Frey geachtet / weil jhnen die Kauffart / Handel vnd mercio-

merciorum libertate liberæ dicuntur.

Wandel soll vnd muß im gantzen Römischen Reich/ vnd sonsten Frey seyn vnnd gelassen werden.

22. Commerciorum utilitas non satis commendanda.

22. Daß die Niederlendische Stätte vñ Stende so hoch kostbare Kriege gefüret vnd Armaden vnterhalten / haben allein die *Impoſten* vnd *Intraden*, so sie vom Kauffman durch Gottes Segen gehabt/ein vnd zugetragen / welches billig allen Regenten die Augen soll öffnen / daß sie vber den Kauffman/ deren Stätte vnd Handel steiff halten / vnd die *Commertia* vnnd *Manifacturen* durch *privilegia* vermehren.

23. Mercator amat libertatem & fugit servitutis ergastulum.

23. Der Kauffman/ wil *libertatem commerciorum* vnd einen Freyen Handel vnnd Wandel haben: Vnd der die haben wil/ der lasse den Stätten jhre Freyheit.

24. Privilegiorum & Civitatum mastiges tum dominis tũ subditis pernicioſiſſimi.

24. Stätter Feynde vnd Friedensstörer seynd so wol den Herrn als Vnterthanen höchst schädlich.

25. A voto libero, quod Civitates Imperiales habent

25. Die Reichsstätte werden auch dahero Freye Stätte genennet/ daß sie auff Rechtag-

in Comitijs,& vocantur liberæ.

26. An Imperatori liberam Imperij Civitatem ingredienti deferatur omnis potestas & Jurisdictio.

27. Sunt qui Imperatori, urbem ingredienti, idipsum tribuant.

28. Vti Sole exoriente offuscantur cæteræ stellæ,non verò vis & efficacia earum perimitur: Sic præsentia Majestatica, splendorem minorum magistratuum imminuit, non tollit.

29. Jus Saxonicum hoc

gen vnd *Consultationen* jhr dritte *Votum*, freye Stimme vnd Wahle haben.

26. Wann Käyserliche Mayest: inn eine Reichsstadt jhren Kayſ: Einzugk / oder daselbst Reichstag helt / Ob alsdann der Stadt Obrigkeit alle Gewalt vnnd Herrligkeit/durch Jhrer Mayest. Anwesenheit entzogen werde.

27. Es seynd etliche der meinung/ daß Käyserlicher Mayſt: solches zustehe/wiewol deren meinung weinig in Rechten ergründet ist.

28. Ob gleich der auffgang der hellen Sonnen alle andre Gestirne vertunckelt / nicht aber jhnen jhren Lauff / Krafft vnd Wirckung benimbt/Alſo auch die Käyſ: Mayest. wann sie in jhre vnd des Reichsstätte kompt / ist deren Obrigkeit Hoheit gleichsam verdunckelt/ aber nicht benommen oder sie derselben *priviret*.

29. Das Sachsen Recht/welches da sagt / daß der Käyser allenthalben die Gerichte ledig finde/redet nur von casu ut

casu ut accipiendum.

der Gerichtsgewalt / welche Käyserliche Mayest: vber alle die / so in jhren Käyserlichen *Comitat* werden befunden/vnd zu Recht gestellet / *exerciret*, Nicht aber von denen / so vnmittelbahr vnter der Statt Obrigkeit / Bottmessigkeit vnd Gebiete seyn.

CUm *Imperij Civitates* † *non vnius generis nec* 1
qualitatis sint : juxta Decisiones Cameræ in verbo Civitas. Christophor. Besold. classe 1. disput. 9. de statu reipub. subaltern. th. 11. † *Sed quædam dicantur simpliciter & nudè Imperiales*, **Reichsstätte** / *quas Germaniæ Reges vel Cæsares condiderunt, & quæ Imperio statim in earum exordio addictæ fuerunt.* 2
Vti Munsterus in sua Cosmographia 1. cap. 18. indigitat, & Besoldus de statu reip. subalterno d. loco tradit. † *quædam verò liberæ* 3
Cæsareæ & Imperiales Civitates, **Käyserliche Freye vnnd des Heiligen Reichs Stätte** / *quæ olim sub jugo fuerunt Episcoporum seu principum secularium, eoq; excusso sese ultrò Imperio subjecerunt*. Matth. Stephani de Jurisdict. lib. 2 part. 2. cap. 1. num. 82. Paurmeisters lib. 2. de Jurisdict. cap. num 14. Besoldus d. loco. † *Et* Lubeca *ex earum numero haud postre-* 4
ma sit, quæ jugum servitutis excusserit, & ultrò Imperatori ac Imperio sese addixit. † *Testibus enim Abbate Sta-* 5
dense Alberto Crantzio, Dno. Chytræo, Hermanno Bonno,

alijsq; historiographis, Vrbs Lubeca sub Annum CIↃ CC XXVI. *annuente Imperatore* FRIDERICO *secundo, singulari stratagemate jugum injusti dominatus excussit, & copijs Episcopi Bremensis, Ducum Saxoniæ & aliorum adjuta, libertatem recuperatam defendit:* de quo vide Crantz. Vandal. lib. 7. cap. 9. *ubi ait*, Lubecam sanguine & gladio privilegia acquisivisse. *Vnde meritò Encomium*, **Einer Freyen Reichs-Stadt** / *obtinuit, & fato secundo in hunc usq; diem libertate aurea gaudet.* † *Dici insuper Civitates Imperiales possunt* LIBERAE, *quod à capite liberrimo Imperatore dependeant, ab eoq; liberi status Jura & suprema beneficia, qualia sunt* superioritas, Dominatus, Regalia, Jurisdictio, Imperium, *& quæ huc præterea tendunt, consequuta sint ac teneant.* † *Rempublicam enim Lubecensem, & cæteras Imperij Civitates, quæ pari cum ipsa, jure gaudent, habere jura superioritatis & liberi regiminis, imò jura principis, quod de Reali principum jure non personalia accipio*, Ut Matth. Stephan. de Jurisdict. lib. 2. part. 2. cap. 1. n. 63. tradit, testatur insignis ille & Imperialium jurium scientissimus practicus Andreas Gail. lib. 2. Obs. 57. n. 7. *De cujus mente quo minus ambigas, eum de nostris Imperij Civitatibus loqui, conjunges cum præmissa observatione capitis Sexti, num.* 11. *lib.* 1. *de pace publica.* *Quodipsum etjam innuit eximius ille Italorum historiographus Franciscus Guicciardinus* lib. 2. histor. 2. *qui in hanc sententiam liberas Germaniæ Civitates describit: Recognoscere eas quidem certis & definitis quibus*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730599981/phys_0024
DFG

tis quibusdam pensionibus auctoritatem Imperij; cæterum ipsas, suis ferè moribus ac magistratibus gubernari. † 8
Unde Scipio Gentilis in tractat. de Jurisdict. lib. 3. cap. 23. *ait*, *Liberæ Germaniæ Civitates, jure videntur cum Rebuspublicis Italicis comparari; qui & de his paulò ante hunc in modum docuit*: Eas tantum posse in suo populo ac territorio, quantum Imperator in suo Imperio, neq; aliter de tali Civitate, quàm de ipso principe & Cæsare judicandum esse, *allegans* Bartolum in leg. Infamem. ff. de publicis judicijs.
† *Et Rutgerus Rulandus in tractatu suo de Commissarijs & Commiss.* lib. V. cap. IV. num. 41. ait: *Civitates Imperiales habere archiva, dubium non est, primò quia ijs competunt Regalia* & jura Principum, & sunt incorporatæ non minùs quàm principes, prælati & Comites. *Plura fundamenta videri possunt in consilio sive libello, cui titulus*, **Summa vnnd Einhalt aller vbergebenen** *Acten* **vnnd darauff gestelleten Rahtschlägen / der Erbarn Freyen vnnd Reichs Stätte** *Session*, **Standt vnnd Stim belangend** / *à Ludovico Grempio & Hieronymo* **Zuenlamb.** 9
Joan Dauth. in sua hypotyposi sectione 7. † *Nec mirum*, 10
Civitatibus Imperialibus hæc jura esse tributa, sed cum Scipione Gentile, d. cap. 22. potius miremur, Doctos viros ex Romanorum Civitatum statu, hodie ad Civitates liberas & Imperiales argumentari.
† *Dicuntur insuper hodiè, à mutata Reip. forma*, 11
liberæ,

liberæ; cùm non, ut apud Romanos, haberi poßint ſervæ, ſeu privatæ, quæ privatorum loco æſtimabantur. leg. Bona. leg. eum qui æ. de Verb. ſignif. *ſed tales, quæ in ſuis territo-*
12 *rijs utuntur liberi Status regimine.* † *quam ob cauſam etjam modò non ſimpliciter dicuntur Civitates, ſed* Reſpublicæ appellantur. Gail. lib. 1. de pace publ. cap. 6. num. 11. Scipio Gentil. d. cap. 22. in princip. Status Imperij. Gail. & alij
13 dictis locis. † *Quocircà ſi communis patriæ noſtræ vox iſta perniciosiſſima, Electorem & Principem tantum poſſe in ſuo Electoratu & Principatu, quantum Imperator in Imperio (de cujus tamen veritate non ſolum dubito, ſed ab ea tanquam aſſentatoria potius recedo) jure defen-*
14 *di & Germanico Imperio ſalutaris nuncupari queat;* † *aſſerendum & hoc, Civitates Imperij merè liberas, in ſuis territorijs, æquè id poſſe, quod Electores & principes, ad æ-*
15 *mulationem Imperatoris ſibi ſumunt.* † *Sunt enim Status, & quidem liberi, jura Principum habentes, vti* Gail. 2. obſ. 57. num. 7. *aſſerit, inquiens, Civitates liberas jura principis, & poteſtatem legis condendæ habere,* & tantundem in ſua republ. poſſe, quantum Imperator in
16 Imperio. † *Vocantur & à materia ſive libero territorio liberæ: tametſi Electorum ac principũ amplioribus territorijs quantitate id non reſpondeat, qualitate tamen & contemplatione regaliorum, inferius non eſt, cum majus & minus ſpecificam non inducant differentiam.* de qua re in Centuria noſtra prima pleniùs egimus.

Lubecæ

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730599981/phys_0026
DFG

† Lubeca *quoq; inter cæteras Imperij Vrbes, uti-* 17
tur nomine liberæ, cum una sit ex quatuor primarijs totius Germani Imperij Civitatibus. †. *Quadriga enim hæc* 18
Civitatum Imperialium, nimirum Augusta, Aquisgranum, Metis, & Lubeca, *forsitan privilegijs sublimioribus præ cæteris gaudent, & sunt Cæsareæ, nec non & Imperij Civitates.*

† *Est autem & alius hujus libertatis effectus. Me-* 19
mini enim, Civitates Anseaticas, per legatos Imperatoris de extraordinario censu seu collecta ad expeditionē Turcicam nomine collegij conferenda in Comitijs Anseaticis compellatas, & oratione plus quàm mellita de conferendo, & Cæsareæ Majestati obtemperando tentatas fuisse. † *Ve-* 20
rùm libertatis suæ fundamentis in contrarium submissè motis, ac ne præ alijs Imperij statibus & membris, dupli gravarentur onere, excusationem meruisse, atq; ita cervices suas jugo geminato exemisse. Præclarè enim Dominus Alciatus, de hujus libertatis prærogativa scribit his verbis: Germaniæ Civitates, quas illi Francas vocant, ut Imperatoris fastigium libenter agnoscunt; ita tributis se atteri violentia vegeri, & tyrannidi opprimi, non patiuntur. d. Alciat. ad leg. Censere in. ff. de verb. significat. *In hanc quoq; sententiam scripsit Francisc. Guiciardinus* lib. 7. histor. Italiæ, *Civitates Imperiales ideò dicuntur liberæ, quod certo &* definito censu *Imperij auctoritatem agnoscunt: In reliquis omnibus suis legibus, non Imperio suo augendo, sed*

propriæ libertati conservandæ operam dantes vivunt. Ideoq; ipsis principibus assimilari solent.

21 † Dicuntur præterea & hanc ob causam liberæ, quod earum Cives & Incolæ, in toto Germano Imperio secura libertate eundi ac redeundi fruantur, ac libero commercij jure gaudeant; Et id quidem ingenti totius Germani Impe-
22 rij cum emolumento: † mirandum namq; in modum libertas negotiandi Civitatibus & mercatoribus concessa, principum reditus & vectigalia auget, nec non opum & mercium affluentiam parit: cum illa peregrinos alliciat, commune ærarium ditet, ac pacis belliq; rerum gerendarum nervum firmet, principes potentes reddat, & Belga-
23 rum exemplo invictissimos constituat. † Omnes enim libertatis jucunditate demulcemur, & perpaucos invenias veros ac opulentos mercatores civitates aut regiones dura
24 servitute pressas inhabitare. † Caveant itaq; Civitatum magistratus, ne tam de privilegijs ijsdem concessis, imminuendis, quàm augendis sint solliciti; utriq; enim tam domino quàm servo, consilijs suis perversis in civitatum perniciem initis, extremum exitium accelerant.

25 † Appellantur & hinc liberæ, quod in Comitijs Imperij, votum liberum ijsdem competat. Licet hoc à nonnullis in dubium vocetur, quorum rationes congessit Dominus Arumæus, in suo primo discursu ad Auream Bullam: Contrarium tamen res ipsa loquitur, & testes innumeri, omniq; exceptione majores, qui Comitijs ipsimet interfuerunt, idipsum asserunt

asserunt; quibus & status Germaniei peritiores, candidum suum calculum adjiciunt. Meritò itaq; liberis Civitatibus jus hocce liberi voti relinquimus, de quo nec ipse Imperator, nec ullus Septemvirorum, aut Illustrissimus Principum cohors, unquam dubitavit, & magistrales illas quæstiunculas vanas, suis auctoribus committimus. de quo vide Arumæum d. loco ad auream Bullam discursu primo §. 7.

† *Est itidem effectus libertatis, ut Imperator Lubecam vel* 26
aliam ingrediens, non protinus radijs supremæ Majestatis splendorem hujus vel alterius Reipubl. exstinguat, sed eundem liberum relinquat, licet quodammodo obfuscet: quod haud inconvenienter declaratur illustri ista quæstione de jurisdictionis suspensione, utrum eo tempore quo Cæsarea Majestas vel homagij exigendi, aut alterius negotij expediendi gratiâ, urbem hanc Lubecam, vel aliam Imperij, ingreditur, exercitium hujus vel alterius juris, seu potius Jurisdictionis sibi penitùs sumat. † *Cùm nonnulli putent,* 27
advertante magistratu supremo, impediri Jurisdictionis exercitium, ac Imperatori ibidem subsistenti idipsum deferri: Majestatis siquidem splendorem ac supremam potestatem omnes Imperij concessiones ad se præsentia sua revocare, non secus ac mare rivulos ex se emanatos repetit. Et hoc argumento leg. 58. ff. de Judicijs leg. 5. Cod. de off. Rector. Vti & jus Saxonicum Imperiali Majestati specialiter hoc jus videtur reservasse, his verbis: **In welch Landt der Käyser kombt, daselbst ist jhm das Gericht ledig.** *Et non in-*

concinnè ab interpretibus traditum eſſe, Non ſecus ac ſole exoriente & horizontem occupante, cæteræ ſtellæ obfuſcantur ac quaſi intereunt, ſic Majeſtatis ſuprema adventu, omnes aliæ poteſtates, dignitates, & Imperia conticeſcunt. Guntherus in Ligurin. 2.

atq; omnis Judex, omnisq; poteſtas
Atq; magiſtratus ipſo præſente quieſcant.

Et uti Baldus ait: ubi loquitur ſuperior, ibidem tacere debet
28 *inferior.* † *Verùm uti ſol quidem obfuſcat ſtellarum ſplendorem, non autem vim & effectum ijs inditum perimit: Sic præſentia Imperatoris, adimit quidem ſeu quieſcere jubet perſonalem ſplendorem dignitatis, ne domini ſed miniſtri, præſente Imperatore videantur, non verò privat eos ſua præſentia, reali poteſtate, Imperio, & Juriſdictione, ſed potius adauget ſua præſentia privilegia, non ſecus ac Sol præſens virtu-*
29 *tem ſuam cæteris Planetis communicat. Nec proinde falſum, quod jure Saxonico conſtitutū reperitur,* **daß der Käyſer allenthalben die Gericht ledig finde**/*cum hoc de judicio in Domeſticos, & qui principi à ſervitijs ſunt, & in illuſtriſſimo cœtu ſeu comitatu, inveniuntur, exercito & exercendo accipiendum: hos nempè immunes eſſe ab imperio inferiorum, & judicia ſuperiori ubiq; eſſe aperta. Vt nec Civitas vel princeps inferior, de delicto à Cæſareis admiſſo judicium ſibi ſumere audeat. Tantum quoq; abeſt, ut allegatæ leges Romanæ, præſenti noſtro perpetuo magiſtratui, quid adimant, ut ne quidem dextrè minus Juridicè, ad præſentem Imperij*

& Ju-

& Jurisdictionis formam, in medium proferri queant: cum Jurisdictiones Romanæ non fuerint perpetuæ, sed ad nutum & jussum concedentis ilicò revocarentur. tot. tit. de off. ejus cui mandat. est jurisd. *Intrepidè itaq; statuimus, Magistratum hunc vel alium inferiorem, ad præsentiam superioris non fore obstrictum, ut Imperij & Jurisdictionis exercitium intermittat. Ex hisce satis evidenter apparet, unde Civitates Imperiales nomen liberæ obtinuerunt.*

SECTIO III.

Vnd des

SUMMARIA.

1. Besoldi opinio de priscis Imperij civitatibus, earundemq; subjectione.
2. Lubecenses Imperium præfecti urbis quondam agnoverunt.
3. Hujus verò memoria penitùs est abolita.
4. Copula, Et, conjungit officium & personam.
5. Majestas Imperantis à Majestate Imperij, tanquam fundamentum à fundamentato distinguitur.

1. Des Besoldi meinung von den Alten Reichsstätten vnd deren vnterwerffung vnd subjection / vnd wie dieselben von Voigten seyn gerichtet worden.
2. Die von Lübeck haben in vorzeiten auch einen Voigt gehabt / wie noch der blosse Nahme zu diesen zeiten vberig / vnd gebraucht wird.
3. Aber zu diesen zeiten weiß Lübeck von solcher alten Voigtschafft gar nichts.
4. Das wörtlein Vnd / füget das Ampt vnd Persohn aneinander.
5. Die Mayt. des regierenden Kayserß wird von der Mayst. des Römischen Reichs / gleich wie der Glantz vnd Wirckung der Sonnē von der Substantz der Sonnen / selber vnderschieden.

6. Imperatoris persona exstincta nihilominùs Majestas Imperij viget, floret, atq; coruscat.

6. Wann gleich der Kayser todts verblichen / so lebt vnd schwebt nichts minder dessen Mayt. gewalt vnd Regiment.

7. Licet singuli de collegio boni Imperatoris obitum jure lugeant: ipsum tamen collegium hoc casu non movetur.

7. Ob zwar ein jeglich der Chur vnd Fürsten eines löblichen Kayserß Todt für jhre Personen billig betrauren / so trauret dannoch das Hochpreißliche Churfürstliche *Collegium* nicht / weil die Käys: Mayt. auch *in interregno* lebet / vnd jhre krafft vnd wirckung hat.

8. Aliæ sunt leges Imperij fundamentales, aliæ comitiales, aliæ universales. De legibus fundamentalibus abrogandis cogitare, nedum verba facere, sacrilegium, & prolæsæ majestatis crimine habendum.

8. Einer / wie höhes oder niedriges stands der auch sey / der da von auffhebung des jtzo bestalten Römischen Reichs ordnung / oder der drey Stende trennung jchteswas gedencken / vnd vielmehr solches zu werck richten wolte / der beginge ein *Crimen læsæ Majestatis*.

9. Imperator de plenitudine potestatis Auream Caroli 4. Bullam & leges Imperij fundamentales abrogare nequit.

9. Die Käyserliche Mayestath kan auß aller jhrer macht die Güldene Bulle vnd grundfeste der Römischen *Constitutionen* vnd Satzungen nicht auffheben.

10. Alia est majestas Imperij alia Majestas Imperatoris.

10. Weit ein ander ist des Reichs / ein ander die Käyserliche Mayestath.

11. Imperator liberam Imperij civitatem sine justa causa & statuum consensu, demembrare nequit.

11. Der Käyser kan keine Stadt des Reichs / ohn gnugsame vnd vberwiesene vrsache / vnd ohne *consens* der Stende vom Reich *demembriren*, vnd zu endlichem vntergang verstossen.

Quan-

QVanquam in tractatu † de statu reip. subalterno Chri- 1
stophorus Besoldus, classe 1. disput. 9. th. 13. ex conjecturis
statuat, Civitates Imperiales, olim ita fuisse subjectas Im-
peratori, uti nunc principibus alijs, suæ Civitates municipa-
les, ut tum in ijs Imperatores per præfectos Imperiales, vul-
gò **Reichs Voigte** appellatos, jurisdictionem exercuerint,
& illas sæpius alijs jure pignoris tradiderint: † & huic con- 2
jecturæ, non leviter adstipuletur mos priscus Lubecensium,
qui etjam præfectum agnoverunt, & in hunc usq; diem
officij illius notam retinent. † Tamen vox hæc **der Käy-** 3
serlichen vnnd des Heiligen Reichs Stadt / satis clarè e-
vincit hodiernis moribus, ejusmodi quid Imperatori in libe-
ras Civitates non competere; cum non sint solius Impera-
toris, sed simul etjam Imperij Civitates, in quibus Impera-
tori nihil nisi officij, & summi magistratus ratione quid-
quam juris tribuitur. † Unde copula hæc conjunctiva ET, 4
vnnd / hic in verbis, **der Käyserlichen vnd des Heiligen
Reichsstadt** / Majestatem Imperij, non PERSONA-
LEM, sed saltem REALEM, cum Imperio conjun-
git: quamvis aliàs vtraq; qualitas omninò in persona Im-
peratoris consideranda veniat; † Interim Majestas Im- 5
perantis à Majestate Imperij, tanquam fundamentum à
fundamentato, suo loco, distinguatur. Christoph. Besold.
class. 1. disp. 2. de polit. Majestate th. 5. Realis enim Majestas ip
si Imperio seu Monarchiæ divinitùs constitutæ ut medulla
ossibus & anima corporibus inseparabiliter adhæret adeò ut
persona

persona Imperatoris exstincta, seu ex justa causa remota, etiam in ipso interregno hæc Majestas subsistat, floreat, ac vigeat. Henricus Velsten: Cent. polit. quæstion. decad. 3. quæst. 3.

6 † *Et quanquam boni principis obitus jure sit lugendus, non tamen ideircò statum Imperij, Majestate sua ullo modo orbatum esse, censendum est; sed ad exemplum Venetorum non lugubri veste, sed purpurei coloris toga sepeliendus. Libera enim respubl. etiam Aquilone adversitatum spirante & rigente, non luget aut friget: nihilo enim minus Individuo isto exstincto, in hoc* Reali *Majestatis culmine, adhuc vigent leges Imperij, Aurea Bulla & regni constitutionibus tantisper clausæ, quò de novo successore conventū.*

7 † *Quocircà nec personalis Majestas Imperatoris Realem mutabit, seu quicquam eorum quæ statibus Imperij concessa sunt, sine causa imminuet, nedum in aliam formam Imperium commutabit. Id enim moliri vel occipere sacrilegium, & delictum criminis læsæ majestatis plenum censendum est.* de quo vide Danæum 3. polit. Christian. cap. 6. Joan. Althu-

8 sium polit. cap. 6. † *Et has leges cum alijs non tantum fundamentales, sed Adamantinas ac ferreas, lapidemq; angula-*

9 *rem nostri Romano Germanici Imperij meritò statuimus:* † *atq; hinc verè politicum, nec non Juridicum & Christia-*

10 *num axioma esse reputamus,* † *Imperatorem nequaquam de plenitudine potestatis Auream sacri Imperij legem mutare, si milesq; Imperij constitutiones abrogare vel obliterare posse.* Bald. in cap. licet, de vit. de Elect. Heg. lib. 1. quæst. 5. n. 2. noviſſimè Dominicus

Arumæus in suo discursu ad Auream Bullam. §. 7. Joan. de terra rubea de jure succes. in regno Galliæ. Tract. 1. art. 1. conclus. 24. Bornitius de Majestate cap. 9. *Indeq; Majestas Imperantis Majestati Imperij se submittere tenetur.*

Vti autem Lubeca *& reliquæ Civitates Imperiales, non sunt solius Imperatoris, sed Imperatoris & Imperij: sic quoq; ubi de status immutatione seu demembratione hujus vel alterius illarum agendum, non solus Imperator, sed uterq; causam cognoscit & definit.*

SECTIO IV.

des Häyligen.

SUMMARIA.

1. Romanũ Imperiũ quare dicitur sacrũ, & Romani Imperatores sacratissimi.
2. Ethnici, Imperatores suos Deorum loco coluerunt.
3. Dixerunt imaginem imaginatam.
4. Sacræ tabulæ magistratũ dignantur titulo Deorũ.
5. Romani, Induperatorem sacratissimum salutarũt.
6. Pij principis animus à fastu ac vitijs abhorret,

1. Das Römische Reich wird ein Häyliges Reich geheissen / weil es von dem Häyligen Gott verordnet/bestetiget/vnd biß auff die Erne zehne erhalten.
2. Die Heyden haben jhre Oberhäupter wie Götter geehret/vnd dafür gehalten/ vnd nicht anders *veneriret* / als wann sie von Gott weren erzeuget.
3. Haben es vor Gotts bilde/ in Menschen gestalt verkleidet / geachtet.
4. Die Häylige Schrifft heisset die Weltliche Regenten Göttter.
5. Die Römer haben jhren Käyser den Titul eines Häyligen Monarchen gegeben.
6. Ein Christlicher Regent/wird sich nicht vom Teuffel der Hoffart/ wie Nabuchdo-

neq; ad exemplum Nabuchdonosaris se pro Deo venditat.

7. Quò pluris subditi faciunt magistratum, eò submissiorē is se illis præstabit: eoq; ipso fati clemētis favorē sibi conciliabit.

8. Carolina observatu digna metamorphosis.

9. Honor non personæ sed officio exhibetur.

10. Hoc docet exemplum seu fabella Æsopi.

nosar/ bereden lassen / daß er hie auff Erden ein Gott vñ kein Mensch sey / wie leider vielmahls in der that bewiesen wird.

7. Wie höher / wie niedriger / so wird dir der HErr holt seyn.

8. Der Großmechtige vnd mütige *Carolus V.* auff dessen Person so viel tausent Soldaten pflegen zu warten / hat nach abgelegter Hochzeit von den seinen so wenig auffwartung / daß er auch selber seines Brudern Gesandten muß das Liecht fürtragen. *Sic transit gloria mundi.*

9. Die Ehre / *Respect* vnd Hocheit / welche den Menschen Kindern / vnd in Regiment sitzenden Personen erzeigt wird / geschiehet nicht wegen der Personn / sondern des Ambts darein sie sitzen.

10. Der grosse Arcadesche Regimentrager mach sicherlich getrawen / daß die Ehre so jhme wird bewiesen / nicht seinem grossen Haubt vnd langem Gehör / sondern dem Häiligthum / so er tregt / geschehe. Dañ was hast du Mensch / nach der Lehr S. Pauli / welches du nicht von dem HErrn empfangen. *Quid itaq; gloriaris?*

1 *Romanū Imperium † dicitur sacrum, ejusq; moderatores sacrati, non quod hi heroës, ex obitu, in numerum Divorum referantur, ut antiquitas somniavit; sed quod à sanct Si-*

sanctissimo Deo Imperium illis sit concessum: Unde vetustas Majestatem cœlo delapsam finxit, ac ut Deam, Honoris & Reverentiæ filiam coluit. Ovid. 5. Fastorum:

Hinc sata Majestas, quæ mundum temporat omnem,
Quaq; die partu est edita, magna fuit.

† *Proinde, & ipsi Ethnici Imperatores dicebant* διογενεῖς, 2
id est, abs Jove editos. *Et Plinius in Panegyrico Trajani ait: Principem dat Deus, qui erga omne hominum genus vice sua fungatur.* † *Et Menander principem dixit* εἰκόνα 3
ἔμψυχον θεοῦ, *Imaginem animatam Dei.* † *idq; Codex sacer adhuc clarius expressit, ubi divino eos dignatur titulo,* Psalm. 81. 4
Ego dixi vos, Dii estis, & filij excelsi omnes, Psalm. 46. vers. 10. Exod. 7. vers. 4. & cap. 22. vers. 8. † *Unde & Romani suum* 5
Imperatorem sacratissimum salutarunt, & res ejusdem privatas vocarunt sacras. Brisson. lex. lib. 17. in verb. sacras. vide Sixtin. de Regalib. cap. 1. n. 31. † *Non tamen ad exemplum* 6
Nabuchdonosaris, superbiæ stimulo perculsi, se Deos falsò putent, † *verùm hac voce audita, protinùs sibi in memoriam* 7
revocent, se Dei vices sustinere, & quò sublimiores existunt, eò se submissiores gerant. Syrac. cap. *seq; ministros justitiæ non tàm ore quàm opere probent: idq; exemplo Imperatoris divi Friderici, in Authentica Habita, ibi, & nobis ejus ministris.* Cod. Ne filius pro patr. † *cui lubens subjicio catastrophen. Carolinam.* 8
Laudatissimus enim hic heros Carolus Quintus, cùm Ferdinando fratri

Imperium, & filio Philippo regna propria cessisset, navigaturus in Hispaniam, ibiq; quieti & vitæ monasticæ se dediturus, & Flissingiæ in Selandia secundum præstolaretur ventum; Seldius ad eum venit, à Ferdinando legatus, Cum hoc, autem in multam noctem producto sermone, Carolus tandem nola signo suis dato, ut facem digredienti præferrent: Et nemine comparente; alij enim cubitum, alij aliò concesserant, ipsemet Carolus, arrepto cereo, Seldium, quamvis reductantem, per scalas deduxit, ac digredienti ait, Hoc Seldi, te olim meminisse velim, Eum Imperatorem, qui quondam tot stipatus satellitibus, imò tot cinctus legionibus incedebat, jam relinqui solitarium, & à domesticis quoq; suis deseri: Eumq;, cui tot annos tu inservieras, jam tibi
9 *servire & cereum præferre.* Casp. Ens. lib. 1. Epist. † *En vobis albæ gallinæ filijs, singularis metamorphoseos notabile exemplum reliquit hic magnus Heros Carolus, quô humanarum vicissitudinum memores sitis, & HONOREM NON PERSONAE SED OFFICIO exhiberi certò statuatis.* † *Non sit itaq; nescius Arcadicus ille Heros, apud Æsopum, sacrũ mysteriũ gerens, non sibi sed sacræ rei honorẽ fieri.*

SECTIO V.

Reichs.

SUMMARIA.

1. Imperator nec minimam Imperij rem, nedum Civitatem alienare potest.

1. Käyserliche Mayt. kan das geringst von des Reichs Güter / oder einige Stadt davon bringen.

2. Cæsa-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730599981/phys_0038
DFG

2. Cæsaris est, non angustiores sed augustiores Imperij fines reddere.

2. Der Käyser soll seyn ein Mehrer vnnd kein Zehrer des Reichs.

3. Cornicei ac gallinacei pulli nonnulli sese iniquè plumis ornarunt Aquilæ.

3. Frembde Vogel haben sich ein zeithero mit den Adelsfedern vnzimblich geschmückt.

4. Nulla temporis præscriptione obstante, Imperator ab Imperio iniquè occupata repetit.

4. Es können dieselben / welche anjtzo des Reichs *Provincien*, vnd Stätte / dem Reiche vorenthalten / sich mit keiner / auch tausentjähriger *præscription* nit schützē / weil sie es mit vnrechtmessigem Titul / vnd bösen gewissen besitzen.

5. Carolus IV. promulgatione Bullæ Aureæ, maximam laudem: Alienatione verò Regni Arelatensis, & Civitatū Imperialium quarundam, æternam mali nominis notam, sibi reliquit.

5. Käyser Carol der Vierte / hat sich durch die Güldene Bull / einen rhümlichen nahmen gemacht / aber daß er vmb einer Mittages Suppen / dem Frantzosen ein gantzes Königreich vberlassen / vnd 16. Reichsstätte / den benachtbarten Potentaten / wider des Reichs *Libertet* vnd Freyheit verkaufft: daran hat er einen ewigen schimpff behalten / vnd der löbliche Käyser Maximiliā recht gesagt / daß das Römisch Reich kein gefehrlicher Pest gehabt hette.

1 *Civitates Imperiales, † non solius Imperatoris, sed & regni status esse, ex præmissis patet. Quocircà Imperator membrum Imperij ullum, quamvis minimum, nec alienare, nec belli tempore deserere potest.* Nicolaus Bethius tractat. de pact. Illustr. famil. fol. 7. Barthol. Musc. disput. de confrater-

2 nit. θ. 20. Besold. de Appellat. cap. 2. n. 16. † *aliàs non Augustiores, sed angustiores, Imperij fines reddet; parumq; memor sacramenti proceribus regni, & regno præstiti habebitur.*

3 *bebitur*. Marquar. Freherûs ad Petrum de Andlo. 2. cap. 8. † *Quamvis autem cornices quædam adulterinæ, pretiosioribus Regiæ Aquilæ plumis, haud parùm se vestierint; tantum tamen abest, ut hoc corpori Aquilæ sit fraudi, quo minus hac reviviscente, illas à malæfidei detentatoribus reposcere, & cornices inplumes constituere queat; cum mala illarum fides*
4 *universis, nedum illismetipsis nota sit.* † *Malæ namq; fidei possessor, non Nestorijs, nedum mille annis sèmet defendere minus tueri potest.* cap. fin. de præscript. cap. malæ fidei de Reg. Juris in 6. *Tametsi enim Carolus IV. aliàs de promulgata Aurea Bulla, suminoperè laudandus, Regnum Arelatense, ab Ottone primo Imperio adjectum, prandij unius gratiâ, in villa nova propè Avinionem, Galliæ regi, instar Esavi, fratri Jacobo primogenituram vendentis, concesserit, & ipsas Civitates Imperij liberas sexdecim, vicinis principibus pecunia accepta, tradiderit;* testante Crusio lib. 5. part. 3. cap. 11. annal. Suevicor. *Lusatiam, regno Boëmiæ adjecerit,* Fab. l. 6. orig. Saxon. Arumæus discurs. 1. ad Aur. Bull. θ. 3. *Veruntamen ejusmodi alienatio, in fraudem Imperij facta, ipso jure nulla, & nullo præscriptionis emplastro, cum sanies malæfidei cerebro detentatorum inhæreat, sananda. Vti enim, ex laudatissimi Imperatoris Maximiliani auctoritate, hoc Carolo IV. exitiosior pestis, Germaniæ nunquam obtigit,* referente Arumæo d. loco ex Spigelio lib. 5. Commentar. ad Ligurin. Gunth. *sic malæfidei isti invasores sese nullo temporis intervallo, justè tuebuntur.*

SECTIO

SECTIO VI.

Stadt.

SUMMARIA.

1. Civitatis etymon sive definitio.

2. Civitas Lubeca tàm intra quàm extra muros, in territorio, habitantes cives complectitur.

3. Vna & sola Roma, apud Romanos Civitatis nomen meruit.

4. Civitates Municipales Romanorum privatorum loco habebantur.

5. De moderna consuetudine totius Imperij, Liberæ Imperiales Civitates, non saltem nomen, sed & privilegia Civitatis habent.

6. Civitates Imperij non sunt privati, sed status Imperij.

7. Sessio ex lege Imperij fundamentali, Civitatibus assignata, earundem eminentiam probat.

1. Eine Stadt ist nicht eigentlich das Gebew / sondern die menge der Einwohner vnd Bürger / welche vnter einerley Obrigkeit vnd Rechten leben.

2. Es seynd nicht die allein Bürger / so in der Ringmaur / sondern auch in Vorstätten / vnd vmbkreiß der Stadt wohnen / vnd müssen sich dahero gleiches Rechten mit den Einwohnern gebrauchen.

3. Die Römer haben keiner Stadt / ausserhalb Rohm / die Herrlig: vnd Gerechtigkeit einer Stadt vergönstigen wollen.

4. Der Römer Stätte / wie groß vnd mechtig auch dieselbe weren / hetten nicht mehr Frey: vnd Gerechtigkeit als eine *privat* Persohn.

5. Bey jtzigem zustand Römischen Reichs haben die Reichsstätte / nicht allein den nahmen / sondern auch einer Stadt alle Herlig: vnd Gerechtigkeit.

6. Die Reichs Stätte seynd nunmehr nit *privat*, sondern Reichsobrigkeit fehig.

7. Daß in der Güldenen Bulla vnd andern Reichs Ordnungen / den Stätten die *Sessi-on* vnd Stimme zugeeignet / dadurch wird der grundfest / jhres Standes / mit bestercket vnd bewiedmet.

Quippe,

8. Quippe, Civitates Imp: juxta cum cæteris Illustribus regni proceribus, Auream bullam rogarunt.

9. Imperij civitates in Imperij negotijs & muneribus legatos suos non ad Comitia saltem: sed ad cætera Reip. negocia non minùs quàm principes expediunt.

10. Doctores, varias Civitatum divisiones tradunt, quas potiùs contentiosas quàm necessarias putamus.

11. Variæ seu potiùs vanæ, de divisione habitæ contẽtiones magis ingeniũ lectoris onerant quàm informant.

12. Distinctio nostratium Civitatum prima.

13. Secunda.

14. Tertia.

15. De vicis & oppidulis nostratium.

8. Zur verfassung der Güldenen Bulla als dem Grundstein des Römischen Reichs vñ Monarchia / seynd die Stätte wie die andern Höhere Stände/mit vnd darzu gezogen.

9. Reichs Stätte werden nicht weiniger als Fürstliche Personen/zu Reichs *legationen* verordnet / vnd zu Reichshandlen gebrauchet.

10. Es seynd vnterschiedliche meinung/wie man zu dieser zeit/ des Römischen Regiments/ die Stätte solle vnterscheiden vnd wol beschreiben.

11. Aber die weitläufftig *Disputaten* seine mehr verdrieß: als nützlich.

12. Die Ersten vñ Höchsten seynd die Käyserliche / Freye vnd Reichsstätte.

13. Die Ander Ordnung der Stätte ist derer/welche haben das Hals vnd Handgerichte/ Höchstes vnd Niedrigstes / vnd den gebrauch vieler *Regalien*.

14. Die Dritten seynd die gemeine Fürsten oder Landtstätte / in welchen die Hohe Obrigkeiten jhre Gerichts oder Stattvogte haben / krafft dessen Direction in Peinlichen sachen verfaren wird/wie derer/ in Meckelnburg/vnd Pommern/eine grosse anzahl gefunden wird/ vnd diese werden den municipibus Romanis, das ist/ den Römischen Stätten gleich geachtet.

15. Es haben auch diese Provincien, kleine Flecken mit keinen Wellen oder Mauren vmbgeben/welche eigentlich den municipien nicht gleich zu achten.

1. *Civitas*

CIvitas in etymo suo considerata, † est civium communitas, vnitas, seu societas, eidem magistratui, ijsdemq; legibus parens & homagiali fide se adstringens. † Quare Civitatem hanc Lubecam, non mœnibus, non parietibus, non muris, sed in ipsa hominum communione, ad hanc rempublicam pertinente, sive ea intra vel extra mœnia, sive in ipsa vrbe, sive in suburbijs ac vicis ad eandem civitatem spectantibus degat consistere ajo. Hi enim omnes, civitatis & civium numero comprehenduntur. † Quanquam sola urbs ROMA, olim, veræ civitatis seu reipubl. nomen, meruerit, ac juris publici auctoritate, gavisa sit, ut abusivè publicum diceretur, quod alterius erat Civitatis, leg. Bona 15. ff. de V. S. proindeq; Civitates Municipales, & aliæ præter Romam non dicerentur Respublicæ, sed privatorum loco haberentur, leg. eum qui 16. de V. S. Et qui pro civitate alia, præterquam Roma, legationis munus subirent, non reip. causa abesse dicerentur. l. legatis 8. & l. 26. 5 idem inquit Prætor ff. ex quib. caus. major. in integ. rest. l. si propter officium legationis. C. eod. Hodie tamen, Civitates veræ Imperiales, Civitatum & Rerumpubl. nominibus gaudent. Scipio Gentil. de jurisdict. lib. 3. cap. 22. de civitatibus liberis Geil. lib. 1. de pace publ. cap. 7. † Nec privatorum loco, sed pro statibus publicis & Imperij, qui votum & sessionem habent, reputantur, uti eleganter dominus Arumæus in suo discursu ad Auream Bullam, primo th. 8. hoc convincit, & ad cõtraria respondet. vid. Hegium lib. 1. quæst. 23. n. 30. † Sin verò ex ordine sessionis metimur dignitatis præ-

1 2 3 4 5 6 7

minentiam, Andr. Knich. cap. 2. n. 20. verbo Ducum de non Jure Nescio. Quidni ipsa sessio, & voti dictio dignitatem probaret? Quis ve ulterius dubitaret, de Civitatum statu, dignitate, & Auctoritate; † cum earum potestas tanta sit, ut unà cum cæteris statibus Bullam auream, seu leges universales & fundamentales, de Imperij supremo jure, & forma eligendi Imperatorem promulgarint. Vide auream Bullã in verbis. Assidentib. Electoribus, principibus Ecclesiasticis & secularibus, ac aliorum principum, comitum, Baronum, procerum, nobilium & CIVITATUM numerosa multitudine, promanavit. Quemadmodum igitur, legum regiarum promulgatio, nemini, nisi de regio seu summo ordine competit: sic Civitates Imperij, ad legis ejus lationem accersiti non fuissent, ni de hoc ordine seu statuũ genere existitissent. † Siquidem legatos suos, non secus atq; cæteri illustres magistratus ad comitia expediunt. vide Juris Lub. lib. 1. art. 1. §. x. reliquosq; actus publici magistratus, etjam in causis Imperij Romano Germani, ut reliqua Imperij membra peragunt, & hoc, auctoritate & consensu Augustissimorum Imperatorum, nec non recessuum Imperij, quorum passus passim exstant: Porro nostra inscriptio differentiam Civitatum indigitat, † sive enim Germaniæ Civitates per dichotomiam, ut rectius fit, in Liberas Imperiales, & Provinciales, Jn Reichs vnd Fürsten Stätte/ partiamur, sive ex Jure Civili, tres ordines, Maximas, Majores & Minimas constituamus,

tuamus, † res eodem recidet. Cum in hoc sanior Interpretum schola consentiat, primas esse merè liberas & Imperiales, Käyserlich vnd des Häyligen Reichsstätte/ de quibus supra. Quamvis verò etiam hæ, secundum majus & 10
minus differant, non tamen idcircò specificam constituunt differentiam.

† Secundas seu medias, quæ mediatè parent; neutiquam tamen, cum municipalibus Romanis comparandas: Cum habeant merum mixtumq; Imperium, & Jurisdictionem omnimodam; nec non & usum regaliorum, quales sunt pleræq; Civitates Anseaticæ, & quamplurimæ superioris Germaniæ, licet & harum gradus non sit idem. 11

† Tertias sive minimas: quæ non possunt præstare ea, 12
quæ magis Imperij sunt, quàm Jurisdictionis, sed unà cum præfecto Urbi, à principe constituto, ea exercent & expediunt, quæ magis Imperij sunt, quàm Jurisdictionis; quales pleræq; Megapoleos, exceptis Rostochio & Wismaria sunt, quibus & Pomerania abundat. Et hæ privatorum loco habentur, ni concessione vel præscriptione, pinguius jus sibi quæsierint, rectè cum municipibus Romanis conferuntur.

† Habemus & oppidula, seu vicos non urbanos, sed paga- 13
nos, sive rusticos, casis suis sive ædificijs, parùm à rusticis absimiles, nullis verò mœnijs clausos; quorum incolæ propriè non cives sed vicani dicuntur, quasi in eodem vico nati. Vicani enim dicuntur, qui eundem pagum inhabitant: Et horum magistratus non vocantur Burgimestri, licet abusivè sic dicantur,

cantur, sed vico magistri. Cujus classis apud Megapolenses iter faciendo, invenies Bukow / Krõpelin / Lage / Tessin / & illorum similes; quæ jura municipiorum, per omnia non habent; quamvis nulli eorum usu, juris Lubecensis sint donati, uti inferiùs indigitabitur.

Ex primo itaq; ordine est LUBECA nostra. Et quanquam huic urbi plurimum autoritatis, à sede Episcopali seu collegio Canonicorũ, quò hæc Civitas conspicitur ornata, præcæteris urbibus, hoc bono non dotatis, videatur accedere: Cum Sigonio notante, ex jure Pontificio ea tantùm dicantur veræ Civitates, quæ sede Episcopali florent. cap. Salvator de præbend. in extravag. Sigonius de Regno Ital. lib. 10. fol. 242 n. 3. Tamen allegata jura, nec hoc sensu reperiuntur scripta: Nec sunt ejus autoritatis, ut ea quæ de jure & consuetudine Civitatibus competunt, adimãt, & ex accessione rei diversæ substantiam ac sublimitatem regiminis politici immutent. Ideoq; LUBECA, Magdeburgum, Argentoratum, Brema, Minda & similes, prorsus nihil autoritatis & potestatis, à sedum harum collocatione mutuantur: nec translatis hisce ordinibus, minus sunt Civitates quàm hodiè reperiuntur.

SECTIO VII.

STATUTA vnd Stadtrecht.

SUMMARIA.

1. Jus Lubecanum, aliud publicum

1. Das Lübesch Recht statuiret / ordnet vnd setzet was zu erst zum Regiment vnd gemeinen besten /

publicum, aliud privatum.

2. Jus Lub. agit de PERSONIS, REBUS & ACTIONIBUS.

3. Non Imperiales saltem, sed & cæteræ urbes mediatè parentes, legum ferendarum potestate utuntur.

4. Cum liberæ Civitates Imperij, attestante saniorum Interpretũ caterva, habẽt jura principis, jus ferendarum legum rectè sibi sumunt.

5. Lubeca habet dominium & Imperium regali dignitate illustratum.

6. Lubeca juri Cæsareo contraria statuta, etiã in criminalib. cùm olim, tùm etiam hodiè, condit.

7. Vrbi Lubecæ, pænam sanguinis & gladij in pecuniariam convertere licet.

8. Cæteri status Imperij, ad præscriptũ Carolinæ cõstitutionis pænã sanguinis infligũt.

9. Illustrissimorum Pomeraniæ principum conventio, de pæna capitis infligenda.

Darnach zu der gesambten vnd sonder Einwohnern/vnd privat Personhe recht vnd beschützung gehöret.

2. Das gantze Lübesche Recht handelt etwa von der Obrigkeit/wie auch privat Personhen vnd deren stande: Darnach / von deren wie auch gemeiner Stadtgüter: Vnd dann letzlich wie sich Obrigkeit vnd Vnterthanen / inn vnd ausserhalb Gerichts/in jhren hendeln verhalten sollen.

3. Nicht allein die Reichs / sondern auch andere vornehme Fürsten Stätte/ haben macht / jhnen ein Stadtrecht zu machen.

4. Dieweil die Reichs Stätte sich gebrauchen Landesfürstlicher Bottmessigkeit/ haben sie vnzweiffliche macht / jhnen ein Stattrecht zu machen.

5. Lübeck hat solch eine Herrschafft vnd dominat, welches mit Regalischen freyheiten bewiedmet ist.

6. Lübeck hat viele Satz: vnnd ordnungen/ welche den Käyserlichen rechten/auch in Peinlichen fellen/nicht einlich / sondern widerlich seyn.

7. Lübeck miltert zum offtern/Bluth/Leibes vnd Lebens/in andere/vnd leidliche Geltstraffe.

8. Die andere Stende des Reichs müssen nach Käyser Carln des V. Peinlicher Halsgerichts ordnung/das Blutgericht hegen vnd halten.

9. Das Fürstliche Hauß Pommern/hat jhren Landsassẽ versprochen/in Peinlichen fellen/nach der Peinlichen Halsgerichts ordnung zuverfahren.

10. Nostris moribus, quilibet magistratus in suo territorio statuta condit.

11. Rostochium habet facultatem condendarum legum.

12. Nũ civitates medium magistratum recognoscentes, consensu superioris in legib. ferendis opus habeãt.

13. Hoc casu pacta & usus attendendus.

14. Hamburgum nullius superioris confirmationem, in legib. condendis rogat.

15. Nullis existentib. pactis aut civium morib. in ipsa legumlatione de superioris interesse disquirendum.

16. De interesse superioris si cõstiterit leges sine cõsensu & approbatione ejus factæ, sunt nullæ.

17. Tutius ut superioris consensus requiratur.

18. Lubeca juris sui confirmationem inde à Friderico primo, ab Imperatorib. petijt.

19. Statuta Lubecensia in signum eminentiæ aureis sigillis munita sunt.

20. Vrbi Lubecæ, Statuta sua renovare, emendare, interpretari non requisito Imperatore, licet.

21. Jura Lubecensium, non solum in gratiam civium & incolarum, sed & peregrinorum sunt condita.

10. Bey jtziger Römischer form vnd arth des Regiments / hat eine jgliche Obrigkeit macht / Satz vñ Ordnung zu machen.

11. Rostock kan sich ein Stadtrecht machen.

12. Ob die mittelbaren Stätte verbunden des Oberherrn *consens* vnd bewilligung / *in promulgirung* jhres Stadtrechts zuersuchẽ.

13. Man muß auff vorträge vñ den gebrauch sehen.

14. Die Stadt Hamburg achtet sich nicht verbunden / eines Oberheupts *confirmation*, vber jhre Satzungen zuersuchen.

15. Wor keine Vorträge vnd gebreuch vorhanden / muß bey abfassung der Satzung / angesehen werden / ob solche *Statuta* dem Oberherrn an seiner Hoch: vnd Gerechtigkeit abträglich seyn.

16. Do des Oberherrn *Interesse* hirunter *versieret*, müssen die gemachten *Statuta* von jhm *confirmirt*, oder *annullirt* werden.

17. Daß man der Oberherrn bewilligung ersuche / ist das sicherste vnd rathsambste.

18. Lübeck hat die *confirmation* jhrer *Statuten* von zeit Käyser Friderich des Ersten / bey folgenden Käysern gesucht vnd erhalten.

19 Das Lübsche Recht ist von Käy: Mayt: mit anhangenden Güldenen siegel bestetigt.

20. Lübeck kan jhr Recht / Satzung vnd *Statuten* ernewern / endern vnd deuten: ohn Käys: Mayt: ersuch: vnd *confirmirung*.

21. Das Lübesche Recht ist nicht allein den Bürgern vnd Einwohnern / sondern auch frembden Handtierenden Kauff vnd Handelsleuten / zu gute verordnet.

22. Jus

22. Jus Lubecense æquè statuentes quàm subditos ligat.

23. Æq; pauperi ac diviti Jus reddendum sub maledictionis fulmine.

24. Incolæ Lubecenses habent quidē, jus domicilij, sed non honorum ac munerum.

25. Capitulum seu collegium Canonicorum, propriè sub incolarum voce, non complectitur.

26. Jura Lubecensia, capitulum collegij, non ligat, nisi in quantum usus receperit.

27. Jura Lubecensia, peregrinos & advenas quando obstringant.

28. Differentia verborum zuthun vnd zuschaffen.

29. Lubecensis Respublica minus quidem tutò, attamen licitè Judicium in prætorias aliorum principum naves illic appellentes exercet.

30. Senatus Lubecensis solus, habet legum ferendarum potestatem.

31. Olim nonnulla inquieta & pacis parùm amantia ingenia, seducendo plebem, senatus quidem imminuit potestatem: eadem tamē fraude detecta, eidem plenè fuit restituta.

22. Das Lübische Recht/ ist nichts weiniger/ der Obrigkeit als den Vnderthanen/ vorgeschrieben vnd gegeben / Vnd weiß kein Löblich Regiment/ von Bürgermeister Recht.

23. Das Recht soll vnd muß/ nicht minder dem Armen als Reichen/ bey dem fluch des eyferigen Gottes/ zugehalten werden/ vnd weiß kein auffrichtiger Richter von Bürgermeister Rechte.

24. Lübische Einwohner/ haben zwar das Stadtrecht/ seynd aber der Hohen Empter vnd *digniteten* / wie ander Erbgesessene Bürger nicht fehig.

25. Das Thumbcapittel/ vnd dessen Herrn/ werden vnter dem worte Einwohner eigentlich nicht beschlossen.

26. Die Thumbherrn seind den Lübischen Satzungen weiter nicht / als sie dieselben freywillig angenommen haben / vnterworffen.

27. Das Lübische Recht/ verbindet Frembde vnd Außheimische/ wegen jhrer daselbst getroffenen Handlung/ vnd verwirckung.

28. Verba zuthun vnd zu schaffen *quomodò accipienda.*

29. Die Stadt Lübeck gebraucht sich billig jhrer *Jurisdiction* vber die Schiffe/ so in jhren Häffen vnd Ströhmen / beclagt werden: Ob solches aber ohne vnterscheid vnd andern Potentaten Orlages schiffe zu practisiren sey/ habē sie/ vor weniger zeit nicht ohne mercklichen schaden erfahren.

30. Ein Rath der Statt Lübeck hat allein macht/ Satz vnd Ordnungen zumachē.

31. Vor Jahren haben etliche vnruhige köpffe/ dem Rathe im Regiment eingriff gethan / aber nach befindung vieler vnd mercklicher vngelegenheitē/ ist dem Rathe aller gewalt wider auffgetragen.

32. Si Lu-

32. Si Lubecensis Reipubl. forma ab illo tempore, ab iniquietis vim & stuprum non est passa, habet de quo, præ Romana, sibi gratuletur.

32. So lang das Lübische Regiment jhre art vnd forme behalt/ kan sie sich für andern wol Glückſälig ſchätzen.

33. Ex creatione tribunorum plebis apud Romanos, Civile Nefas ortum habuit.

33. So bald bey den Römern/ die wahl etlicher auß der Gemein/ neben dem Rathe geſchehen/ hat das Römiſch Regiment/ ſeine Hochbeſchwerliche verenderungen/ vnd endlich den vntergang/ empfunden.

34. Ex quo tempore, urbes Balthici littoris, tribunorum potestatem & auctoritatem expertæ sunt, mirum in modum contra propria laboravêre commoda.

34. Von der zeit/ daß die Anſehe Stätte die erwehlung der Vnderſchiedtlichen Bürger eingeführet/ ſeynd ſchwehre vnd zum offtern Bluthrunſtige verenderungen darauff erfolget.

35. Si Respub. Lub. usq; in hæc tempora gavisa sit, potestate absoluta, ferendarũ legũ, pereat, qui contrariũ cupit.

35. Der Fluch des HErrn pflegt die zu treffen/ die vnnötige Newrungen/ in Regimenten erregen.

36. Nullus reipubl. hostis infensior, quàm suadẽs mutationem regiminis.

36. Kein verſtendiger vnd Friedliebender/ ſondern ein geſchworner Feind des Regiments/ ſucht enderung der Regierung.

37. Sin verò contraria consuetudo inducta, & hæc servanda.

37. Solte aber numehr/ ein anders eingeführet ſeyn/ würde auch ſolchs billig gehalten.

38. Moribus Germanorum senatusconsulta & plebiscita coaluere.

38. Nach dieſer Lande vnd Leuffte gewonheit/ werden Satz: vnd Ordnungen mit vorwiſſen der Vnterthanen gemacht.

39. Hocseculo & Germanorũ moribus, Electores quidẽ assimilantur præfectis prætorio Romanorum: potestas verò absoluta condendarum legum, ijsdem minimè relicta.

39. Die Chur vnd Fürſten/ wie hoch vnd herrlig auch jhre *dignitet* vnd ſtandt iſt/ können weinig Satz vnd Ordnungen/ ohn jhrer Landſtende bewilligung/ machen.

40. Augustissimi Saxoniæ Electores, procerum suorum consensu politicas & juridicas suas constitutiones, promulgarunt.

40. Die Churfürſten von Sachſen haben jhre Policey/ Gerichts/ vnd andere Ordnung/ mit belieb: vnd bewilligung jhrer Landſtende *promulgiret*.

41. Conciliatio incerti, dubij, atq; contrarij, juris ex interpre-

41. Die Einſtimmung oder *concilÿrung* der vngewiſſen/ zweiffelhafften vnd wi-

tum li-

tum libris exorti, optatur quidem, ast minimè speratur.

43. Principes Imperij, nihil magis decet, quàm, constitutiones discrepantes, ad concordiam revocare.

44. Illustres Pomeraniæ heroes, provinciales suas constitutiones, adspirante Ecclesiastico & Politico ordine, condunt.

45. Politica Megapolensium constitutio, suffragantibus provinciæ statibus, in usum revocata.

46. Imperator, nō nisi conspirantibus Imperij proceribus, leges patrias fert.

47. Civitatum magistratus, plerunq; civium consensu, leges ferunt.

48. In legibus ferendis, non infimæ plebis, sed prudentum consilia, disquirenda.

49. Hamburgenses, civium hæreditariorum, jure civitatis gaudentium, consensu, jus suum repurgarunt.

§ 0. Materia statutorum quæ.

§ 1. Subditis licet, superiores, de legibus ferendis & exequendis compellare.

§ 2. Heroes Megapolenses submissè moniti, politicas tulerunt constitutiones.

§ 3. Jura Lubecensia ut ut dura videantur, ritè tamen, ad naturam populorum occidentalium, uti & contractuum ac delictorum, sunt accommodata.

derligen Rechten/ wird zwar gewündschet/ aber vergeblich gehoffet.

43. Die Chur vnd Fürsten / wie auch alle Republiken/ sollen vor allem sich angelegē seyn lassen/ wie sie die zweiffelhafftigē fälle/ vnd widerwertige Rechts meinungen/ zur gewißheit bringen.

44. Die Löblichen Fürsten von Pommern/ machen jhre satzungen/ mit zuziehung jrer *Prælaten*/ Ritterschafft vnd Landsassen.

45. Die Meckelnburgische Policeyordnung/ ist mit zuziehung/ der Ritter vnd Landschafft/ ernewert.

46. Käys. Mayt. macht Reichsordnung vnd *constitutionen*, mit zuziehung der Stende.

47. Der Städte Obrigkeiten/ machen jhre Gesetz vnd Ordnungen / gemeinlich/ mit zuzihung jhrer Erbgesessenen Bürger.

48. Bey Gesetzmachen/ ist nicht des gemeinen Pöfels/ sondern der Vorstendigsten meinung/ zuerförschen.

49. Hamburgk/ hat mit beliebung jhrer Erbgesessenen Bürger/ jhre Stadtrecht ernewert vnd *revidiret*.

§ 0. Was in dē Satzungē verhandelt werde.

§ 1. Vnderthanen ist vnbenommen/ vmb erlang: vnd *exequirung* guter Policey/ vnderthenig anzuhalten.

§ 2. Die Hertzoge von Mechelburg/ haben auff vnderthenniges erinnern jhrer getrewen Landstende/ jhre Policeyordnung verfasset.

§ 3. Das Lübische Recht/ wie scharff es auch scheinet/ so ists doch dieser Völcker natur/ *contracten* vnd verbrechungen nach recht *accommodiret*.

54. Legum Lubecensium durities liquore juris civilis, vel Saxonici emollienda.

55. Statuta, in salutem, non perniciem Reipub. interpretanda.

56. In legum, constitutionum: & articulorũ interpretationib. non quid narratum, sed quid decisum inspici debet.

57. Statuta ambigua & obscura usu sunt interpretanda.

58. Forma contractuum & testamentorum, tametsi à juris civilis forma discrepet, stricte servanda.

59. Forma Testamentorum, Contractuum, ac Judiciorum, in jure Lubecensi præscripta & servata, partium placito immutari nequit.

60. Eâ omissâ totus actus redditur nullus.

61. Cautela Advocatorum.

62. Tametsi jus Lubecense sæpius peculiarem testandi, contrahendi atq; agendi, præscribat modum, non tamen idcircò, juris civilis forma, censetur sublata.

63. Casus intricati, sive labyrintho ænigmatico involuti, enodatio parti petenti, à Collegio Lubecense haud denegatur.

64. Argumentum à contrario sensu in subsellijs Lubecanorum judiciorum, non attenditur, si correctio juris statutarij, vel civilis, inde exurgat.

54. In fällen / do Lübisch Recht herb vnd schwehr scheinet / ist dasselbe auß den Käys. vnd Sachsischen rechten / zumiltern.

55. Das Lübesch recht / soll in zweiffelhafftigen fällen also interpretiret werden / daß es dem Regiment zuträg: vnd nicht schädlich sey.

56. In erklerung der rechte / muß nicht die *narratio* / sondern *decisio* / angesehen werden.

57. Dunckele oder zweiffelhafftige articul Lübischen rechtens / sollen durch den gebrauch / *interpretiret* werden.

58. Des Lübischen Rechten sonderbare art vnd forma / in *contracten* / vnd Testamenten / muß buchstablich gehalten / vnd gefolget werden.

59. Die Forma vnd Art aller Testamenten / *Contracten* / vnd gerechtlichen händel / müssen vnuerbruchlich gehalten werden / wie das Lübesch recht / dieselbe verordnet.

60. Wo solche forma wird vberschritten / so ist alle handelung vorgebens.

61. Es müssen die Advocaten sich in Testament vnd Gerechtliche handeln wol versehen.

62. Ob zwar Lübisch Recht / seine sonderbare art in Testament vnd *Contracten observiret*: So ist doch dabey niemande verbotẽ / sein Testament oder *Contract* / nach Käyserlicher reichs verordnung / zu schliessen.

63. Das löbliche *Collegium* / *interpretiret* billig solche fälle / an welchen andere Gerichte ein zweiffel haben.

64. Auß dem gegensatz der Rechte / muß keine *Correctio* der Lübischen *Statuten* / erfolgen.

65. Jus

65. Jus Lubecanum in odiosis, non admittit extensionem.

65. In fellen/da das Lübische recht/geschwinde vnd scharff scheinet/soll es zu andern fellen/nicht gezogen/noch gedehnet werden.

QVemadmodum jus nostrum† civile, aliud est publicum, aliud privatum leg. 1. ff. de just. & jure. Sic Civitatum Imperialium jura: Alia sunt publica. tot. tit. juris Lubecens. de bonis Reip. & per ea quæ Antithesi 8. tradidimus. id est, quæ ad statum Reipubl. Lubecanæ, & aliarum Civitatum pertinent. Alia privata, hoc est, quæ singulorum Civium utilitatem concernunt, arg. § final. Instit. de justit. & jure. 1

† Statutorum verò Lubecensium contextus ad præscriptum Gai. in leg. 1. ff. de stat. Hom partim PERSONAS tam publicas quàm privatas respicit. Et quæ illarum personarum statuta ejusmodi condere possint; & quibus personis statuta illa feruntur. Secundò quibus de REBUS illa statuta sint lata. Tertiò ACTIONUM statutariarum forma, finis & effectus contemplandus, de quibus breviter agemus. † Primò itaq; Magistratum Lubecensem, cæterasq; illustris hujus collegij confœderatas, nec non & Imperij liberas Urbes, in territorij sui districtibus & civitatibus, habere jus ac potestatem condendorum statutorum, & juris ratio: & communis observantia, probant. † Communis etenim Interpretum Schola, de verè liberis, hoc docet, quod Civitates, quæ dominium temporale perpetuum habent, loco principis habeantur, & quod hoc possint in suis territorijs, quod Imperator in universo orbe. Et, ut Paulus de Castro in specie tradit: possunt condere statuta generalia, juri communi derogantia. Crayetta consil. 2 3 4

135. Incipiente, verba decreti principalis n. 2. Alexand. consil. 1. n. 29. in quinto volum. Ruinus volum. 1. consil. 28. num. 17. *Cum itaq; Lubeca, habeat perpetuum dominium, & quidem regali dignitate illustratum, nemo, nisi certus Civitatum mastix, idipsum negabit, † cum non tam ex nuda inspectione, sed accurata perlustratione, perspectu sit facilimum, jus hoc Lubecense statutarium, in plurimis derogare juri communi. † In criminalibus etenim, de jure civili, pœnam capitis seu sanguinis ingerentibus, hoc jus, capitalem pœnam, in mitiorem & pecuniariam, convertit, & ad reipubl. suæ formam, summi gladij potestatem, asperitate & lenitate, accommodat; † quod tamen paucis, vel ex illustrioribus Imperij magistratibus, licet. † Ipsi namq; Pomeraniæ Principes, ex legibus Imperij, & placito, cũ statibus provinciæ inito, pœnas in constitutione Carolina expressas, non nisi delicti qualitate id suadente, mitigare vel exasperare possunt, sed ad præscriptum constitutionis Carolinæ, sentẽtias capitales ferre tenẽtur. vid. W. Absch: Quocirca hæc sũma potestas haud postremũ, illustris Lubecani regiminis* τεκμήριον *est. † Quinimò, hodiè indubitata Jurisperitorum axiomata, tradunt: Quemlibet magistratum, in suo territorio statuti condendi obtinere facultatem.* Et hoc argumento leg. omnes populi. 9. π. de just. & jur. leg. Hoc edictum. 5 qui magistratum π. Quod quisq; juris in alium stat. leg. Formam. cod. de offic. præfect. orient. cap. 2. de majori & obed. cap. 2. de constit. in 6. Bart. ad d. leg. 9. π. de just. & jure. *Sic Civitati Rostochiensi, jus condendorum statutorum, in Transactione Anni 1573. 21. Septembr. inita, est confirmatum, his verbis: So wil auch*

gemel-

gemeldter/Rath eine gute Christliche/erbare vnd billige Policey vnd Gerichtsordnung/nach der Stadt gelegenheit/vnd J. F. G. außgangenen Policey vnd Gerichtsordnung/ so viel sich jmmer leiden wil/vnd müglich seyn wird/ gemeß vnd gleichformig/ Schrifftlich zuverfassen. *Hinc insignis ille practicus & Romano Germani Juris, peritissimus Andreas Geil in terminis de liberis Imperij Civitatibus, idem, indubitanter asserit,* lib. 1. de pace publ. cap. 6. num. 11. *inquiens: idem extendunt ad* LIBERAS *Civitates, ut sunt civitates liberæ Imperiales, die frayen Reichs Stätte/quod etiam illæ,* JURA PRINCIPIS & POTESTATEM LEGIS CONDENDÆ, *habeant, & tantundem in sua republ. possunt, quantum Imperator in Imperio.*

† *Cum verò, in illustri & libera hac societate, Civitates* 12
reperiantur, medium quendam magistratum, superiorem recognoscentes, non immeritò quæstioni subjicitur? Num hæ, citra consensum superioris, statuta rectè pangant? † *Hoc casu* 13
pactitium nexum primò, & quid usu receptum sit, attendendum authumo. argumento leg. 32. tt. de legib. † *Stormariæ enim metropolin, Hamburgum, juris sui statutarij confirmationem, à nullo superiore rogasse unquam, in propatulo est.* 14

† *Neutro autem illorum ex istente, interesse superioris* 15
venit perpendendum. † *De quo si constat, omninò consensus ejusdem, erit requirendus,* per ea quæ tradit Jason ad leg. omnes 16
populi. π. de justit. & jure. Vasqu. I. illustrium controvers. 47. num. 9.
† *Consultius tamen fore statuunt Interpretes, ut superio-* 17

rum πρόσγνωσις exigatur. Schneidw. § constat. Instit. de jure natural. gent. & civil. *Et quotidiana praxis idipsum conservat.*

18 † *Sic Lubeca nostra, sui juris confirmationem, post Fridericum primum, à subsequentibus diversis Imperatoribus, sub-*
19 *missè petijt & impetravit;* † *& aureorum sigillorum appensione eminentiam statutarij hujus sui juris munivit. Uti prologus Juris Lubec. his verbis testatur:* **Vnd von Käyser Friederich dem Ersten/ mit anhangenden güldenen Siegeln/ auch den andern/ vnd allen andern nachfolgenden Käysern/ bestättiget vnd** confirmiret.

20 † *Secus si Urbs Lubeca, non planè nova ferret statuta, sed vetera saltem in melius reformando, interpretandoq; ijsdem quidquam adjiceret.*

21 † *Quibus verò, seu in quorum usum lata sint hæc statuta proœmium indicat, nimirum in favorem municipalium* Rubric. Tit. 2. lib. 1. ad municipalem. Et dict. proœm. *in verbis,* **vornemblich vnser lieben gemeinen Bürgerschafft/** *id est, civium Lubecensium; deinde Incolarum; tertiò peregrinorum aliunde adventantium.* arg. leg. munus 18. π. de V.S.

22 † *Nec est quod hîc distinguas, inter ipsos statuentes seu magistratus, & parentes statutis: Seu inter subditos, cum illi æquè ac hi legibus hisce parêre teneantur & benè constitutæ Respubl. juris Consularis sint nesciæ. Quod enim quisq; juris in alium statuit, ut ipse, eodem utatur, ipsa æquitas & juris ratio requirit.* tot. tit. Quod quisq; juris. leg. cum in eo π. de pact. leg. cum
23 hereditas. de administr. tutor. cap. cum omnes. de constitut. † *Quocirca*

circà, qui maledictionis fulmen evitare cupit, non secus Iro famelico & egenti, quàm ditissimo Crasso aut Cræso jus reddet; & ad justitiæ æquilibrium, nequaquam verò ad personæ respectum, sententias judiciales, componet. ac jus illud consulare quondam nuncupatum, extremos relegabit ad Indos.

† Diximus Incolis. dicta Rubric. ad Munic. de incolis von Einwohnern / qui Lubecæ tantùm domicilium habent, non autem munerum & honorum sunt participes, uti in allegato proœmio verbum Einwohner hoc docet. Et quanquam vox hæc incolarum, generalis appareat, ut omnes, qui in hac urbe Lubeca, seu qualibet alia commorantur, vel etiam in hujus territorij finibus, agros & possessiones habent, complectatur, arg. leg. pupillus 239. § incola π. de V. S. † non tamen membra capituli Lubecensis seu Collegij clericorum, hæc jura Lubecensia constringunt, † nisi quatenus ultrò tacitè vel expressè, statuta Lubecensia receperint: articulo 6. lib. 1. Tit. 2. Der Stifft vnd Klöster / auch ander Personen / welche vnser Bürger nicht seyn.

Hocq; habet fundatam intentionem in jure, siquidem statutaria jura laicorum, non obligant clericos; per ea quæ eleganter tradit Andr. Gail. lib. 2. obs. 32. in princ. & seqq.

† Tertio, nonnunquam Jura Lubecensia, seu alia municipalia, ligant advenas aliunde advenientes, quamvis sedem seu domicilium ibidem, habeant nullum: ratione nimirum contractus, vel delicti, sæpè dict. proœm. ibi: So wol den allgemei-

gemeinen / frembden / Handtierenden vnd Wandersman / von was nationen oder Königreichen / dieselben alhie anlangen / vnd in dieser Stadt vor Recht / zuthun / oder
28 zuschaffen haben möchten: † *quod verbum* thuen / *accipio de peregrino Actore. vocem verò* zu schaffen / *de Advena Reo, ex contractu vel delicto, conventis vel agentibus: Quibus adstipulatur Juris communis regula, variam suscipiendi judicij causam tradens, alijq; textus expressissimi.* leg. si fundus 6. in verb. in qua negotium gestum est. ibiq; Dd. π. de Evict. leg. 50. § 3. π. de legat. 3. Authent. Qua in provinc. Cod. ubi de crim. ager. oport. Novell. ut omnes obediant. judicib. 69. ferè per tot. *Quocircà peregrinus, seu quilibet alius, iter saltem faciens, seu navicula appellens, ex contractu vel delicto in hoc vel alio municipio conventus, frustrà Judicij incompetentiam allegat, & se beneficio legis ultimæ π. de jurisd. tutum credit.*
29 † *Quippe nostra memoria, judicium in naves quasdam praetorias, stationem hanc ingressas, justè quidem, sed infelici eventu, fuisse exercitam, nautarum famulis probè notum est. Cautè itaq; in peregrinos maximè potentiores, judicia esse exercenda, exemplum hoc cuivis documento sit.*

CONSENSUS CIVIUM AN ET QVATENUS, ad leges municipales ferendas, sit requirendus.

30 *QUod Antitheſi † noſtra 6. Jus ferendarum legum, ſoli Senatui adſignavimus, id per auctoritates ibidem allatas probavimus; quas & hoc loco tantisper, huic juri & Reip. conformes cenſemus, usq; dum de conſuetudine contraria*

fuerimus

fuerimus edocti. †*De quo insuper confirmamur, assertione* 31
Hermanni Bonni, referentis: Vnd dosülvest (*Anno* XXXIV.)
sint die veer vnd söstig/ vnd hundert Börgere affgetreden/
van erem Regiment / vnd stelleden alle macht / in allen
saken tho handelen/ wedderümme by den Rath.

Et paulò post: Anno nempe XXXV. Vnd ys also dem
Rade alle Herrlicheit vnd Gewalt wedderüm vpgedra-
gen / *quibus verbis dilucidè exprimitur, populum Lubecen-
sem, omnem potestatem transtulisse in senatum, seu jure post-
liminij, omnem auctoritatem & potestatem, de omnibus di-
sponendi, redijsse ad senatum, populumq; Lubecensem in ma-
gistratum, omnem auctoritatem derivasse.* † *Inveterata* 32
*itaq; hæc, & legum ferendarum optima forma, si in præsens
usq; hoc seculum intacta servatur; est profectò, de quo re-
spublica hæc, sibi admodum gratuletur, seq; beatiorem ipsa
Romana æstimet* † *Orta siquidem in hac secessione, tribuni* 33
*quidem plebis, minus tamen fælici omine, creati fuere; extre-
mo enim suo exitio comperta est veritatem eorum, quæ Pom-
ponus Lætus, de Magistr. Roman. cap.* XVIII. *de ijsdem tri-
bunis plebis notavit, inquiens: Hæc (tribunorum creatio)*
FUIT REIPUBL. PESTIS: HINC CIVILE NEFAS
ORTUM HABUIT. *Et Valentinus Forsterus in sua histo-
ria Juris Civilis Romana, septem insignes mutationes, &
tandem excidium Urbis Romæ inde sequutum tradit.* † *Et* 34
*sanè qui tribunorum, nostri sæculi creationem, & magistra-
tus mutationem intestinam, patriæ pestem negarit; is se rerum*

priscarum prorsus rudem, nec non & rerum in patria gestarum ignarum ostendit, cum & hinc, civile nefas, ortum incrementumq; duxisse, nemo sanus infitiabitur. *Et ex Cranzio, Bonno, Chytræo, alijsq; historiographis, qui hujus rei plenam fidem faciunt, hoc patet.*

35 † *Si itaq; Lubecensis Respublica, in hunc usq; diem, liberrima ista, & minus adulterina, condendorum Senatusconsultorum, potestate gaudet, Plutoni, ejusq; satellitibus in æternum devovendus, qui ejusdem immutationem unquam quæ-*
36 *siturus est: † cum exitiosior hostis Reipubl. existere minimè queat; & tritum illud, quod omnis mutatio periculosa sit, nos*
37 *perquam scitè admoneat.* † *Sin verò, leges non tantum à Senatu, sed & lectissimo civium ordine rogantur, de quo tamen hactenus nobis haud constat; utiq; & hæc mutatio, æquo*
38 *ferenda erit animo,* † *cùm mores hodierni Germaniæ, passim subditorum consensum admittant: ut post alios Matth.*
39 *Colerus* de process. execut. part. 1. cap. 3. his verbis *tradit.* † *constituitur autem istud jus provinciale, per constitutiones ducum, Principum, Marchionum, Comitum, Baronum, & aliorum superiorum, vel Rectorum in provincijs, perpetuam dignitatem habentium, cum consensu tamen, primariorum ordinum & statuum puta nobilium, & Civitatum, cujuscunq; provinciæ latas, adducens Bartol.* ad leg. omnes populi. 5. ff. de justit. & jure. *Et subjicit hoc ita usu observari,* **vnd wird der gemeine Außschuß von der Landtschafft/ das seint die von der Ritterschafft/ vnd die von vornehmen Stätten/**

darzu

darzu beschrieben / per glos. in l. 1. qui magistrat. π. quod quisq; juris. & l. 2. verbo coacto, cum leg. seq. & leg. quod semel ordo. π. de Decret. ab ordin. faciend. leg. Nulli. leg. Planè. π. quod cujusq; univers. nom. leg. quod major. π. ad municipal. leg. nominationes. Cod. de Decur.

Et hoc jus, in sublimioribus magistratibus, utpote Electoribus, Archiepiscopis, & similibus, receptum esse, idem auctor, num. 6. *tradit.* † *Et probant primò, constitutiones Saxoniæ:* 40
Serenissimus siquidem quondam Saxoniæ Dux, Augustus, in Imperij sui felici auspicio, hanc potestatem, ordinibus Electoratus concessit, ut politicæ hujus provinciæ constitutiones, ad subditorum suorum consilium, consignarentur, ac sub illius auctoritate publicarentur, uti frontispicium & proloquium memoratarum constitutionum, hac sua inscriptione ostendit: Des Durchleuchtigen Hertzogen Augusti außschreiben/ etlicher articul/so seine Churf. G. auff deroselben Landschafft/ vnderthenigen Rath vnd bedencken/in sachen Policey vnd anders belangend / verordnet *Anno* CIↃ. IↃ. LV. *Et paulò post:* Was wir aber mit jhrem bedencken / vnd rath/gewilliget vnd geordnet/habt jhr/ *&c. ut & aliquantò post, sub Annum* CIↃ. IↃ. LXXII. *constitutiones Saxoniæ, procerum suorum consensu, promulgavit, uti proœmium earundem his verbis,* vnd mit jhnen berathschlagen lassen/ welchen es auch durchauß also vnderthenglich vnd wol gefallen/*testatur.* † *Atq; utinam, singularum provincia-* 41
rum præsides, & communitatum moderatores, jura sua provincialia, & urbica, partim incerta, partim contraria: & plæ-

risq; ignota, ad exemplum Augusti hujus, quondam Augustissimi, collegijs prudentum examinanda, & in ordinem convenientem digerenda, traderent, adscitis provinciarum ordinibus, ut illa ad mores consuetudinum cujusq; loci revocarent, & ita communi auctoritate publici juris facerent. †

42 Cum nullus magistratus, suæ reipublicæ, præclariorem magisq; necessariam operam navare haud queat, quàm ut Justiniani, hujusq; Augusti & aliorum Cæsarum exemplo, jus certum reddat, litigia præscindat, atq; justitiam ritè foveat.

43 † Sic Pomeraniæ principes, nullas constitutiones provinciales, nisi ex placito ordinum, prælatorum, nobilium, & civitatum, ferre, patet ex privilegijs Erici Anno 1459. nec non Barnimi Senioris: & Philippi Anno 1560. 9. Febr. Et ejusdem Barnimi senioris, nec non & Johannis Friderici: Bugislai: Ernesti Ludoici: Barnimi junioris, Julini Anno 1569. 24. Maij statibus provinciæ hujus concessis: & decretis provincialibus quamplurimis, ut Wollinensibus Anni 1569. mense Feb. Anni 1581. 9. Martij latis atq; confirmatis. uti & pacta gentilitia illustris hujus familiæ idipsum testantur, nec non & decretum Treptoviense Anno 1580. 17. Decemb. promulgatum atq; roboratum.

44 † Eundem in modum politica Megapolensis constitutio, arbitrio & placito statuum, **mit Rath vnd beliebung der Ritter: vnd Landschafft** / in usum fuit revocata.

45 † Ast quid prolixius de hisce recenseo Imperij membris, cum ipsum caput CÆSAR, sine horum applausu atq; suffragio, nul-

gio, nullas Imperij generales leges ferat. Pari ratione 46
Decuriones nostrarum Civitatum, leges suas civiles, sive jura statutaria, condere volentes, consensu omnium vel majoris partis civium, eas rogare tenentur. leg. Nulli. π. quod cujuscunq; universitat. leg. fin. C. de prædijs. Decurion.

† Cum verò humana ingenia, ad dissentiendum sint pro- 47
clivia, leg. item si unus. §. principaliter quæritur. π. de arbitr. l. 1. §. fin. π. de acquir. possess. Et in legum ferendarum actu, sutor utplurimùm transilire gestit crepidam: Ideò non singulorum, minùs eorum, qui sunt de fece populi & arti mechanicæ addicti, sed prudentium, longaq; experientia præstantium arbitria sunt exploranda. Leges etenim ferre non est cujusvis, nec solius ingenij, sed maturi judicij, multa lectione, rerumq; usu confirmati. Sic apud Romanos, majoris & peritioris collegij partis consensu, fiebant senatusconsulta. de quo vide Forster. in historia juris civilis Roman. lib. 2. fol. mihi. 206.

† Ad hanc juris formam & receptam consuetudinem, do- 48
mini Hamburgenses, Codicem suum repetitarum legum, sive Judiciarias suas constitutiones & Statuta, **der Stadt Hamburgk Gerichtsordnung vnd** Statuta, consensu civium hereditariorum, **mit beliebung jhrer Erbgesessenen Bürgerschafft** / incudi subjecerunt, & in usum revocarunt.

† Vt taceamus jam aliarum vicinarum Civitatum consuetudines, & receptum morem, in ferendis legibus municipalibus observatum.

Res, de quibus Statuta Lubecensia agunt, sunt vel Pu- 49

BLICAE. Tit. de bonis reip. *vel* PRIVATAE tot. lib. 1. 2. 3. & 4. & CIVILES *vel* CRIMINALES lib. 5. *quarum accuratiorem enodationem suggerent nobis, singularum materiarum tituli & paragraphi, justo ordine, si numini propitio libuerit, ac per occupationes licuerit, explicandi.*

Actionem Statutorum accipimus pro formula legum ferendarum, seu modo agendi in Statutis adhibito. Actio verò hæc seu forma horum statutorum, variè considerari potest. Et primò quidem in personis statuentium: ut legum condendarum initium potißimùm à magistratu: vel etjam
50 *necessitate flagitante à subditis proficiscatur.* † *Superiori enim nihil decedit, ubi officij sui admonitus, ad subditorum preces, legum sanctionem vel earundem renovationem suscipiat. Hunc namq; in modum Augustus Elector, statibus provinciæ, de justitiæ tramite redintegrando rogantibus, clementißimas præbuit aures, ut ex præfatione constitutionum Saxonicarum idipsum liquet, sic habente:* **Nachdem vnsere getrewe Landschafft vnd vnterthanen vns berichtet vnd fürgebracht / daß vnsere bestalte vnd geordnete Hoffgerichte / Juristen faculteten, in zweiffeligen fellen / vnnd Schepffenstülen / vngleich sprechen vnd erkennen sollen / vnnd vns derowegen vnterthänig ersucht vnd gebeten / etc.** *Et saluberrimas illas provinciales constitutiones, consPirantibus Electoratus Statibus, publicavit & promulgavit.*
51 † *Haud abßimilem in modum sæpius Megapolitani Heröos, monentibus & submißè flagitantibus, hujus ditionis sta-*

tibus

tibus, politicas, nec non & judiciarias constitutiones, tulerunt, & usibus publicis aptarunt, vti prologi dictarum Constitutionum commemorant. Idem de Pomeraniæ gente, Brunovicensi populo, alijsq; Imperij principibus, dictu & probatu haud foret difficile. † Deinde statuta hæc Lubecen- 52
sia, licet nonnullis, justo duriora appareant; tamen harum regionum mores, vti & varia contractuum genera, tum etjam antiquissima & receptissima judiciorum observantia & consuetudo, nec non delictorum frequentia & atrocitas, duriores sanctiones requisivit.

† Quod si tamen, Constitutio quædam: paragraphus, 53
vel articulus, à jure communi & naturali æquitate longiusculè recedere videbitur, tum potius mens constituentium, contra verborum proprietatem, ex jure civili, Saxonico, indaganda & eruenda, quam absurdi quid statuendū. In hujus enim juris ordine perplexo, ita interpretatio facienda, ne adversetur receptæ consuetudini, vel legi civili, aut Saxonicæ provinciali, legibus vè vicinis. ita enim proœmium hujus juris habet: **Daß solch Recht/ mehrentheils/ den beschriebenen Käyser/ so wol auch dem Sachsischen Rechte/ vnd gewonheiten/ nicht allerding vngemeß.**

† Secundò Statuta Lubecensia, nunquam in fraudem ac 54
detrimentum Reip. sed potius in dubio, in utilitatem commodum & emolumentum patriæ, interpretanda, argumento eorum quæ tradidit Bart. in leg. 3. §. uteriq; ff. ad Syllanian.

† Tertiò cum nonnunquam statuta Lubecensia, sint pro- 55
lixa, ver-

lixa, verborumq; perplexis labyrinthis, involuta; sedulò attendendum, non quid facti seu verborum narratio proponat, sed quid disponentium mens, definiat, statuat, ac pronunciet. arg. leg. Nominis. 6. §. ex verbis. π. de V.S.

56 † *Quartò, si statuti verba fuerint ambigua, obscura vel absoni quid habentia; in illis interpretandis, declarandis & cõciliandis potius usus communis, quàm proprietas vocis, sequendus: cùm hoc casu durior putaminum cortex, sive verborum proprietas, rectè cedat molliori æquitatis ac rationis nucleo, ususq; sit optimus legum interpres.*

57 † *Quintò cùm statutarium hoc jus Lubecense, tam in contractibus quàm ultimis, nec non judiciarijs actionibus, utplurimùm: peculiarem formam habeat ac servet: nec eundem numerum testium cum jure civili in ultimis elogijs requirat; sed in donationibus, tam inter vivos quàm mortis causa factis, singularia quædam efflagitet, ea omnia strictè observanda veniunt; cum actus subsistentia metiendus sit ex forma, quæ dat cuiq; rei suum esse.* Gail. lib. 1. obs. 1. num. 36. *eiq; ita arctè adhæret, ut individua dicatur atq; inseparabilis.* leg. cum hi. §. si prætor. π. si cert. petat. *Nec partium placito ei quidquam adimi vel subtrahi queat: cùm nemo præstare possit, ne leges in suo testamento locum habeant.* Bald. in leg. ult. colum. 2. Cod. de suis & legitim. Idem in leg. non sunt liberi. π. de statu homin. Andr. Geil. 2. obs. 19. n. 15. & seqq. *Unde forma à lege municipali introducta, dicitur substantialis, nec ea in minimo est immutanda, & ut Doctores loquuntur, ne in*

unius

unius quidem horæ momento. Bald. in cap. 1. col. 2. verſ. ſed nunquid numerus: De milite vaſallo, qui contumax eſt; in uſib. feudor. Geil. 1. obſ. 124. per totum. † *Quocircâ, eâ omiſſâ, totus vitiatur* 59 *actus, & perinde habetur, ac ſi nunquam fuiſſet celebratus ſeu captus, cum ejuſdem effectus ſint & efficaciæ, planè non fieri, vel minus ritè, & ad præſcriptum legis fieri.* l. cum hi. §. ſi prætor. π. de tranſaction. l. conſtitutionib. π. ad municipal. l. certa forma. Cod. de jure Fiſci. lib. 10. *Et ſi in minimo legis forma fuerit transgreſſa vel neglecta, totus actus reputatur nullus.* Anton. in cap. Piſanis. col. 2. in 7. notabili X. de reſtitution ſpoliator. Felin. in cap. cum dilecto col. 12. poſt medium primæ ampliat. X. de reſcript. † *Cauti itaq; cauſarum patroni eſſe debent, ne in teſtamen-* 60 *torum vel contractuum actionibus, aut libellorum formis, à forma recedant, ac clientes nec non & ſemetipſos in periculum conijciant.* *Hæc verò utut ſe habeant, non tamen in-* 61 *terea jus Lubecanum, cuiquam interdicit forma Romana in teſtamento ſuo utendi; cum civi Lubecenſi, æquè liberum ſit elogium ſuum extremum ad formam Romani, atq; Lubecani juris condere ac poſteris relinquere, modò præter juris Romani formam Statuta Lubecana nihil requirant; quod ſit in teſtamentis, contractibus, donationibus & alienationibus mulierum.* *Illa enim minutiſſimè attendenda ſunt, per auctoritates modò recenſitas.*

† *Quod ſi verò aliquis caſus hujus juris adeò perplexus,* 62 *obſcurus, & à communi obſervantia alienus repertus fuerit, vti quamplurimi, aſſiduo lectori illorum occurrunt tum ænigmatis iſtius reſolutio, ab ampliſſimo hoc Collegio ſeu ora-*

culo Baltico omninò petenda erit; cum à legislatore & Prætore, edicti propositi ratio atq; interpretatio dependeat. per ea quæ tradunt Doctores ad §. responsa prudentum, Institut. de jure Nat. gent. & civili. *Et sicut senatus hujus urbis, rogantibus vicinis civitatibus & provincijs, copiam sui juris fecit, attestante prologo hujus juris:* **So haben viel guthertzige rechliebende ansehentliche Stätte vnd** *Communen* **beym Erbarn Raht angehalten/** &c. *Ita quoq; ejusdem interpretationem verumq; intellectum rogantibus minimè negabit: idq; divorum Impp. exemplo, qui de jure consulentib. singulis, etjam privatis responderunt; uti ex inscriptionib. legum codicis Justinianei apparet.*

63 † *Cum autem non rarò versuta, vafra & callida ingenia, vitilitigatorumq; siniſtra judicia, cùm imperitia, tùm subtili argutatione, sensum hujus juris genuinum, argumentis à contrario petitis, evertere, & planè in alienum sensum detorquere conentur: Iccircò ejusmodi telis è pharetra contrariorum ejaculatis, hicce responsionis clypeus est obtendendus; Argumentum à contrario sensu in Statutorum interpretatione & extensione non admitti, si Inductio seu argumẽtatio à cõtrariorũ illatione firmata, dispositioni juris communis, Saxonici, vel legibus vicinorum, adversetur.* l. apud antiquos. Cod. de Furt. l. qui testamento. §. mulier. ff. de testament. Angelus consil. 216. & consil. 183. Bartol. in l. observare. §. proficisci. ff. de testament. *Quamvis alias verum sit, argumentum à contrario sensu, in statutorum interpretatione & intellectu non esse in*

esse infrequens. argumento l. 1. ff. de offic. ejus cui mand. est jurisdict. Nicol. Everhard. à Middelburg. in loco à contrario sensu, num. 22. Hyeronim. Scurf. cent. 2. consil. 36. n. 11. Joachim. Mynsing. respons. juris Decad. 1. respons. 10. num. 81. & 82. *Si nimirum, exinde non sequatur juris naturæ vel civilis correctio, & adjuvetur alijs adminiculis juris, per auctoritates jam enumeratas.* † *Præterea cum alicubi, Juris Lubecani dispositio dura non tantùm videatur, sed revera sit, attestante proœmio hujus juris:* **Vnd ob wol darinnen etliche** *specialia*, **welche von den beschriebenen Rechten** *discrepiren*, **vnd dem Leser zu geschwind vnnd scharpff zu seyn bedencken machen möchten**/ *&c. Ideò interpretatio seu extensio articulorum sive paragraphorum, neutiquam admittenda, seu de masculo sexu ad fœmineum detorquenda, nec de persona filij ad nepotis descendendum.* arg. l. si furiosus. Cod. de Nuptijs l. præcipimus Cod. de appellat. l. Sancimus. Cod. de testam. cap. cum expediat: de Elect. in 6. Vacu à vacu 6. declamat. 91. Duar. l. 3. de adquir. possess. Geil. 2. obs. 33. Wesenb. consil. 5. n. 44. Cacheran. decis. 59.

SECTIO VIII.

DE INSIGNIBUS LUBECENSIUM.

SUMMARIA.

1. Omnes Monarchæ, subditis & vasallis, certa concessere insignia, in notam subjectionis.
2. Ad hunc modum, Romano Ger-

1. Alle Regenten/ haben jhren getrewen Lehenleuten/ gewisse Waffen/ mahl vnd kennezeichen ertheilet.
2. Alle Chur/ Fürsten vnd Stände des

mani Imperatores, subditis certa & peculiaria insignia largiti sunt.

3. Lubeca, concessu Imperatoris gerit Aquilæ signum.

4. Nec non & purpureum cum niveo territorio.

5. Junctis hastis militaribus coronæ infixis.

6. Lubeca, plurimis fortunæ inconstantis fluctibus, à prima fundatione agitata fuit.

7. Tempore Friderici Barbarossæ, Lubeca, pristinæ libertati restituta, & libera Imperialis facta.

8. Aquilæ signum, ab Imperatoribus ei, pro nota libertatis concessum.

9. Alia caussa Aquilæ concessæ.

10. Insignia gentilitia quid designant.

11. Vt Aquila, Jovis armiger dicitur: sic Lubeca non injuria Imperatoris & Imperij civitas nuncupatur.

12. Bicipitis Aquilæ mysterium.

13. Hactenus Lubeca, in expeditione Classis Anseaticæ, Admiralij vices, ex placito collegij tenuit.

14. Aquilæ Lubecensis pennæ regiæ, sive alarum remiges, à pro

Reichs haben jhre sonderbare Kenn: oder Feltzeichen.

3. Die Stadt Lübeck / führet auß Röm: Kay: Mayst: erlöbnuß des Reichs Adeler.

4. Daneben auch ein Roht / vnd Weisses Feldt.

5. Mit vnterschiedenen Spehren oder Fahnen / auff einer Gülden Krohne.

6. Lübeck hat vonzeit erster jhrer Erbawung vnd *fundation*, mercklicher widerwertigkeiten gehabt.

7. Zur zeit Friederich *Barbarossæ*, ist Lübeck wider eine Freye Reichs Stadt worden.

8. Der Reichs Adeler / ist ein zeichen / daß Lübeck eine Käyserliche / Freye Reichsstadt sey.

9. Der Reichs Adeler / soll eine ewige erinnerung seyn / daß sie dem Röm: Reich / mit jmmerwehrender trew verbunden.

10. Die Adeliche / vnnd vornehmer Bürger Geschlechtere / führen jhrer Voreltern Helm vnnd Schild / nicht darumb / daß sie darmit sollen prangen / oder wie der Esel mit der Lewenhaut sich schmücken / sondern so offt sie die Waffen ansehen / sich dahin befleissigen / daß sie in jhrer Voreltern Fußstapffen tretten.

11. Wie der Adler / dem Gott *Jovi* lieb gewesen: Also ist auch Lübeck / von allen Römischen Käysern werth vnd hoch gehalten worden.

12. Der zweyköpffigter Adeler bedeutet die zween / als Geist: vñ Weltliche Regirungē.

13. Bißhero hat Lübeck / auff beschehene beliebung der *Confœdirirten* / den namen der *Ammiralitet* / in gemeine sachen geführet.

14. Dem Lübischen Adeler / seynd seine Schwingfedern zu offtern / aber niemahln

prijs pul-

prijs pullis eidem non raro arrosæ, ac penè præcisæ.

15. Ast emplastro amnistiæ, ac moderato consilio, nitori pristino restitutæ.

16. Cùm periodi imminentes, fatale quid, portendant, cautè pieq; vivendum & agendum.

17. Color vermilius & candidus.

18. Definitio Campi.

19. Color sanguineus, priscis, maximè Romanis, fuit nota magistratuum superiorum.

20. Purpureus color, nota est eminentioris status & Imperij.

21. Famuli Lubecensium publici, cur purpureo vestiantur colore?

22. Legati Lubecensium, ad Comitia Imperij, & provincialia missi, liberè & candidè, quæ in mandatis habent, explicare possunt.

23. Vt color niveus ab omni macula est purus: sic respubl. hæc ab omni, præter Imperatoris, superiotare est libera.

24. Colonia Agrippinensis, Episcopum in certis casibus tenetur admittere.

schwehrer/ als von seinen eignen Jungen durch Inner: vnd Bürgerliche vneinigkeit gerupffet worden.

15. Aber durch einigkeit vnnd guten Rahe wider zum Wachsthumb gebracht.

16. Weil die *fatales periodi*/ etwas verborgenes mit sich führen/ vnd von zeit daß Lübeck erbawet/ das fünffhunderste Jahr bald verflossen/ Alß ist beten/ sonderlich enderung des Lebens/ vnd wahre Buß hoch hoch nötig/ *pio sat dictum.*

17. Die Weisse vnd Rote farb bedeutet erstlich/ daß diese Oberigkeit jhre gehorsame Bürger mit Schneeweisser vnd vngeferbter Väterlicher affection/ sollen einen vnd meinen: Die Halßstarrigen vnd Vngehorsamen aber/ mit Schwert vnd Blut verfolgen vnd straffen.

18. Darnach die zween weissen vnd roten Felder bedeuten/ der Lübischen territorium vnd Vmbkreiß jhres Weichbildes.

19. Purpurfarb/ die Kleidung ist nur hohen vnd Königlichen Personen zu gebrauchen erleubt.

20. Die Bluthfarbe ist ein zeichen/ der *superioritet* vnd Landsobrigkeit.

21. Lübische vnd andere Stätte Diener/ so in Roter Purpurfarb gekleidet werden/ bedeuten durch diese Culcur, daß jhre Herren/ auch vber Bluth vnnd das höchste/ so in Gerichten mag verhandelt werden/ zu commendiren haben.

22. Der Lübischen/ auff Reichs vnd Kreißtage verordnete Gesandten/ haben alda jhre Freye Stimme/ vnd standt.

23. Wie das Weisse im Lübischen Felde/ keine Flecken in sich hat/ Also erkennet dis Regiment/ keine andere Herrschafft/ dann allein den Käyser.

24. Die Stadt Cölln, muß in gewissen Fällen/ dem Ertzbischoffe allda/ das gebieten gestehen.

25. Electores Brandeburgenſes, jus Burggraviatus, in Noribergenſes prætendunt.

25. Das Churf. Hauß Brandenburg maſſet ſich den *Burggraviat* zu Nürnbergk an.

26. Galearum inſignia, non cuivis, minimè-libero ſeu ignobili mælibeo, conceſſa.

26. Herr *Omnis* Geſindlein/ iſt nicht erleubt mit Helm vnd Schildt herein zu prangen.

27. Galea, ut armorum caput eſt, ſic ejus cõceſſio Lubecenſib. facta, omnia alia armorum genera, tàm majora quàm minora complectitur.

27. Der Helm in Freyen Regimenten/ bedeutet den gebrauch vnd Erleubnuß aller *defenſion* vnd Wehren.

28. Vſum armorum huic reip. negantes, & antiquitatis, & rerum geſtarum, ſe ignaros, vel perversè malos produnt.

28. Wer dieſer Stadt Lübeck/ vnd Henſiſchem Bund/ das *defenſion*, Kriegswerck vnnd werbung abſaget/ der thut es auß vnwiſſen oder vorſetzlicher Böſßheit.

29. Collegium Anſeaticum, plus trecentis annis egregia bella geſſit, ſuasq; copias vel imperatorijs & vicinis conjunxit, vel ijsdem oppoſuit.

29. Der Henſiſche Bund/ hat vber 300. Jahr mit Potentaten vnd Königen/ auch wol wider dieſelben Kriege geführet.

30. A multis annis, belli duces, & militum tribunos, ſibi elegit.

30. Hat Kriegsoberſten/ vnd Befehlighaber/ gehalten vnd beruffen.

31. Militem magno equitum ac peditum numero, conſcripſit, cinguloq; militari ornavit.

31. Hat das Heer an Reuter vnd Knechten geſamblet/ geſtercket/ vnd nach notturfft ſtaffieret.

32. Conductum militem probarunt, ne aſpectu truculẽtos, vultuvé torvos, præ animi robore præſtantibus; magisq; lingua in comeſſationib. quàm manu promptos ad prælia eligerent.

32. Haben jhre geworbene Volck gemuſtert/ darmit ſie nicht Schnarchhänſe für behertzigte Soldaten zuſamen brechten.

33. Confœderatæ civitates, olim proprios cives, ſuæq; juriſdictioni ſubjectos, armorum contrectationi, magis quàm hodiè aſſuefecerunt.

33. Haben vorzeiten/ jhre Bürger mehr wie jtzt/ zu Handtierung allerhands Wehren/ Büchſen vnd ſchieſſen/ gehalten.

34. Singulis ferè annis, per magiſtros ſeu præfectos rei armamentariæ, civium arma luſtrarunt, ac nequid in illis deſideraretur, ſedulam operam navarunt, vel ſaltem navare debuerunt

34. Die Hänſe Stätte/ halten faſt järlich jhre Zeug oder Quartiermeiſter/ zu beſichtigung der Bürger Wehren vnnd Waffen/ oder ſolten ſie billig halten.

§ 5. Habent ſua armamentaria, tor-

34. Sie haben jhre Zeugheuſer/ mit aller-

mentis

mentis æneis, & machinis fulminalibus, ad urbes & præsidia sua defendenda refertissima.

36. Ad classem expediendam necessaria, semper in promptu habuêre, & sine gravi mora eandem instruxêre.

36. Sæpius prævia clarigatione legitima, hosti bellum denunciarunt

38. In defensione necessaria, utplurimum fortiter, & fœliciter dimicarunt.

39. Affulgente pacis aurora, capita pacificationis, ni quid iniquitatis habuêre, absq; superioris applausu, acceptarunt.

40. Habent potestatem revocandi & dimittendi militem.

41. Hasta, priscis bellica virtute claris, in signum virtutis concedebatur.

42. Omnes Imperij status, hasta in insignijs utentes, cum regali dignitate dicuntur & præsumuntur investiti.

43. Ex eo, quod Lubeca, hastarum fasciculo investita, & status Imperij est, patet illam regali dignitate vestitam esse.

44. Lubeca, dignitates & jura, regali investituræ competentia inde à quadringentis annis usurpavit.

45. Imperium Henrici Leonis abjiciendo, & jugum Danicum excutiendo.

46. Civitatem adversus vicinorum

hand grossem vnd kleinem Geschütz vnd Stücken/versehen.

36. Was zur SeeArmada vnd Ammiralschafft gehörig/haben die Hänsestätte vor vielen Jahren besser wie fast jtzo können vnd mögen zusamen bringen.

37. Sie haben vielmals/auff abgetrungene nothwehr/ihrem Feinde durch ihre Herolden Absagbriefe zugefertiget.

38. In vnvormeitlichen Kriegen vnnd Schlachtungen/ haben sie viele herrliche Siege erhalten.

39. Haben Fried/ohn der hohen Obrigkeit wissen vnd *Consens*/können machen vnnd eingehen.

40. Können jhre geworbenes Volck/jhres gefallens/entrlauben.

41. Die alten Römer/haben wolverdienten vnd tapffern Helden Speere verehret.

42. Alle Stände des Reichs/welche in jhren Waffen/solche Speer vnd Fahnen führen vnnd gebrauchen / seint mit den hohen *Regalien* belehnet.

43. Weil Lübeck auß Käyserlicher macht vnd miltigkeit die Reichsfahnen in jhren Waffen führet / ist nicht zu zweiffeln / daß sie mit Regalischer freyheit belehnet.

44. Die Stadt Lübeck/hat vber 400. Jahr/ sich der macht vñ herrligkeit/ welche durch das Fahnlehen / den *Vasallen* zustehet / gebrauchet.

45. In dem sie sich mechtiger Lewen gewalt entbrochen/vnd solcher herrligkeit gebraucht.

46. Haben jhre Stadt vnd Gebiete wider

insultus

insultus incursiones & rapinas defendendo.

47. Numerus hastarum, quid designet.

48. Hasta Fiscalis quæ?

49. In Civilibus, sub hasta fiscali, venduntur cessionariorum bona.

50. Plus offerenti cessionariorum bona, addicenda.

51. In criminalibus hasta, meri mixtiq; Imperij nota est.

52. Cur lictores capite damnatos candido bacillo præeant.

53. Ut Judex eundem frangendo, noxium morti tradat.

mannigen anlauff erhalten/ vnd freyheit beschützet.

47. Die vielheit der Fahnen hat auch jhre bedeutung.

48. Was der Richterliche Stab für bedeut: vnd wirckung habe.

49. Der Panckerottirer/ vnd nicht zahlender Schüldener güter / werden *subhastiret* vnd offentlich feil geboten.

50. Wer das meiste bietet vnd zahlet / wird auch den *possidirendem* gleubiger vorgezogē.

51. In Peinlichē fellē bedeutet der Richterliche stab das höchste blut vnd halsgericht.

52. Warumb den Mißthätern der weisse Stab wird fürgetragen.

53. Darmit durch des Stabes zerbrechung dem Mißthäter alle hoffnung des Lebens entzogen werde.

1 *DE more antiquissimo,† meritis Regni vasallis ac proce-*
ribus, certa insignia fuisse tributa, Romanorum annales
testantur. Sic etenim Narcisso, Quæstoria insignia à Claudio
Cæsare, teste Tacito; & ab eodem, insignia Prætura, Crispi-
2 *no fuisse decreta. † Ad hunc itaq; morem, Romano*
Imperio ad nostrates delato, Regibus, Electoribus, Principi-
bus, Comitibus, Imperialibus Civitatibus, nobilibus, etiam
alijs, peculiaria insignia fuisse concessa, notæ & insignia illu-
3 *strium familiarum, ac civitatum probant. † In cæteris*
4 *verò, Reip. Lubecensi, † Aquila, cum purpureo niveoq;*
territorio, **ein Rothes oder Purpurfarbes/ vnnd dann**
5 **Schloßweisses Feldt/** *† junctis hastis militaribus, coro-*

næ aureæ

næ aureæ innitentibus, concessa; ut horum indigitatione, ceu nota peculiari, hæc Respubl. à cæteris Imperij statibus discerneretur, ac in perpetuum libertatis signum usurparet. Paucis itaq; annitemur, ut ænigmatis hujus involucra, citra tamen aliorum rectius sentientium præjudicium pandamus; fatentes interim horum insignium, sive ænigmatis solutionem, acutißimo Oedipo dextrè proponendam; cum hactenus nemo ad manus mihi pervenerit, qui vel digitulum in hoc, intenderit; spe indubia, si omni duce destituti, in hoc labyrintho, aliquorsum deflexerimus, aut etiam penitùs aberraverimus, id nobis vitio minimè cessurum. Annitemur itaq; num favente Minerva, desiderato exitu, potiri valeamus.

AQVILA.

Aquilam, Imperiale signum esse, Turcorum famulis, ad Imperatoris limen, dominorum suorum è conclavi reditum exspectantibus, Germanis apprimè notum est. Hujus verò signi usurpationem, Respubl. Lubecana, citrà Imperatoris auctoritatem atq; concessionem sumere, absq; violatione Majestatis, minimè potuit. Cum falsi damnentur, qui sibi insignia fingunt.

† Cum itaq; Lubecana Respublica, à prima infantia, 6
& quidem Imperatore Conrado, varijs fortunæ fluctibus fuerit jactata, & à primo restauratore suo, Adolpho, Holsatiæ Comite bellicosißimo isti Saxoniæ & Bavariæ Duci, Henrico Leoni, circa annum Christi 1162, teste Chytræo, erepta:

7 † *ab invictißimo Principe & Imperatore* Friderico Barbo-
rossa, *priſtinæ libertati reſtituta, & ex ſerva Imperialis facta,*
ut proœmium hujus juris habet, **Von Käyſer Friedrichen**
dem erſten / mit anhangenden güldenen Siegeln beſtetiget.
8 † *dubio procul, in ſignum Imperialis ac liberæ urbis, Imperialem hanc Aquilam, ei fuiſſe tributam, ut eſſet Aquilæ*
Imperialis fœtus, & pars ejusdem corporis, à nemine eidem
demembranda: quamvis à Danorum, Gothorum & Cimbrorum, vicinorumq; vi & incurſionibus, minimè fuerit tuta, ut ſuo loco aperiemus, & Hermannus Bonnus prolixè o-
9 *ſtendit*. † *Quin & eo fini, Aquilam ei conceſſam haud abſonum videtur, ne ab Imperatore & Imperio deſciſceret, alijve nomen daret, ut ita Aquilæ inſpectio fidei memoriam perpetuam illi ſuggerat. Cum & olim militibus, ſigna ſive*
inſignia, ſcutis inſcribenda, ab exercitus duce conceſſa fuerint, ne à vero ſuo Domino deflecterent, ſed ipſius cohorti ſemper adhærerent. Veget. lib. 2. cap. 18.

10 † *Vti & hodie, inſignia nobilibus & è patritio ordine*
prognatis conceſſa, nihil quàm fidei & virtutis teſtimonia ſunt, quibus ad proavorum præclara facta, remittuntur, & ut eorundem veſtigijs inſiſtant, admonentur: quamvis Heroum filij noxæ, olim, & nunc, ut plurimùm extitere.

11 † *Deinde, ut Aquila, Jovi quondam ſacra fuit, ita*
Lubecenſis Aquila, terreno Jovi Germanorum, eſt ſacratiſſima, diciturq; Cæſarea, **eine Käyſerliche vnd Raichs**
Stadt, *ut ex frontiſpicio prologi patet.*

Tertio

† *Tertiò integram, eamq; bicipitem obtinuit Aquilam*, 12
quò utriusq; capitis regimen, tum in sacris, tum in prophanis denotaretur. Caput enim in jure nostro, & probatis auctoribus, aliquando pro statu, vel personæ, vel rei, accipitur. uti tot. tit. de capitis diminutione docet. *Et ut Paulus Jureconsultus ait, Tria sunt, quæ capitis notatione designantur, Libertas: Civitas: & familia; Unde tria genera capitis diminutionis recensentur: Ita hæc aquilina capita libertatis, civitatis, & familiæ jura probant.*

Quocirca nonnullæ Civitates, non integra, sed parte saltem Aquilæ sibi insignij loco concessa, utantur.

† *Præterea ut Aquila volatu, reliquas aves facilè vincit;* 13
sic potentia alarum, terra mariq;, inter civitates Admiralij seu Ducis vices tenuit, & res magnas juxta cum socijs præcipiti volatu expedivit, teste Crantzio, Chytræo, Hermanno Bonno, Tracigero, & alijs. Quippe non ravò sola cum Leonibus, Equis, Gryphis, Tigridibus, Bucephalis, alijsq; animantibus coronatis, congressa, majorem laudem, quàm commodum, reportavit; ut simplici quidem, aureo tamen & notabili stylo, idipsum notavit Herm. Bonnus, inquiens: **Vnd ys wol tho mercken/ dat/ wowol offtmals/ groth groth Gelůck/ in dissen Feyden/ den van Lůbeck vôrgestahn ys/ so ys ydt en doch selden geraden/ vnde hebben alletydt/ NB. mehr/ vnd grôtern schaden geleden/ deñ fôrdel gehat.** *Cavebit itaq; hæc respubl. studiosè, ne imposterum aureo hamo piscetur. Hactenus quoq; ad solem justitiæ pullos suos seu*

Reipubl. administros probavit; Et degeneres, vel odio, vel livore, vel avaritia occæcatos excluſit, ut Marci Mejeri, aliorumq; exempla docent.

14 † *Et quanquam ſæpius, huic Aquilæ, civiles & inteſtinæ diſſenſiones, alarum remiges, majorem modum attriverint, ac pene avulſerint,* **jhme die Schwingfedern/ durch Bürgerlichen Streit vnd vneinigkeit/ zimlich wol gerupffet/** *ut inde vires corporis, haud leviter attenuatæ, ac multoties*

15 *ferè enervatæ fuerint: † prudenti tamen conſilio, pennas diſſipatas, ac vi tempeſtatum disjectas, recollegit,* **hat die außgetriebene Häupter vnd Schwingfedern/ wider zu ſich verſamblet/** *atq; amniſtias emplaſtro, maturè, potius malo enaſcenti mederi, quàm ſemetipſam evertere maluit; ut non immeritò de juventute Aquilæ, inſtar renovata, ſibi cum Pſalte divino gratulari, & pacis auctore, non oris, ſed cordis voce, de omni diſcordiarum malo clementer averruncando,*

16 *implorare poſſit ac debeat; † idq; cumprimis imminente triſti illa periodo, quæ rebuspublicis exitio eſſe conſuevit. Ut ut enim, annorum curſus aſtrorumq; aſpectus inclinando, non verò neceſſitando, quid importent; tamen non minus ſacræ, quàm prophanæ hiſtoriæ, citra ſuperſtitionis crimen, hoc fidei merentur, ut periodorum revolutiones anſam nobis præbeant, quò ad avertendam iraſcentis Dei vindictam, & juſtitiam, & religionem magis ſuſpiciendam, ſimus attentiores, nec non ſubditos, fidei noſtræ commiſſos, ad vitæ emendationem, exemplo decenti, inſtigemus. Quò verò hîc mihi nihil ſi-*

niſtri

nistri imputetur, exempla ijsdem, quo auctor axiomatum historicorum Georgius Richterus illa ex varijs auctoribus congessit, verbis referam: eaq; ex prima regula de fatali Imperiorum periodo huc transcribam, ubi ita refert:

Intuentes historias à prima antiquitate, reperimus REGNA, & RESPUBLICAS, potentiores 500. annis, plerumq; floruisse: plurimas hunc terminum non attigisse: Nulla: aut pauciſſima superasse: Sed in quingentesimi anni momento, aut propè incidisse mutationes, quibus vel eversa vel deleta funditus, vel aliò translata desierunt, vel in aliam novam sint transmuta formam.

EXEMPLA.

I. Tribus quingentesimis periodis exactis, à mundi exordio, & supra has annis 36. adjicit DEUS annos adhuc 120. spacium scilicet ad resipiscendum satis longum.

II. Anni quadringenti sunt triginta quinq; peregrinationis Abrahæ, seu à tempore vocati Abram ex Haran, usq; ad egressum ex Ægypto, & datam legem.

III. Anni 425. à nato Abram usq; ad natum Mosen.

IV. Ab exitu populi ex Ægypto usq; ad nativitatem Christi numerantur præcisè anni 1508: quæ series annorum complectitur tres integras periodos annorum 500. Nam anno ab exitu populi Israëlitici ex Ægypto 480. ceptum est extrui primum templum à Salomone: & tanto ferè spacio temporis rexerunt populum Duces & Judices.

V. Idem templum anno 422. pòst, Nabuchodonosor rex Babylonis direptum ac dirutum solo æquavit: totumq; regnum Judaicum, abducto in captivitatem Rege Zedekia, sustulit ac finivit: quod floruerat annos 505. à Saule ad ultimum Zedechiam usque.

VI. Secundum templum, quod dimissi ex Babylone Judæi, postquam 70. annorum captivitatem sustinuissent, Cyri jussu concessuq;, secundo à reditu anno inchoarunt, sed impediti vicesimo primo demum anno absolverunt, annos 500. integros stetit. Etenim 501. anno à prima instauratione, Herodes gratificaturus Judæis, totum renovavit & magnificè exornavit, annis ante natum Christum 15: id tandem Vespasianus capta urbe incensum delevit funditùs. *Vide Philip. in Postil. per Pezel. ed. part. 3. pag. 534.*

VII. A soluta captivitate Babylonica ad liberationem generis humani, à morte, peccato, & Diaboli potestate, id est, ad Christum de deleto peccato, morte abolita, fracta potentia Diaboli, redempto ac restituto genere humano triumphantem, numerantur in prophetijs Danielis hebdomades 70. id est, anni 490. cujus prædictionis veritatem Christus adventu suo complevit.

VIII. Totidem anni penè interceserunt regno Saulis & Samuelis, & principatui Moysis: quo Duce exijt ex Ægypto populus Israël, excusso jugo duræ servitutis.

IX. Successio & gubernatio Regum in populo Judaico complevit annos 500. à Saule usq; ad captivitatem Babylonicam.

X. Eundem terminum attigit restituta post captivitatem politia gentis Judaicæ, ab Esdra usq; ad Vespasianum: qui totam destruxit: ut fuerat prædictum multò antè: reliquijs Judæorum dissipatis ac dispersis in totum orbem terrarum. Nec à Vespasiani temporibus instaurata est amplius. Nam aliquantò pòst Hadrianus, recolligentes sese Iudæos, & receptis viribus, atq; inchoata instauratione politiæ sese confirmantes, magnis & difficilibus bellis vix tandem repressit atq; extinxit, cæsis amplius quinquagies centenis millibus Iudæorum & urbibus munitis quingentis, oppidis insignibus 985. dirutis & solo æquatis. Cumq; Juliani Cæsaris permissu denuò tandem confluxissent in solo patrio: & exædificaturi muros urbis Hierosolymæ, fundamentorum causa terram subruerent: ignis ex dehiscente terra sponte exiliens, operarios absumpsit: quo factum, ut desistere à structura cogerentur.

XI. Annos 520. Assyrij tenuerunt Asiam: postea Medi eam occuparunt, illis excussis, teste Herodoto.

XII. Annos 490. regnum Athenarum duravit à Cecrope usq; ad Codrum: cui abrogatam & ademptam Monarchiam Athenienses mutarunt in Democratiam.

XIII. Totidem annos floruit Lacedæmonum Respubl. sub regib. Heraclidis, à Lycurgo, qui eam reipublicæ formam primus constituit, latis & sancitis legibus, usq; ad Alexandri Magni ætatem, sub quo concidit.

XIV. Macedonicum regnum etiam ferè tam diu floruit.

XV. Annos 430. Æneæ posteritas dominata est Albæ: postea exevit Roma.

XVI. Annis 500. ab expulsis Regibus usq; ad Monarchiam Augusti, rexerunt rempublicam Romanam Consules, forma gubernationis mixta ex Aristocratica & Democratica.

17. Anno

XVII. Anno ſoo. poſt devictum ab Auguſto Antonium ad Actium, & conſtitutam Monarchiam, cœſo Romæ Valentiniano, ultimo Occidentis Imperatore, imperium Occidentis dilaceratum concidit, & eſſe deſijt: Vandalis, Alanis & Suevis primò Galliam, deinde Hiſpaniam, tandem & Africam, & in ipſa Italia urbem Romam, Genſericho duce, invadentibus, occupantibus, ac diripentibus: Scotis & Anglis Britanniam: Burgundionibus & Francis Galliæ partem: Gottis partim Italiam, partim Galliam, Narbonenſem, Aquitaniam, & veterum Cantabrorum ſedes, ac Celtiberorum in Hiſpania: Longobardis Galliam Ciſalpinam adorientibus & obſidentibus. Nec poſt hunc Valentinianum certa aliqua & firma fuit Græcorum Imperatorum in Occidente potentia. Ideò paulò pòſt, relicta urbe Roma, conſtituerunt Exarchatum Ravennæ: quem etjam citò deſtruxerunt & everterunt Longobardi.

XVIII. Annis ferè ſoo. elapſis ab eo tempore, quo Conſtantinus Imperij ſedem Conſtantinopolin transtulit ex Italia, Carolus Magnus, victis & domitis Longobardis, qui Gottos antè debellatos pepulerant, Imperiũ Occidentis in libertatem aſſeruit & inſtauravit.

XIX. Ægyptus paruit Caliphis, ortis ex gente Sarracenica, per annos 447. Erepta eſt illis à Sarraceno Syriæ Sultano, quem ex Caliphis ultimus in belli ſocietatem attraxerat contra Almericum Regem, Hieroſolymitanum ſucceſſorem Balduini regis.

XX. Monarchia prima fuit penes Aſſyrios à Nino uſq; ad Sardanapalum per annos 1033. Quando itaq; translata rurſus eſt à Phulbelocho: fuerat jam apud Aſſyrios per duas integras periodos.

XXI. Regnum Germanicum per Electores Septemviros adminiſtratum eſt annos ſſo. aut circiter, conſtitutos ab Ottone III.

XXII. Ante annos paulò ampliùs quingentos regna eſſe ceperunt atq; efflоruerunt Polonia & Ungaria. Ex his regnum Ungaricum ſatis jam à latronibus Turcicis vexatur & affligitur: ante oculos interq; manus ſunt omnia noſtras. Regnum Polonicum incerto & dubio ſtatu nutat: & quò ſit ſe inclinaturum, paulò pòſt docebit eventus.

XXIII. Eodem tempore Galliæ regnum invaſit Hugo Capetus, cujus poſſeſſionem poſteri hujus retinuerunt huc uſq;. Id hodiè mutua civium inter ſe laniena vaſtatur. Ab hoc tempore cùm elapſa ſit fatalis periodus annorum quingentorum, metuendum eſt, his regnis omnibus magnas & fatales

fatales imminere mutationes: quas clementer Deus mitiget: servet verò, quæ jam nutant regna ac protegat: & in illis Ecclesiæ suæ aliqua hospitia largiatur: ne doctrina de Filio Dei, & invocatio vera, honestæq; leges & studia prorsus aboleantur. *Hæc exempla ponunt Philip. in Loci Man pag. 604. & seqq. in Postil. per Pezel. ed. part. 3. pag. 534. Peucerus in lib. de divinat. pag. 18. b. & seqq. item in Chronicis pag. 393. & in lectione Chronicorum 17. Decemb. An. 1569. Item An. 70. 3. Novemb.*

Conferant itaq; rerumpublicarum moderatores, primam regiminis sui ætatem, cum periodis modo imminentibus, & habebunt, de quo semet ac suos commonefaciant, quò probius ac cautius, in publicis mercari discant. Hoc facto, non dubitandum, quin Custos Israelis, ferrea abjecta virgula, paternè cum suis sit acturus; quod pio precor voto.

CAMPI NITENTES AC RUBENTES.

17 † *Jam nitentes, & rubeo candidoq; colore coruscantes campos Lubecenses,* **die beyden rote vnd weisse Felder** / *ingrediemur, atq; utriusq; coloris suavitatem ac simul mysterium sive virtutem investigabimus. Et primò quidem utriusq; planiciem, deinde colorum qualitatem perlustrabimus. Color siquidem priscis gratus fuit Albus, qui & præcipuè Deo decorus habitus, testante Cicerone 2. de legibus.*

18 † *Quemadmodum autem Campus est spatiosa & ampla terræ superficies, limitibus suis distincta & definita: Ita hi Campi, qui non quantitate sed qualitate sunt dimetiendi, denotant territorium vel districtum sive diœcesin, (quorum in periocha juri Lubecensi præmissa fit mentio) à vicinorum territorijs distinctum.*

Color

† Color purpureus, ut antiquis, maximè Romanis, fuit 19
insigne magistratuum superiorū, asserente Martiale, qui ait:

Divisit nostras, purpura vestra, togas.

Et magistratus, purpura fulgere dicebantur. Cic. 2. in Catilinam 28. Unde & nostro hoc seculo, præcipui ex Senatorio Venetarum ordine, purpura ad talos demissa, vestiuntur & fulgent. Quamvis, Imperatore Leone referente in Novella 80. fuerit color Imperatoribus reservatus; qui, auctore Lactantio lib. 4. de vera sapientia, sanguinis imperium & necis inferendæ potestatem denotabat.

Sic veteri mori consonum est, Imperatores eos, quibus purpureum colorem, in notam insignium & eminentiæ concesserunt, hac potestate, fulgore, ac præmentiæ splendore ornare voluisse, ut statum, conditionem, ac qualitatem, superiorum magistratuum, repræsentarent, ac jus sanguinis haberent. † Sanguineus itaq; insignium Lubecensium color, in- 20
dicium est, liberrimi magistratus, jus sanguinis & gladij, pacis, belliq; tempore tribuens. † Nec longiùs me aberrare 21
censeo, dum credo, famulos publicos, sive pedellos, à pedum celeritate denominatos, idcircò purpureo colore, & quidem antiquitus toga ad poplites usq; demissa, vestitos fuisse, ut lictorum Romanensium instar, fasces dignitatum magistratui suo præferrent, ac usu quotidiano regiam hanc concessionem, sine interruptione continuarent. Nihil tamen acutioribus hocipso detractum velim.

Nive seu cygno candidiorem, alteram insignium seu Cam-

pi partem, colorem albicantem contemplari, & quid ænigmatis eidem inhæreat, aperire conor.

Quemadmodum color albus, præcipuè dijs decorus est, juxta Ciceron. 2. de legib. 77. Et, qui olim candido signabantur lapillo sive colore, auspicatissimi fuerunt habiti. Nec non & Candidati ad Comitia magistratus petitum se conferentes condida veste usi fuerunt.

22 † Ita magistratum hunc, ejus cunctoris & splendoris, ut ad publica Imperij Comitia licitè se conferat, candidum suum lapillum & votum cæteris Imperij statib. adijciat, ac summas dignitates in expediendis communis patriæ negocijs subeat. Non enim omnes Civitates nomine Imperiali gaudentes, votum aut sessionem in Conventibus imperij habent.

23 † Deinde candidissimo campo, Lubecam dotatam arbitror, quod ab omni macula seu nota superioritatis, ejus, qui superiorem in imperio agnoscit, sit immunis, pura & immaculata, & præterquam Imperatoris, nullius alterius Imperium, sive dominium metuit aut agnoscit. Inter omnes enim Imperij civitates perpaucas reperies, in hoc, Lubecæ similes.

24 † Colonia enim Agrippinensis, etsi ex liberis Imperij Civitatibus, haud sit postrema, corrivalem tamen Episcopum Vicinum in casibus certis recipere tenetur. de quo vide Matthiam

25 Steph. de jurisd. lib. 2. part. 2. cap. 1. n. 33. & 34. † Nec Noribergensium respublica, aliàs magnifica & splendida, à Marchionum Brandeburgensium prætensione, habetur tuta. Uti nec castissima Magdeburgensis virgo, à Saxoniæ Burggravia-

tuar-

tus arrha, penitùs libera, quamvis harum neutra, neutrius Imperium agnoſat. Matth. Steph. d. lib. 2. part. 2. cap. 1. n. 26. & ſeqq. *ut taceam Erphortienſium, aliarumq; civitatum, pactiones cum Imperij Principibus initas.*

Candidum quoq; hunc, ut & purpureum colorem, Civilis, & criminalis jurisdictionis teſſeram, haud inconcinnè dixeris, cum juſtitiæ gladius defendendo bonos, niteat; feriendo autem malos, cruore madeat, ac rubeat.

GALEA.

† *Quemadmodum Galea, capitis munimentum eſt,* 26
non in tirocinijs ſe exercentibus, ſed veteranis ſtrenuè pugnantibus datum, uſusq; earum ruſticis & inferioris conditionis hominibus interdictus. cap. un. de pace tenend. in uſib. feudor.
† *Sic Galea, haſtæ, & vexilla, ceu partes inſtrumentorum* 27
militarium, in uſum omnium armorum, huic Reipubl. ſunt conceſſa, cujus poteſtate jus armamentarij, uſum tormentorum majorum, ſeu machinarum bellicarum, terra mariq; neceſſariarum habet; quibus ſe adverſus, quoslibet injuſtam vim illis inferentes, defendere queat. de quo infra Antitheſi† dictum. *Mirum verò nonnullos reperiri, qui* 28
uſum armorum, huic reipubl. alijsq; Civitatibus maritimis denegant. Verùm cùm jam nec animus, nec locus ſit, jura belli huic reip. & toti † Collegio Anſeatico, competentia 29
attingere; ſed DEO *duce vitaq; comite, idipſum aliò reſervem, neminem niſi hiſtoriarum ignarum, vel ſtudio malum,*

29 de hoc dubitare ſtatuo: † cum ultra trecentos annos, tàm do-
mi quàm in Comitijs Anſeaicis, ſcientibus & adſtipulanti-
bus Imperatoribus, de Neceſſaria defenſione, conſilia ſint ini-
30 ta; † Duces belli acciti, lautoq; ſtipendio in fidem recepti:
31 † milites tam ordinarij & legionarij, quàm limitanei, ſeu præ-
32 ſidiarij conducti, † & probati † proprij ſubditi ad armorum
33 tractationem & uſum aſſuefacti, † ſæpius, & ſingulis utplu-
34 rimùm annis luſtrati; † armamentaria, omni genere armo-
35 rum auctiora reddita, † claſſes navales inſtructæ, & in auxi-
36 lium confœderatorum emiſſæ, † legitima clarigatione ſeu de-
37 nunciatione, hoſti bellum indictum, † & utplurimùm fæli-
38 citer pugnatum; militem revocatum, & dimiſſum, † pacem
39 firmatam, ut denuò ad ſtuporem admirer, cum † hæc lippis
40 & tonſoribus ſint notiſſima, quî idipſum in dubium vocari
queat. Verùm de his ξὺν Θεῷ propediem prolixiora.

HASTÆ VEXILLIS ORNATÆ.

41 † Romanos, viros ſtrenuos, pro ſalute patriæ dimicantes
& coronæ premio dignos, haſta donaſſe, eandemq; illis in
virtutis ſignum conceſſiſſe, Juſtin. lib. 43. auctor eſt. Haſta enim
belli inſigne præcipuum fuit, gentisq; bellicoſæ ſymbolum. Car-
thaginenſes enim, Romanis belum indicentes; haſtam mitte-
bant; unde & veteres haſtas pro dijs immortalibus colue-
runt, quo intuitu Parthenopæus apud Æſchylum per ha-
ſtam jurat, eamq; pro Deo colit. Deinde, etiam haſta conce-
debatur rei militaris exercendæ cauſa, ut cui jus haſtæ fa-
ctum eſſet,

ctum esset, suos exerceret, & ad armorum tractationem induceret. Plaut. in Bacchid. 8. 24. sic ait:

Ibi cursu, luctando, disco, hasta, pugillatu, pila,
saliendo se exercebant.

Cicero 2. de finib. *Evelli jussit eam, qua erat transfixus, hastam. Hunc Romanorum morem in investiendis Electoribus, Principibus, Ducibus, Comitibus, liberisq; Imperij Civitatibus servavere antiqui Romano Germanici, Induperatores, tradendo hastam, maximè vexillo ornatam.* **Dahero Chur vnd Fürstliche/ wie auch andere Reichsstenden geschehene belehnung/ Fahnlehne genandt werden.** *Hunc in modum serenissimus quondam Saxoniæ dux Mauritius, Elector renunciatus, de decem vexillis, totidemq; regionum insignibus sibi prælatis, fuit investitus & inauguratus, teste Sleidano lib. 20. Nullos enim, aut certè perquam paucos reperies hoc symbolo regio non investitos.* † *Quicunq; itaq; regale hoc investituræ signum, ab Imperatore habent, etiam regali feudo, investitos haud negabis, quamvis gradu seu qualitate sublimiore, alij alijs antecellant, majoremq; aut minorem dignitatem, ne dum diversam speciem diverso respectu obtineant. Elector enim sublimiori jure, quàm Princeps, & hic excellentiori dignitate, quàm Comes, aut Civitas Imperialis, gaudet. Et quanquam juris feudalis interpretes, Civitatum Imperialium, earumq; investituræ mentionem parcè injiciant, & certos regiè investitos enumerent; eos tamen cingulo regiæ investituræ rectè investitos haud obscurè tradunt. Cum* 42

plures regali feudi sint investiti, quàm in textu enumerantur, ijsq; ex rationis identitate, sive de Delphinatu, sive vice Comitatu, sive Baronatu, sive re, universali nomine, dominij comprehensa regia concessio haud deneganda. qua de re vide Rosenthal. de Feud. cap. 2. conclus. 1. num. 4. hoc ex textu cap. 1. de feud. March. *his verbis: de Marchia ducatu vel comitatu, vel aliqua regali dignitate, si quis &c. probans. Cum verò liberæ Civitates Imperij, non dominium, sed & territorium, dignitatem superioritatis annexam habens, teneant, possideant, & in possessione in dubitatissima regaliorum, à multis Indictionibus fuerint, quis hanc dignitatem eis negaret?*

43 † *Cùm itaq; Lubeca, Symbolo hoc militari, sit investita, & hastarum fasciculo, pro insigni utatur, nec non idipsum à supremo belli Duce consequuta sit, non absre à multis retrò secu-*
44 *lis, eam id impetrasse statuimus.* † *At quid ad signa non cuivis, nisi harum rerumpublicarum gnaris obvia prolixius recurro, cum potestas, hoc Symbolo collata, ultra ipsos quadringentos annos à Lubecensibus sit usurpata: Si etenim vacaret hortos historiographorum perlustrare, & exinde flosculos bellicæ ejusdem virtutis decerpere, & saltem per indicem indi-*
45 *gitare,* † *quanta strenuitate, Imperium Henrici Leonis vio-*
46 *lentũ exuerint,* † *jugum Danicum abjecerint, libertatem contra quosvis, maximè vicinos, nonnunquam in ipsam Civitatem erumpentes defenderint, obsessiones in territorij sui finibus perpessas, ingenti inimicorum strage, solverint, regibus quamplurimis præclarè militarint, opemq; tuleriut, vel ipso etiam*

Momo

Momo judice, belli laudem, poteſtatem atq; facultatem inde reportarent. Brevitatis autem ſtudio curioſum lectorem remitto ad libros Helmoldi, Alberti Abbatis Stadenſis, Crantzij, Chytræi, Tracigeri, Hermanni Bonni & aliorum, qui ſinceris facilè fidem facient, eorumq; deſiderium explebunt. Ut taceam Annales ſive Receſſus actionum Vandalicarum, ex quorum perluſtratione ij, quibus fas eſt eos evolvere, ut mihi quondam fuit, innumera prælia, aſpirante Cæſare ſuſcepta, nec non conſilia bellica, aliaq; innumera, ad expeditionem facientia, cumulatim inveniet.

† *Numerus verò haſtarum multifarius, multifariam* 47
quoq; poteſtatem confert. Siquidem haſtæ, non armorum ſaltem, & quidem cruentum ſignum, ſed & literarum, id eſt, juſtitiæ civilis indicium eſt. Ita enim ſub haſta Romanorum prædia diſtrahebantur, leg. fin. Cod. ſi propter publ. penſitat. ſub haſta res leg. 3. Cod. de Execut. Rei judicat. † *Fiſco etiam haſta concede-* 48
batur, quæ dicebatur haſta fiſcalis. leg. 8. Cod. de remiſſion. pignor. Et rubric. Cod. de Fide & jure haſtæ fiſcalis. lib. 10. † *Sic etiam Res de-* 49
bitorum haſtæ ſubjiciebantur, † *ut qui licitando plus offerret,* 50
rem licitatam auferret. † *In criminalibus quoq; haſta ſupre-* 51
mæ jurisdictionis nota eſt. † *Unde lictores morti damnatos* 52
candido bacillo præcedunt, & in vicem criminalis haſtæ præferunt. † *Capitalium enim criminum judex haſtam pro tri-* 53
bunali frangendo, Accuſatum capite minuit, eiq; pœnam ſanguinis dictitat, uti vulgatiſſimus criminalis judicij modus oſtendit. Atq; ita haſta, pacis, & belli gubernationem ſignificat.

SECTIO

SECTIO IX.

DAs Lübische Recht/ erstreckt sich/in vnser Stadt/ vnd in den Stätten/ dar Lübisch Recht gebraucht wird/ so fern als vnser vnd jhr Weichbild/Feldtmarckt/ vnd Landtwehr reichet.

JUs Lubecense usurpatur in hac nostra, alijsq; Civitatibus, in quibus hactenus receptum fuit, usquequò nostræ & illarum diœcesis, territorium ac limitum terminus se extendit.

SUMMARIA.

1. In boreali hac plaga, jus Lubecēse receptum esse, nemo inficiatur.
2. A quibus Anseaticarū urbiū collegijs, idipsum servetur, sub judice lis est.
3. Nostra hæc privata annotatio, nulli rerumpubl., fraudi, detrimentovè esse potest, aut debet.
4. Et confido, vigilias hasce meas, horum locorum rebuspubl., magis profuturas, quàm obfuturas.
5. Cum abominabilis nostri seculi allegandarum auctoritatum, & jurium mos siniſter, judicem & litigantes, extremè dubios reddat.
6. Asserendo, hoc in casu jus civile servari, in illo Pontificium præva-

1. Daß an dieser Seekanten/Lübisch Recht gehaltē werde/ist ohne zweiffel.
2. Was für Hänse Stätte das Lübische Recht halten/ist zumahl vngewiß.
3. Durch diß mein wolgemeintes bedencken/wil ich keiner Stadt/oder *Commun*, vorgegriffen haben.
4. Vnd hoffe/daß dieses Werck/mehr nachricht/als verwirres geben soll.
5. Weil leider durch vieler *Rabulen*/vnd Flachgelarter vnrichtiges vnd widerrechtliches einstrewen/zum offtern der Richter/geschwiegen die Parte/vnverantwortlich verleitet werden.
6. In dem der eine vorgibt/der fall sey nach Käyser Recht zu *decidiren*/der

lere

lere, vel aliud noviter ex antro Plutonis erutum.

7. Jus Lubecannm, nec indistinctè, in ipsa urbe Lubeca, servatur.

8. Cumprimis consuetudines & mores cujusq; Civitatis sunt respiciendi.

9. Consuetudo vincit legem, sub qua & statutaria jura comprehenduntur.

10. Lubecæ, consuetudo, contraria, & viridis observantia, in judicando ipsi juri Lubecensi scripto, præferenda.

11. De allegata consuetudine juri Lubecensi adversante, si probabiliter dubitatur, vel contraria responsa allegantur, in hac contrarietate prævalet sententia jure Lubecensi respondens.

12. Probandæ consuetudinis requisita.

13. Consuetudo, duorum triumve actuum frequentia, probatur.

14. Constitutiones Electorales Brandeburgenses vincunt legem Romnam.

15. Idem præstant Pomeraniæ leges.

16. Nulla existente consuetudine apud Lubecenses, jus nullum, ipsorum juri prævalet, etsi casus hoc jure de-

ander sich auffs Bäpstliche/oder sonst ein anders Recht sich beruffet.

7. Lübisch Recht wird ohne vnderscheidt/ auch in Lübeck selbst nicht *observiret*.

8. Gerichtliche sachen wol zuentscheiden/ soll ob allem/eines jeden orts gewonheit/ in guter acht gehalten werden.

9. Durch vblichen Stadtgebrauch/werden alle Käyser/Bäpstliche vnd Stadtrechte/ geendert vnd auffgehoben.

10. In der Stadt Lübeck / wird eine eingeführte gewonheit/auch dem beschriebenen Lübischen Rechte vorgezogen / vnd nach derselben geurtheilet.

11. Zumfall der angezogener gebrauch zweiffelhafft / vnd darüber widerwertige vrtheile vnd bescheide verhanden weren/ Auff solchen fall/ ist die meinung zubehalten / welche dem Lübischen Rechte nehist zustimmet.

12. Was zu beweißthumb einer gewonheit nötig sey.

13. Wann in zween oder dreen gerichtlichen fällen / der new eingeführter gebrauch ist gthalten vnd *observiret* / So wirt es billig für eine bestendige *observantz* geachtet.

14. Der Chur Brandenburgk / beliebte Satz: vnd ordnungen/werden den gemeinen beschriebenen Rechten/in *sententionirem* vorgezogen.

15. Pommersche Rechte/ seynt derselben wirckung.

16. Wan keine newe gewonheit/wie recht/ eingeführet/wird billig das Lübische Recht obs gleich niemals vorhin zum *disputat*

re definitus, nunquam in judicium deductus fuerit.

17. In Megapoli, & cæteris Civitatibus itidem, nulla consuetudine vigente, jus municipale cujusq; loci servatur; ut Hamburgi jus Hamburgense: Bremæ, Bremense: Rostochij, Rostochiense.

18. Jus Lubecense dubium seu incertum, ex jure civili interpretandum.

19. Vel ex Saxonico.

20. Aut Pontificio.

21. Aut vicinis statutis.

22. Aut regula consequentiarum.

23. Conciliatio Juris Lubecensis, unde petenda.

24. Communi opinioni Doctorum & Interpretum sententijs quid tribuendum.

25. Jure Lubecense in genere recepto. An omnes articuli approbati censeantur.

26. Amplectendo genus probo omnes species, consuetudine vel singulari jure non rejectas.

oder *contradiction* gekommen / gehalten vnd gefolget.

17. In andern Stätten/wann keine sonderbare gebreuche / oder gewonheiten in vblicher *observantz*/wird einer jeden Stat/ jhre recht vor allen gehalten/Als zu Hamburgk das Hamburger: zu Bremen das Bremische: zu Rostock/jhre Policey/Gerichts/Kleider/Hochzeit vnd andere Recht/vnd ordnungē gehalte.

18. Lübesch Recht/muß in fellen vnd Articuln/da es vngewiß/oder zweiffelhafftig/ zu erst auß den Käyser Rechten / *interpretiret* werden.

19. Oder auß dem Sachsen Rechte.

20. Oder auß Bäpstlichen Rechten.

21. Oder auß der benachtbarten örter Stadtrecht.

22. Oder wie es füglichst/auß vorerzelten Rechtsgründen/zu schliessen.

23. Durch was wege/das Lübische Recht zu *concilyren*.

24. Wann/vnd in welchen fellen dem gemeinen Schlusse der Rechtsgelarten zu folgen.

25. Wañ in einer Stadt Lübesch Recht gehalten wird/ob alle Articul desselben/vor angenommen vnd *approbiret* zu halten.

26. Durch annehmung Lübischen Rechtens werden alle Articul *recepiret*/welche nicht durch kundbahre / widerliche gebreuche oder eigen Stadtrecht anders gehalten werden.

Quin

QUin in maritimis Baltici littoris oris, jus hoc Lubecense 1
vigeat, idq; cum in judicando, tum in respondendo &
consulendo observetur, omni dubio caret, & periocha, libro
huic præfixa, abundè testatur. † Quibus verò populis idipsum 2
sit dictatum, aut in quibus Civitatibus receptum sit, in hoc,
locorum judices, non minus atq; causarum patroni hærent.
prout enim causæ propositæ favent, ita ejus observantiam vel
admittunt, vel rejiciunt, vnd heisset es hie gemeinlich/Zeig
mir die Person/ich zeige dir das Recht. † Et quanquam 3
norim non esse mearum partium, ut saltem unam, nedum
plures Civitatum Anseaticarum, ad hujus juris observan-
tiam, allegatione mea adstringam; idq; privatum minimè
deceat. Nec non & juris practico atq; auctori, quamvis præ-
cellentißimo, de consuetudine attestanti haudquaquam plenè,
sed tantum probabiliter credatur. † Tamen potius horum 4
locorum dicasterijs & subsellijs judiciorū, me profuturū quàm
obfuturum confido, si lucubrationes hasce meas, & quicquid
assidua notatione observavi, alijs, & quidem rogatus, impar-
tiar: † præsertim cum detestanda hodierna allegandarum 5
auctoritatum cacoethes, tum Judicem, tum de jure Respon-
dentem, inprimis causarum patronos, penitus dubios reddat:
† siquidem Actor non rarò, ad jus vetus Romanum provo- 6
cat: Reus ad Pontificum Canones confugit; Interveniens
novam sibi consuetudinem fingit, quamplurimi, Lubecensis
quidem hujus juris generalem receptionem non negant, ve-
rùm ubi idipsum sibi adversari conspiciunt, ad valdè ingenio-

sas, suo judicio, subtilitates confugiunt, negantes; jus hoc Lubecense in hoc, vel illo articulo, saltem esse receptum; atq; ita judicem, cum primis peregrinum, & leges nostras minus exactè callentem, incertum constituunt, ut ipsemet hæsitet, quonam potissimum, proram puppimve judicij sui dirigat, aut ex fonte justitiæ aquam legitimæ sententiæ hauriat. Quò igitur, juris incertitudo, in hisce locis maritimis frequentior existit, eò utiliorem fore ejusdem enodationem nemo sanus ambigit. In hac itaq; tanta opinionum diversitate, regulas nonnullas congessi, quarum observatione, quemlibet haud facile à scopo, in causarum divisionibus aberraturum confido.

7 † Et primò quidem, quanquam Lubecæ, pluribusq; alijs in locis jus Lubecanum sit receptum, non idcirco tamen citra exceptionem idipsum esse allegandum, sequendumvè.

8 † Præ omnibus etenim, tum causarum patronum, tum judicem, in juribus allegandis, ijsq; deducendis ac probandis, definiendisq; Morem Sive Consvetudinem, Urbis Lubecensis, atq; alterius cujusq; loci & Civitatis nosse, & secundum illam, controversiam decidere oportet. argumento leg. de quib. 32. π. de legib. leg. 2. Cod. Quæ sit longa consuet.

9 † Consuetudini enim extanti, & quidem in dubio, ceu Reginæ cedunt Latij, locum dant Pontificij, primas tribuunt statutarij juris conditores. leg. 2. & tot. tit. ibiq; Doctores Cod. Quæ sit longa consuetud. Prævaricationis itaq; reum se constituit, qui vel judicando, vel causæ patrocinando, consuetudinis receptæ & indubiæ gnarus, seu edoctus nihilo tamen minus, in

nus, in defendenda causa, vel ferenda sententia, eandem non attendit. Verus enim Sacerdos juris esse & haberi qui cupit, is non utitur allegationibus sinistris, ut neq; fundamentis ad seducendum judicem & causæ perplexitatem facientibus. argumento totius Tit. de prævaricationibus.

† *Et hujus regulæ vim, haud immeritò etiam ad ipsa Lubecensium subsellia applicamus, ut nimirum in ijsdem consuetudo, strictè attendatur, inspiciaturq; num articulus Juris Lubecensis allegatus, in viridi receptaq; vigeat observantia, aut non lege nova, seu consuetudine sit abrogatus. Hoc enim casu consuetudo, seu tacitus populi consensus, vincit legem tàm municipalem quàm Romanam* d. leg. 2. Cod. Quæ sit long. consuet. *Et non abs re cum Pistorio hic facio, qui statuit, consuetudinem potius, quàm verba statuti esse attendenda. Cùm multa usu sint introducta, quæ cum ipsis statutorum verbis pugnant: Et econtrà multa esse constituta, quæ usu haud sunt recepta; ut penitus à tramite juris & justitiæ aberrent, qui jus potius ex verbis statuti, quàm usu & consuetudine reddere præsumunt.* Hartman. Pistorius lib. 1. Quæst. 16. n. 11. *Uti & hoc in terminis juris Lubecensis, probatur à* Kirchovio, tomo V. Consil. 5. fol. (mihi) 159. num. 6. 9

† *Sin verò de viridi observantia, seu consuetudine allegata, probabiliter dubitatur, & sententiæ contrariæ vel diversæ de eadem lite, in scænam produci potuerint, uti proh dolor, odium vel amor judicis, sæpius contraria gignit edicta, responsa, atq; sententias, hoc casu tantisper statuto aut legi insistendum usq;* 10

dum, usq; dum de communi, tacita vel expressa legis correctione, constat. Is etenim qui sententiam sive præjudicium, legi vel statuto conformem allegat rectè alteri, sententiam legi municipali adversantem alleganti, præfertur. Atq; ita acerrimus iste Doctorum conflictus est dirimendus, quo disceptatur, num consuetudo legem, vel lex consuetudinem vincat. de quo vide Dd. ad leg. 2. Cod. Quæ sit long. consuet, leg. de quib. 32. π. de legib. leg. si servus 27. § 4. ad Tit. 1. lib. 2. Feudor. Plin. lib. x. epist. 116. Castald. ad d. leg. de quib. 32. ff. de legib. Conan. cap. x. num 9. Donell. 1. comment. x. Petrum Heg. part. 1. quæst. 1. n. 94 & seqq.

11 † *De requisitis verò justæ consuetudinis, & quatenus ea sit rationabilis, consensusq; populi vel totius vel majoris partis; actuumq; frequentia, ad eam probandam; & quot annorum decursus, ad eandem firmandam desideretur. videte* leg. de quibus 32. π. de legib. leg. quod major π. ad municipal. leg. 3. leg. 4, quod cujusq; universit. nom. leg. divus de off. præsid. leg. 1. Cod. de naufrag. lib. 11. Covarr. 2. variar. resolut. cap. 1. n. 10. Nicol. Beor. decision. 287. Andr. Geil. 2. obs. 31. num. 9. Grass. lib. 1. commun. opin. cap. 1. quæst. 4. Wesenb. in paratit. π. tit. de legib. & Dd. supra allegatos Mascard. de probat. vol. 1. conclus. 423. n. 6.

12 † *Quid autem si consuetudo, non nisi duabus tribusve sententijs, in facti specie conspirantibus, doceatur; Eané ritè firmata dicetur? Puto sanè: Judicij enim contradictorij auctoritas, potestas, ac vis, instar legis est: nec quidquam interest, num judex sententiando jus dicat, an promulgando idipsum ferat. Nam stylus Curiæ non minoris est auctoritatis, atq; consuetudo tacito populi consensu introducta, isq; si aliquot actuum frequentia fuerit roboratus,* leg. fin. cod. de injurijs

jurijs leg. 3. Quemadmod. testam. aperiunt. leg. 3. §. fin. ff. de testib. *Quippe legis instar habetur* Geil. 1. obs. 36. ubi latius hoc persequitur.

† *Sic & Electoratus Brandeburgensis suas peculiares* 13
habet constitutiones, primò à Dno. Lamberto Distelmejero collectas, & à Joachimo Schepelitz in ordinem reductas, quibus meritò cedit jus Romanum, Pontificium, cæteræq; juris partes, quatenus tamen probatæ fuerint authenticæ. d. leg. 32. ff. de legib. Et l. 2. Cod. quæ sit longa consuetud.

† *In Pomerania, eandem auctoritatem sibi vendicant* 14
constitutiones provinciales, pacta & placita; inter illustres Pomeraniæ heroes, & tres hujus provinciæ ordines sive status, inita, **Aller Landtagen abscheide / vereinbahrungen / vnd** recesse, privilegia, **oder wie sie sonst nahmen haben mögen** / *Quibus adjicio constitutionem Judicialem Pomeraniæ,* **die Pommersche Hoffgerichts ordnung.** *In causarum enim decisionibus, ubi Civitatum & locorum consuetudines ac leges, contrarium non inducunt, omninò est acquiescendū.*

† *Deinde, consuetudine vel moribus non existentibus, ne* 15
urbe Lubecæ, jus statutarium Lubecense, **dieses Lübische Recht** / *quod jam manibus terimus, est præferendum:*
† *Alijs verò in locis ac civitatibus jura municipalia, si quæ* 16
habent, attendenda, legibusq; Romanis & Saxonum constitutionibus, uti & ipsi huic juri civili, anteponenda.
argumento d. leg. 32. ff. de legib. & leg. 2. Cod. Quæ sit longa consuetudo.
† *Ad hujus regulæ præscriptum, in ducatu Megapolensi, post* 17
habitis reliquis juris scripti partib. videndum primò, quid politica

litica provincialis constitutio provincialis Megapolensis, **die Meckelnburgische Policey vnd Landtordnung** */ferat. Hæc enim in tota ditione, ubi contraria consuetudo, & jus speciale non est receptum, viget atq; servatur: & secundum eam facultas Rostochiensis in casibus jam ante decisis, & non aliter observatis, respondet; licet hæc vel illa Civitatum Megapolensium se peculiari jure, ab hac constitutione discrepante, gaudere, ac proinde se ab illa constitutione eximendas allegent.*

18 † *Tertiò, si casus in judicium deductus sit dubius, vel minus expreße decisus, recurritur ad jus Civile Romanum, & ex illo causæ decisio petitur. de quo vide præfation. Juri Lubecensi præfixam in verbis,* **daß solch recht / des mehrentheils den beschriebenen Käyser / so wol auch den Sachsischen Rechten / vnd gewonheiten / nicht allerding vngemeß / etc.** *quo in loco, licet juris Romani primò, deinde juris Saxonici, ac tertiò tandem consuetudinis, mentio fiat: non tamen ex serie ista, inferendum est, quod in defectum Juris Lubecensis, primò ad jus civile; secundò ad jus Saxonicum; ac tertiò saltem ad consuetudinem sit recurrendum; consarcinator etenim dictæ præfationis, per excellentiam isto ordine* ὕστερον πρότερον *usus est.*

19 † *Quartò, etiam prætore liti motæ, finem haud faciente, non iniquè jus Saxonicum attenditur,* argumento *s* sed jus quidem Civile, Instit. de jure Nat. gent. & civili.

20 † *Uti nec injuria, huic Quintò subjicimus hisce jura Pontificia*

tificia, non quidem in vim præcepti, sed rationis, cap. Raynutius & cap. Reinald. X. de testament.

† *Et quidem Sextò, si pro diversitate casuum, in locis hi-* 21
sce maritimis variè emergentium, in præfatis juribus minimè decisa, ac dubia controversia fuerit exorta; eo casu dextrè admittimus, allegationem alterius statuti, sive Hamburgensium, sive aliarum civitatum vicinarum, earum tamen, quæ ad nostros mores, nostræq; reip. formam, quam proximè accedunt. argum. leg. Constitutionib. ad Municipal. leg. omnes populi ff. de Just. & jure leg. Quod non ratione. Et leg. Quod verò ff. de legib.

† *Septimò, Quod si ex penu jurium, modò recitatorum,* 22
causæ ancipitis decisio, nondum depromi potuerit; ita ut nec consuetudo, nec statutum, nec jus civile, Saxonicum, Prætorium, Pontificium, vel vicinum, negotium dirimat, consequentiarum & identitatum regula, pro lege arripienda, videndumq; num argumento legis, statuti vel consuetudinis, rem definire queas. Juxta leg. Non possunt ff. de legib. Et leg. de quib. ff. eod. *Hæc enim est mens Juliani, dicentis, proximum esse, & consequens usui, ut similitudinem ejus perpendamus, uti perquam scitè, rem hanc definit Oldendorpius, Syndicus quondam eminentissimus Reipubl. Rostochieensis, in suis progymnasmatib. Actionum forensium, & quidem in præfat. de ordine Juris cap. 8.*

† *Octavò, sin jus Lubecense visum fuerit contrarium,* 23
obscurum, implicatum, aut dubium, conciliatio ejus ex contextu orationis, nec non & præcedentibus & sequentibus ar-

ticulis petenda, & quantum fieri potest, idipsum ad concordiam reducendum erit: aut etjam eum in modum interpretandum, quò jus Civile, Saxonicum aut vicinum quàm minimè lædat, ejusvè correctionem inducat. argumento leg. Non est novum, l. sed & posteriores, l. ideò quia, π. de legib. l. præcipimus in fin. Cod. de Appellat.

24 † *Ultimò, ad doctrinam & auctoritates Interpretum recurrendum, videndum, quid communis Schola tradat, quorum numerus pauciores vincit, ni rationum evidentiſsi-*
25 *marum pondere eosdem superet.* † *Uti Cassij urbis incolis, admodum frequens fuit, nodos multùm contortos connectere: ita litigantibus modò perquàm familiare est, etjam ijs casibus, in quibus jus Lubecanum, in genere receptum reperitur, in dubium vocare, num in specie, sive in articulo jam controverso, & in judicium deducto, idipsum sit admittendū: strenuè quibusdam negantibus, unà cum genere, etjam omnes species sive articulos esse approbatos, ac probationem illis, qui articuli observantiam allegant, deferentibus: ut ita non abs re hujus dubij, utri nimirum probatio hìc incumbat, enodatio subijciatur; Sciendum, utut illi, qui in specie, articuli receptionem allegat, onus probandi, ex vulgata Theorica, asse-*
26 *renti probationem incumbere, deferendum videatur* †: *Neutiquam tamen juridicè regula hæc, casui præsenti, rectè accommodatur; cùm ex doctrina & præcepto Logicorum certum sit, jure Lubecensi in genere recepto, etjam omnes titulos, articulos sive paragraphos, receptos dici. Ac proindè, canone*

hoc fir-

hoc firmato, jus Lubecanum esse receptum, non minus certum esse, hunc vel illum articulum esse recipiendum. Is itaq;, qui articulum hunc vel istum exceptum ait, cùm exceptionem suam in affirmativa fundat, assertionem hanc suam probare tenetur. cùm negativa assertio, vim affirmativæ habens, omninò probanda veniat. Et hanc sententiam ut juridicam, in judicando & respondendo servat Facultas nostra Rostochiensis: probat collega Ernestus Cothmannus consil. 5. n. 13. In specie sequitur civitas Gryphiswaldensis, ut infra in §. Gryphiswaldenses, ibiq; allegata transactione patebit. Firmat eandè, transactio Stralsundensis, inter Illustrissimum & civitatem, Anno 1615. inita, sub finem §. Zum zwölfften soll der Gerichtliche *proceß. his verbis: In specie* das Lübische Recht / darmit die Stadt Stralsund bewiedmet / in verabscheiden *observiret* / vnd auff den fall / do einige *disputatio* fürfallen soll / ob *in casu controverso* das Lübische Recht / wie es in Druck außgangen / in Stralsund vblich vnd beliebet / oder viel mehr *per contrariam consuetudinem* abgeschaffet worden sey / So soll dem Buchstaben des Lübischen Rechtens / so lang nachgegangen werden / biß daß der jenige / so sich auff *contrariam observantiam* berufft / dieselbe *legitimè* erweise / oder auch Recht vnd Bürgerschafft sich einer *special declaration* / jhres Stadtrechtens vereiniget haben.

SECTIO X.

IN QVIBUS URBIUM ANSEATICARUM Dicasterijs, jus Lubecanum obſervetur.

SUMMARIA.

1. Quibus in locis, aut Civitatibus jus Lubecenſe vigeat.
2. Roſtochienſes, à quadringentis annis jus Lubecanum ſervavêre.
3. Pribislaus & non Borovinus urbis Roſtoch. fundator.
4. Regnante Burovino Roſtochienſes uſurpavere jus Lubec.
5. Henricus & Albertus, Duces Megapolēſes, juris Lubecēſis obſervantiā, Roſtochienſib. auctoritate ſua confirmavêre.
6. Præfatio juris Lubecenſis, ejuſdem juris obſervantiam, Roſtochienſib. uſitatiſſimam, edocet.
7. Fruſtrà per viam appellationis, cauſæ ad tribunal Lubecenſe devolverentur, ni jus Lubecenſe, à cæteris civitatibus eſſet receptum.
8. Senatus Roſtochienſis, exhibendo codicem juris Lubecani, cum ſupplice libello, Illuſtriſſimos rogavit, ut ſecundum illud, in dicaſterio Megapolenſi, provocantib. jura redderentur.
9. Facultas juridica Roſtochiana, hujus juris obſervantiæ teſtis eſt ſatlocuples.

1. In was vor Anſehe/ oder andern Stätten das Lübiſche Recht angenommen/ vnnd gehalten wird.
2. Die Stadt Roſtock/ hat ſich in allen fellen/ welche nicht in eines Erbarn Rahts Policey/ Gerichts/ vñ andern vnderſchiedlichen Ordnungen/ anders verordnet/ Lübiſch Rechtens vber 400. jar gebraucht.
3. Roſtock iſt von *Pribislao*, vnd nicht *Burovino fundirt* vnd erbawet.
4. Im Jahre 1218. wie *Burevin* regiret/ hat Roſtock ſchon Lübiſch Recht gebraucht.
5. Herrn Heinrich vnd Albrecht/ Hertzoge zu Mecklenburgk/ haben in der Stadt Roſtock/ das Lübiſche Recht beſtetiget.
6. Solches bezeuget auch der eingang Lübiſchen Rechtens.
7. Die *Appellationes* welche von Roſtock nach Lübeck geſchehn/ hetten fuglich nit eingeführet werden können/ wañ Lübiſch Recht nicht allhie gehalten würde.
8. Ein Erb. Raht der Stadt Roſtock/ hat jhre Landesfürſten/ mit vberſendung des Lübiſchen Rechten/ vnderthenig angelanget/ daß nach demſelben/ am Fürſt. Hoffgerichte/ *in appellation* ſachen/ müchte geſprochen werden.
9. Daß Lübiſch Recht zu Roſtock *obſervirt* vnd gehalten werde/ bezeuget die *Facultet* vnd ein Rath daſelbſten.

In crimi-

10. In criminalib. non ad præscriptum juris Lub. sed constitutionis Carolinæ, crimina publica coërcẽtur.

11. Wismarium, uti jure Lubecensi haud ambigendum est.

12. Swerinum, proprio jure utitur, dictum Swerinense.

13. Oppidulum Grevesmulen, ex privilegio, vindicat sibi usum Juris Lubecensis.

14. Stralsundium, à trecentis pluribusvè annis, jus Lubecense ut proprium recepit & observavit.

15. Stralsundenses ex pacto nummis vestito, juris Lubecensis usum suum fecerunt.

16. Stralsundenses, libertatem provocandi ad Senatum Lubecensem titulo oneroso, adquisiverunt.

17. Stralsundium, omnes articulos juris Lubecenses, contrario jure non abolitos, servat.

18. Sultense Megapoleos oppidulum, hoc jure utitur.

19. Marloviũ usũ hujus jur. obtinuit.

20. An concessione juris municipalis, etjam criminalis Jurisdictio largita sit.

21. Colberga, utitur hoc jure Lubec.

22. Gryphiswaldenses, utuntur jure Lubecano.

23. De articuli juris Lubecensis allegati vigore, si dubiũ exoritur, tantisper pro eo præsumitur, donec consuetudo in cõtrariũ probetur.

10. In Peinlichẽ fällen/ wird zu Rostock/ nit nach Lübischem Rechte/ sondern der Peinlichẽ Halßgerichtes Ordnung/ gevrtheilet.

11. Wißwar gebraucht sich zweiffels frey/ des Lübischen Rechtens.

12. Die Graffschafft Schwerin/ hat jhr eignes Recht.

13. Grevesmühlen/ gebraucht sich auß erlaubnuß der Hertzogẽ von Mecklenburgk Lübeschen Rechtens.

14. Stralsund hat lenger denn von dreyhundert Jahren sich Lübeschen Rechtens gebrauchet.

15. Stralsund hat mit Geld/ den gebrauch Lübeschen Rechtens erkaufft.

16. Stralsund/ hat seine Freyheit zu *Appelliren* nach Lübeck/ mit Gelde erkaufft oder erlangt.

17. Zum Stralsunde/ werden alle Articul Lübeschen Rechtens/ nicht weiniger/ denn zu Lübeck/ observiret, es were dann/ durch vnzweiffliche gewonheit/ oder eigne Satzungen/ davon abgetretten.

18. Sültz/ in Mecklenburgk/ gebrauchet sich Lübeschen Rechtens.

19. Marlow/ ist mit Lübeschẽ Recht begabet.

20. Wann den geringern Stätten erleubt wird ein Stadrecht zu machen/ ob solches auch biß zu Peinlichen fällen sich erstreckt.

21. Kolberg gebrauchet sich Lübischẽ Rechtẽs.

22. Zum Greiffswald/ wird Lübisch Recht gehalten.

23. In erregtem streit/ ob Lübisch Recht/ in diesem oder jeñem articul gebreuchlich/ vñ *observirt* werde/ wird für Lübisch Recht gesprochen/ biß das *contrarium* erwiesen.

24. Jus Lubecēse Stolpēses receperūt.
25. Coslinenses, ex jure Lubecensi causas decidunt.
26. Wollinenses, usum juris Lubecēsis, illustri testimonio probarunt.
27. Grimmense oppidulum, ad leges Lubecensium, jus reddit.
28. Neotreptovienſium subſellia, resonant jura Lubecensia.
29 Bardenses, ex privilegijs, usum juris Lubecensis sibi acquisiverunt.
30. Ordo Teutonicus jus Lubecense, à Senatu hujus urbis rogavit.
31. Quatuor primariæ Civitates Holsatiæ, Kiel/ Itzeho/ Rendesburgk/ vnd Oldenschlo/ jutis Lubecensis obſervantiam profitentur.
32. Tunder civitas ditionis Sleswicensis, jure Lubecensi utitur.
33. Segeberg/ idem jus obſervat.
34. Neopolis, non Italiæ, Pomeraniæ aut Megapoleos, sed Holsatiæ civitas, jus hoc Lubecense sibi acquisivit.

24. Die zur Stolp/ halten Lübisch Recht.
25. Die Köslinschen halten Lübisch Recht.
26. Wollin iſt auff Lübisch Recht bewiedmet.
27. Grimmen/ richtet auch nach Lübischem Rechte.
28. Newen Treptow/ helt in jhren Gerichten/ Lübisch Recht.
29. Bahrt iſt mit Lübischem Rechte *privilegiret.*
30. Der Teutschen Ordenin Preuſſen/ hat von denen von Lübeck/ diß Recht erlangt.
31. Die Vier Holsteinische Stätte/ Kiel/ Itzeho/ Rendesburgk vnd Oldenschlo/ haben Lübisch Recht angenommen.
32. Tunder gebraucht ſich Lübischen Rechten.
33. Segeberg helt auch Lübisch Recht.
34. Neuſtadt in Holstein/ hat auch Lübisch Recht.

1 INtricatior verò adhuc, † *in periocha Lubecensi, nobis objcitur nodus, per verba,* **in vnſer Stadt/ vnnd in den Stätten/ dar Lübisch Recht gebraucht wird:** *qui & hinc difficilior, quod textus hic, urbes, jure Lubecensi utentes, minimè exprimat; nec omnes Borußiæ, aut Pomeraniæ civitates, nedum Megapoleos, aliarumvè provinciarum, indiſtinctè idipſum uſu receperint. Quocircà non immeritò hæſitatur, An & quatenus jus Lubecense receptum ſit? Hoc autem quò majori periculo expoſitū deprehenditur, civitati vel*

loco ali-

loco alicui, jus, populi moribus minimè receptum, quasi obtrudere conari velle: eò cautius hîc agendum nemo non videt, ne qua allegatione uni vel alteri præjudicium fiat. Neitaq; ullius reipub. aut civitatis periculo, quidquã abs me tentetur, id saltem promam, quod ex plurium auctorum assidua perlustratione, nec non ex actis, Facultati nostræ transmissis observavi.

† *ROSTOCHIU M patria mihi dulcissima, auctoritate Illustrissimorum, & consensu civium, jus* LUBECANUM, *plus quadringentis annis, in omnibus* locis, intra Civitatem, vel extra eam, in villis, agris mansis aut curijs terris, possessionibus aut alijs rebus, *uti verba Ducalis privilegij habent, uti & omnibus, obligationum & Actionum generibus, ac controversijs, quæ peculiarem, in politica sua constitutione, ordinatione judiciario, alijsq; sumptuarijs, de matrimonio, Ritu nuptiarum, ac funerum; nec non & alijs in casibus, uti & in criminali constitutione, decisionem non habent, recepit, & hactenus in viridi observantia servat, quod ex compluribus, fide dignis auctoritatibus patet.* 2

† *Tempore enim Borwini, qui primus hujus urbis fundator perhibetur, quamvis rectius id Pribislao II. Nicoloti filio tribuatur, teste Crantzio lib. 5. cap. 8. Lindebergio lib. 2. cap. 1. in suo chronico,* † *& Anno* M. CC. XIIX. *Rostochiensibus imperavit jus Lubecense, ibidem in usu fuisse, prædicti Ducis privilegium testatur, his verbis:* 3 4

In nomine sanctæ & Individuæ trinitatis. Borwinus dominus Magnopo-

gnopolensis, omnibus, præsentem paginam visuris, in perpetuum, notum sit omnibus Christi nostrisq; fidelibus, tum præsentibus quàm futuris, qualiter ego Borwinus, nec non filij mei dilectissimi, Henricus videlicet ac Nicolaus, tam nostrum, quàm Heredum nostrorum, nunc & in futuris, utilitatem procurantis, Rotzstoch oppidum, divina prosperante clementia dilegimus construendum. Ut verò prædicti loci cultores, eum securius appetentes pace firma, libertate fulciantur omnimoda, tàm præsentes quàm futuros in ædificijs, areis, terris cultis & incultis, agris, campis, pratis, pascuis, silvis, piscationibus, venationibus, aquis, aquarumvè discursionibus, vijs & invijs, exitibus & reditibus, omnimoda in jurisdictione nostra, telonij exemptione, Lubecensis civitatis juris beneficio habito nunc & habendo, stabilientes confirmamus. Ut itaq; nostræ donationis autoritas in futuris temporibus firmior ac stabilior habeatur, dominationis nostræ majoribus tàm Slavis quàm Teutonicis, præsentibus Episcopo nostro Brunwardo, videlicet viro religiosissimo interposito, Thetlevo de Marlovve. Jordano Hermanno Capellano Zlauteich / Janicke / Henrico Gamma, Wartis, Joanne de Snakenburg / Raulino, Henrico Grubone, Hugone Abbate de Dobberan, universalij; conventu ibidem, Stephano Sacerdote, Dummemaxo, Pribolo. Bizpravve. Thoma Alverico Præposito, Hermanno de Rodenbecke. Henrico Holzato, Nacono, Janicke Germertz / Menitzlavo. Magistro Waltero de Buchoe ejusdem oppidi Consulibus, Henrico Fabro, Henrico Pramule, Hermanno Rodolffo, Ludero, Bartramo, Wizelo, Lamberto, Bodone, Henrico Landf. Hanc chartam inde conscriptam mandato nostro, ut infra videtur, corroborantes, sigilli nostri Notario jussimus insigniri. Datum VIII. Calend. Julij, anno ab incarnatione Domini M.CC XVIII. indictione quinta, Epacta undecima concurrente sexta.

5 † *Quod & illustris concessio, à Duce Henrico, Megapolensium Domino, Rostochiensibus facta, probat, cujus exemplar Dominus collega Ernestus Cothmannus, consilio Academico 47. n. 53. subijcit, & Domini Alberti privilegium eidem annectit.*

6 † *Hisce, & proloquium, Juri Lubecensi præfixum, adstipulatur, licet expressè civitatis Rostochiensis, non meminerit,*

cùm ob

cum ob excellentiam, provinciæ nomen ceu matris urbium Megapolensium, non inconcinnè huic filiæ adaptetur, præsertim aliis adminiculis in hoc concurrentibus. † *Nisi quoq; ex* 7
juris Lubecensis fonte causarum decisio foret petenda, ad quid Appellationes à tribunali Rostochiensi ad Lubecense deferrentur. Ut enim gradatim fit Appellatio ab inferiore ad superiorem, qui illi jurisdictionem concessit. l. 1. & 2. ff. *Quis & à quo appelletur. Sic in casu deficientis jurisdictionis mandatæ, ubi ad aliquem jure vicinitatis appellatur, hoc fit ratione juris concessi. frustrà enim juris emendationem peterem ab eo, qui ipsemet hoc jus minimè servaret.* † *Clarissimus au-* 8
tem collega Cothmannus, auctor nobis est, Senatum Rostochiensem, litteris suis, ad Illustrissimos Megapolensium Duces, palàm professum fuisse, in civitate Rostochiensi, jus Lubecense observari, coq; fini dicasterio provinciali, cum libello supplice ejusdem exemplar exhibuisse, quo in causis Appellationum, ad juris Lubecensis præscriptum, sententiæ, vel confirmarentur, vel reprobarentur. Cùm itaq; Doctori excellenti & pragmatico, de consuetudine seu jure recepto testanti, eò usq; creditur, ut, si alia præsumptionum accedant adminicula, eidem plena fides adhibeatur per ea, quæ tradit. Bart. in leg. de quib. num. 21. ff. de legib. Socin. consil. 165. n. 16. lib. 1. Gabriel. lib. 1. de probation. conclus. 4. in fin. Alexand. consil. 55. n. 27. volum. 4. *Quidni igitur, & toti huic collegio, quod utplurimùm, inter sui ordinis homines, habuit Jurisconsultos præstantissimos, & patriæ legum summè gnaros, de auctoritate juris Lubecensis,*

& quidem propriorum Principum testimonio, plena fides adhiberetur. Hujus præterea Lubecensis juris observantiam Rostochij florentem, probarunt celeberrimi Germaniæ Jurisconsulti, cumprimis excellens iste Schurffius, in quodam suo consil. vol. 2. Kirchovius item consiliorum pagina (mihi) 168. n. 14. Dn. Johannes Rudelius volum. 2. consil. 4. n. 10. Michael Gruſſus in ſuis Recept. ſententijs. *S* mortis causa donat. quæſt. 11. num. 4. Dn. collega Erneſtus Cothmannus, diligentiſſimus patriarum conſuetudinem obſervator vol. 1. Reſponſ. conſ. 5. num. 5.

9 † *Verùm quid ulteriori opus eſt hæſitatione, cum Facultas noſtra Juridica, hîc Roſtochij, nec non ampliſſimum Senatus Roſtochienſis judicium, tota die in reſpondendo, & ſententijs ſuis, jus Lubecenſe ſequatur ac ſervet, quod ſæpiſſimè in utriusq; collegij deliberationibus, & conſultationibus, præſens animadverti.*

10 † *Notandum verò, in criminalibus, Senatum Roſtochienſem, non ad normam ſtatutorum Lubecenſium, ſed ſecundum ordinationem criminalem Caroli V. proceſſum inſtituere, ac pœnam dictare conſueviſſe, idq; non tam ad allegatam Imperij conſtitutionem generalem, quàm ad peculiarem tranſactionem, cum illuſtriſſimis Megapoleos Heroibus initam, quæ ſic habet:* **Auch in allen Peinlichen fällen / der Käyſ: peinlichen Gerichtsordnung nachzugehen / vnd vermüg derſelben zuverfaren ſchüldig ſeyn ſolle** *(de quo vide Tranſactionem A. 1573. S* **Es ſoll vnd wil auch der Rath** *in fine.*

11 † *De vicina WISMARIA licet illi, qui ejus regimini præſunt, non dubitent, egoq; ex plurimis litigantium chartis, hujus juris obſervantiam, etiam ibi vigere deprehenderim, verun-*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730599981/phys_0108
DFG

rim; veruntamen, cum auctoritas pagellarum istarum, publica minimè fuerit, nec mihi eas modò publici testimonij loco proferre libet. certiora itaq; ubi hac de re comperero, eadem & publici juris facere non cunctabor.

†*De Comitatu SWERINENSI ejusq; metropoli, dubium non est, eam sibi proprium jus constituisse, cum subjectorum fragmentorum rubrica, idipsum indigitet. Authentici enim exemplaris hucusq; mihi, utut summa diligentia indaganti, copia è nullius Bibliotheca submin*istrari potuit. *De fragmentorum tamen eorundem, à Swerinensi viro quodam juvene P. S. mihi benignè communicatorum fide, formavé authentica, ipsemet nihil authumo, sed liberiori lectoris judicio, illa committo. Cumq; hujus juris inspectio à multis dudum avidè desiderata fuerit, lubens, quantum ejus ad manus meas pervenit, hîc subjicio.* 12

Es seynd der Stadt von Schwerin Rechte dieſe/wie ſie aus dem Lateiniſchen verdeutſchet.

1. Kopff vmb Kopff.
2. Handt vmb Handt.
3 So jemand verwundet wird/eines Nagels am Finger tieff/ vnd eines Gliedes lang/ſoll der Thäter/auff 60. ß (latinum exempl. habet 6. ſolid.) verdammet werden/welche er der Obrigkeit ſoll verfallen ſeyn/vnd dem verwundeten/mit 24. ß. zu frieden ſtellen.
4. Vom Braun/vnd Blaw/hat die Obrigkeit 24. ß/vnd der beſchedigte 12. ß.
5. Vor einen Backenſtrich/ſoll der beleidigte 4. ß/ vnd ſo viel auch die Obrigkeit haben.

6. Wer Gewalt thut in eines andern Hauß/ soll am Lebend gestrafft werden.

7. So ein vnuerschambt Weib / einen Mann mit Worten schmehet / in jegenwertigkeit zweyer glaubwirtiger Menner / mag er jhr mit gutem fug/eine gute Maulschelle geben.

8. So jemandt zwen Scheffel hat / einen grossen / vnd einen kleinen/daß er mit dem grossen ein/vnd mit dem kleinen außmisset/soll am Leben gestraffet werden.

9. Der Müller/soll die verordnete masse / von jedem Scheffel nehmen/welche men gewönlich die Matte nennet.

10. Wer der Stadt ordnung / vnd statuta vbergehen wird/ soll drey marck pfenning geben/ zwo der Stadt/vnd ein der Obrigkeit.

11. Alle Gleidtgülden/gehören dem Rathe.

12. Wenn ein Rath gesinnet/vber der Stadt Empter / einen Bürgermeister zuerwehlen/vnd dann die Vnderthanen vbertretten/ gehören alßdan/zwey theil der Bruch dem Rathe / der dritte aber den Bürgermeistern.

13. Die Bürger haben macht / einen Vorsteher der Kirchen/ oder einen Oeconomum zuerwehlen.

14. Der Vorsteher oder Oeconomus/ soll die Prediger vnderhalten.

15. Die Jagt gehöret der Obrigkeit/vnd nicht dem Rathe / oder Bürgermeistern.

16. Niemandt/soll sein Erbschafft vergeben/ohn bewilligung seiner Erben/so er in seinem Gewalt hat.

17. So jemandt stirbt/vnd findet keine Erben/soll ein Rath die Erbschafft an sich nehmen/die zubewahren/biß das ein Jahr vmb ist/ vnd wens verflossen/vnd kein Erbe sich angibt / soll sie vns vberantwortet / vnd zugestellet werden. Es soll aber die Erbschafft/ vom siebenden grad / wider vberantwortet werden.

18. So jemand stirbet / vnd lesset zwey Erben nach / vnd die

Mutter

Mutter wil widerumb einen andern freyen / soll sie jhnen des Vaters Erbe theilen.

19. So einer von denselbigen Erben verstirbet / soll die Erbschafft dem Bruder folgen.

20. Wenn sie alle todt seyn / sol sie wider zu der Mutter kommen.

21. So die Mutter vorstandt thun / oder die Kinder schadloß halten kan / soll sie Vormündinne bleiben / also auch der Vater.

22. So eine verstirbt / vnd lest einen Erben nach / vnd der Vater scheidet denselben von jhm ab / vnd nimbt widerumb eine Fraw / vnd zeuget mit derselben Kinder / wann dañ der Vater todt ist / kombt der abgescheidene Erbe widerumb zu der Mutter erbschafft.

23 So jemand / der ausserhalb der Statt seßhafftig / einen Bürger zubeklagen hat / kan sich der Bürger mit einem Eid schützen / ein Frembder aber / soll sich mit einem Bürger schützen.

24. Ein jeder Mensch / der sein eigen Herr ist / so er in der Stat bleibet / soll von eines jeden anfechtung / wegen deinstbarkeit / frey seyn.

25. Vber das alles / was ein Rath / der Statt zum gemeinen nutz / vnd gebrauch ordnet / soll die Stadt annehmen / vnd befullworten.

26. So ein Schüldiger im Gericht eingemahnet wird / vnd nicht bezahlen kan / soll er dem Gleubiger / sein Hauß einsetzen.

27. Aber der Creditor / soll es drey mahl jnnerhalb sechs wochen für Gericht auffbieten / so es denn der Schüldiger nicht löset / soll der Gleubiger das Hauß seines gefallens gebrauchen.

Acta sunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis 1263, datum in ROBEL, secundo Calendas Martij.

† *Oppidum Megapolense* GREVESMÜLE, *usu juris Lu-* 13
becensis particeps factum, testatur privilegium, ab Alberto Megapoleos Duce sub annum 1359. eidem concessum, & à Carolo circa annum 1606. 25. Aprilis confirmatum, cujus

rei testimonium Senatus Grevismulensis communicavit in ipsius causa, contra ejus viduam & creditores: unde & Facultas nostra causam illam creditorum ad juris Lubecensis præscriptum definivit, idipsum protocollo D. Hajonis à Nessa de Anno 1618. attestante.

14 † STRALSUNDIUM, *metropolis Pomeraniæ Ducatus, ab insula Strale, urbi huic vicina, & maris ostio, antiqua voce* **Sund**/*dicto, nomen sortita, juris Lubecani observantiam & usum, circa annum* CIↃ.CC.XL. *consequuta est, à* WISLAO, JARIMARI *primi fundatoris filio, uti verba privilegij à Dn. Joanne Borcholton recitata probant, quæ sic habent: Judicium, & justitia, servetur à prima* FUNDATIONE *Civitatis solita, sub* OMNI *jure Lubecensi, quod prædictæ nostræ Civitati donavimus,* ITA LIBERE, *sicut Lubeca, tam in Civitate sua, quàm in suis proprietatibus, perfrui liberius dignoscitur.* vide consil. Dn. Johannis Borcholt. 17. voluminis 2di. ubi alijs privile-

15 giorum adminiculis hoc fulcit. † *In privilegio enim Anno 1314. huic Civitati concesso hæc verba expressa leguntur,* **Fürder vmb frommen / vnd bequemligkeit willen / vnser Stadt zum Stralsunde/geben wir / vnd sonderlich gönnen jhnen/daß sie mögen vnd sollen / jhre beschuldene Vrtheil/ führen vnd holen zu Lübeck / etc. Vmb diese vorbenandte stücke/haben sie vns gegeben Sechs tausent Marck/ꝛc.**

16 † *quæ non saltem juris Lubecani usum, sed & à ducali judicio exemptionem, in verbo* **mögen** / *& necessitatem provocationis, in verbo* **sollen**, *inducunt. uti latiùs consultor prædictus,*

& juri-

& juridicè hoc docet: & rectè colligit, Civitatem Stralsundensem in omnibus ac per omnia, perinde uti jure Lubecensi, atq; ipsa Lubeca jure illo suo, tam intra quàm extra Civitatem suam utitur. Quod & Dn. Chytræus in suo chronico, lib. V. de Rostoch. bello, folio (mihi) 133. innuit. Et præterea novæ Stralsundensium transactiones probant, tum inter Illustrissimum & Civitatem Anno 1615. § **zum zwölfften/** *inita, cujus etiam superius à nobis facta est mentio: tum etiam inter Senatum & Cives, Anno 1616. erecta, sub titulo I.* **von auffrichtung eines gewissen Stadtrechts/** *in verb.* **Vnd** *in specie* **mit Lübischem Rechte bewiedmet.** † *Ex quibus dex-* 17
trè infertur, omnes articulos juris Lubecensis, qui vel consuetudine, vel contrario statuto, aboliti, rejecti & obliterati non reperiuntur, in Stralsundensium judicijs ac territorijs esse servandos. Et qui se agendo, aut excipiendo, fundat in jure Lubecensi, habere fundatam intentionem pro se, usq; dum, abolitio istius juris, lege contraria, seu more, fuerit probata. verba enim privilegij, ITA LIBERE, *libertatem allegandi, ac decidendi, judici ac parti faciunt, ut hac in parte Cives Stralsundenses, Civibus Lubecensibus, pares censeantur. Voculæ enim* ITA & SICUTI, *sunt notæ similitudinis, eandem faciem, formam & regulam inducentes.* leg. sicut Cod. de Repudijs.

† *Oppidulum* **Sültze/** *Megapoleos Salinæ, ex Dn.* 18
Nicolai, Dn. de Rostock, Anno 1298. die Matthiæ benigna concessione, hoc jure gaudet, uti autographon istius privilegij abundè testatur.

Huic op-

19 † *Huic oppidulo aliud vicinum est nomine* **Marlow**/ *itidem Ducatus Megapoleos ab Henrico Duce Megapolitano, jure Lubecensi & Rostochiensi Anno* 1459. *die Lætare dotatum est, uti privilegij ejus hæc verba docent*: **Bauen dith / so hebbe wy en gegeuen ein Stadtrecht tho hebbende/ vnd tho förende/ alse tho Lübeck / vnd Rostock / eine wyse vnd wanheit ys.** *Datum* **Schwan**/ *dicto Anno.*

20 † *Non autem inconcinnè hîc quæritur, cùm privilegium hoc, vico isti saltem* **ein Stadtrecht** *concedat, Num de civili jurisdictione tantùm, an verò etiam de criminali & mero Imperio id accipiendum sit? Acerrima quidem & nodosa hæc est quæstio, An omnimodæ jurisdictionis conconcessio etiam Merum includat Imperium? Et quidem adeo, ut Imperatoris decisionem requirere videatur. Communior tamen & verior Doctorum sententia tradit, simul concessam esse; ne otiosa sit superioris largitio. Idq; hoc casu eò minus dubij admittit, cùm illi, jurisdictio, uti ea à Lubecensibus & Rostochiensibus usurpatur, sit concessa. Intelligo tamen consuetudine aliud introductum esse. Et nobilem Lubiadum gentem, ab Illustrissimis Megapolensium Heroibus, de dominio hujus vici investitam criminalem in eo exercere jurisdictionem. Consueta itaq; observantia hac in re minimè immutanda.*

21 † *Sic Colbergenses, Pomeraniæ Civitas, complures annos jus Lubecense observavit; uti litteræ Senatus ejusdem, in causa* **Ducherowen**/ *cõtra* **Wilhelm Rõzzern**/ *A.* 1612. 10. *Jan. collegio nostro Rostochiensi juridico transmissæ, testantur.*

Senatum

† *Senatum populumq; Gryphiswaldensem, uti jure Lube-* 22
cano, testis est Lambertus Kirchovius cons. 5. tom. 2. consilio-
rum Germaniæ. Et probat insuper Transactio, inter Illustrissi-
mum Philippum Julium Pomeraniæ Ducem, & Civitatem
Gryphiswaldensem, Anno 1606. inita, his verbis: **Wir wol-**
len/ vnsern zum Gericht verordneten Räthen/ aufferle-
gen/ daß in den Sachen/ welche vom Greiffswaldischen
Stadtgerichte/ *per viam appellationis/* **an vnser Hoffgericht**
devolviret/ **einhalt des/ im Truck** *publicirten* **Lübischen**
Rechten/ *sententioniret* **werden soll.** † **Wann aber die** 23
Greiffswaldischen Bürger/ oder andere *Appellanten, per*
gravamina **einführen werden/ daß die** *Articul* **des Lübi-**
schen Rechten/ darauff die Sache beruhet/ daselbst zum
Greiffswald/ *in viridi observantia* **nicht sey/ sondern** *Con-*
suetudo, per actus judiciales recepta, in contrarium **lauffe/**
Alßdann/ soll der *Appellant, ad probandum gravamen* **zuge-**
lassen/ vnd vermüge vnser Hoffgerichts Ordnung/ mit den
Processen vorfaren werden. *Hujusq; juris Lubecensis ob-*
servantiam, ex quamplurimis actis judicialibus, & Senatus
Gryphiswaldensis testimonijs, unà ad Facultatem nostram,
meo tempore missis, animadverti.

† *De Stolpensium usurpatione juris Lubecensis, certum me* 24
reddiderunt, statuta ejus urbis, ad collegiũ nostrũ transmissa.

† *A Coslinensibus jus Lubecense receptum esse, fidem no-* 25
bis fecerunt Acta, **in Sachen Peter Volchmans/** *contra*
Peter Sodtgeeber.

26 † *Wollinensem Urbem, jure Lubecensi fuisse donatam, ex sententia, Illustrissimi Ducis Pomeraniæ, in causa* **Greger Oheimb** */contra* **David Gerfin/ vnd Jochim Wildebrodt/** *Anno 1602. 28. Januar. lata observavi, cujus hæc erant verba:* **Dieweil es dem beschriebenen Lübischen Rechte/ dessen sich die Stadt Wollin gebraucht/ nicht gemeß ist.** *Et hanc, de recepto hoc jure, sententiam, insuper documentum Senatus Wollinensis, prædictis Actis adjectum confirmavit.*

27 † *Civitatum Pomeraniæ* **Grimmen** */ recepisse jus Lubecense, probarunt Acta in causa defuncti Consulis,* **Lipen Kinder** */ad nos 8. Aug. Anno 1616. transmissa.*

28 † **Newen Treptow an der Riega** */utitur jure Lubecensi attestantib. documentis, à Senatu ejus urbis, in causa* **Jacob Beneken/ Jochim Glambeke/** *&* **consortum,** *Actorum* **wider Jochim Ties/ Beklagten/** *Facultati nostræ transmissis, & utriusq; partis litigantis confessione, roboratis.*

29 † *Bardensem Pomeraniæ Civitatem, à turbida ac minus probè percocta Bardensi cerevisia, hisce in oris celebrem, jure Lubecensi privilegiatam esse, docent varia illius privilegia, quorum primum est, quod Jarimarus Princeps Rujanorum Anno* CIↃ. CCLV. *15. Maij, eidem concessit. Witzlaus itidem Princeps Rujanorum, An.* CIↃ. CC. XCIV. *vigilia Pentecostes, comprobavit. Wartslaus, An. 1325. roboravit. Et Wartslaus Pomeraniæ Dux An. 1453.* **am tage der erhebung des heiligen Creutzes,** *firmavit. Bugislaus Pomeraniæ Dux, An. 1479.* **Sonnabents nach Himelfarth/** *concessiones præmissas,*

missas, renovavit. Idq; etiamnum ibidem in viridi observantia, testantur pagellæ Senatus, in causa Johan Lorentz, *contra* Tobiam Braberoggen, *transmissæ.*

† *In* Borussiæ *provincia, Pomeraniæ finibus adjacente, supra ipsos quadringentos annos, ordo Teutonicus, à Lubecensi Republica, haud secus atq; Romani ab Athenienſibus, hasce leges mutuavêre, uti diversa manuscripta proloquia nos edocuerunt, quorum exemplar unicum hîc subjicio.*

In dem Jahre vnſes HEren/ M. CC. LIIII. do lethen de Heren vnd Rathmenne tho Lübeck/ thoſamende ſchryffen Jura/ vmme ſünderliker bede willen erer Fründe: Als des ehrliken Meiſters/ vnde Bröddere/ des Düdeſchen Ordens van Lyfflandt/ welckere Jura/ beſtediget/ vnde denen van Lübeck gegeuen ſynt/ van dem Irlüchtigſten Vörſten vnde Buwere der Stadt Lübeck/ alſe Henrico, Hertogen van der Suevie/ Baravie/ Saxonie/ Angarie vnde Nordawyngie: vnde darna van dem Ehrenryken Heren/ Römiſchen Käyſere Friderico/ de andere vp dat nye beſtediget/ vnde mit ſynen privilegien geſtercket. Vort darna van Köningen/ Vörſten vnde Heren bevullbordet/ vnde thogelaten; vnde vp dat leſte/ van dem klaren Heren vnde Vörſten/ Römiſchen Kayſer Friderico de ander priviligeret/ vnde tho ewigen tyden mit ſynem gülden Ingeſegele/ der Stadt van Lübeke beſtediget vnde geveſtet/ tho ewigen tyden brukende. Hyrümme de jura in diſſem Boke/ vmme leue willen der vörſchreuen Heren/ Meiſters vnde Bröddere/ des Düdeſchen Ordens/ van Lyfflandt/ vnde der Stadt Memelenborg/ als ſe vns gegeuen ſyn/ vnde vnſere Inwaneren: So geue wy/ vnde ſenden/ ſe yuw/ vort an tho brukende/ vnde tho holdende/ tho ewigen tyden/ vnde alle den/ de diſſe jura/ willen holden/ dem ſy Frede vnde Fröwde/ in dem HEren JEſu Chriſto/ dem Loff vnde Ehre vnde gloria tho ewigen tyden/ Amen.

31 † *Pomeraniæ Civitatibus ex parte pervagatis, pedem refero in ducatum Holsatiæ, & ex præallegata juris Lubecensis præfatione ulterius refero: Quatuor Holsatiæ Civitates* **Kyel/ Itzeho/ Rändesburgk/ vnd Oldenschlo** */ jure Lubecensium uti: tantoq; intrepidius id assero, quod ex quæstione à Senatu Chilonensi, juridico nostro collegio in causa dictæ Civitatis contra Albertum* **Westeden** */ proposita hoc observarim. Quamvis & jus Saxonicum, in causarum decisionem respicere consueverint.*

32 † *In* **Tundern** */ civitate ducatus Sleswicensis, jus Lubecense viridi observantia florere, ex actis sæpius ad facultatem nostram perlatis patet.*

33 † *His adjicio* **Segeberg** */ quæ similiter ex vicinitate, receptaq; consuetudine, utitur Lubecensium moribus, de quo fidem nobis præbuerant Acta,* **Hansen Krieges/ vnd Annæ Balliens/ Kläger/ wider Johan Brüggeman/ vnd Jochim Behnenschos/ Beklagte.**

34 † **Newstadt** *non Megapoleos, sed Holsatiæ civitas, eodem Lubecensi jure utitur, ex confessione Senatus ibidem, in causa* **Deetloff Krausen** */ contra* **desselben Stiefftochter** */ in p. Stup.*

Licet autem nullus dubitem, plures cum Pomeraniæ, tum Megapoleos & Holsatiæ urbes, jure Lubecensi uti, idq; præfatio istius juris disertè testetur: meum tamen non est, citra exactam ejus notitiam, uni vel alteri quid demere, aut largiri: Si cui civitatum libuerit, etiam de jure suo nonnihil exacti mihi suggerere, lubens id huic catalogo dextrè & bona fide adjiciam.

SECTIO

SECTIO XI.

In Vnser Stadt.

SUMMARIA.

1. Lubeca, materno & non novercali amore, cæteras complectens; honore digna, & cæteris præferenda.

1. Lübeck/ so lange es ein vngeferbtes Hertz/ vnd auffrichtige liebe/ kegen seine Bundsgenossen/ tregt vnd hat/ so lange/ wird es den andern vorgezogen/ vnd wie eine Mutter geehret.

2. Dico matrem, cum nullam, cæterarum, in potestate sua habeat, sed materna voce, à tramite recti deflectentes, in viam revocare debeat.

2. Lübeck wird darmit einer rechten Mutter vergleichet/ weil sie keine der andern/ in jhrer gewalt hat/ sondern mit jhrer Mütterlichen stimme/ Affection vnd Exempel/ den Band der Einigkeit/ solle zusammen halten/ vnd mehr/ denn gemeinen nutz/ in acht haben.

3. Numeri pluralis, Civitatum significatio.

3. Warumb das Wort Stätten/ alhie gebraucht wird.

4. Civitates nostræ, ne sint speluncæ latronum, & Asyla improbissimorum hominum, cavendum.

4. Der Oberigkeit Ambt vnd Pflicht erfordert/ auffsicht zu haben/ damit in jhren Stetten/ keine auffgetretene/ verbübte/ vnd anrüchtige Leute/ gedüldet werden.

5. Differentia Diœcesios: Territorij & Districtus.

5. Vnderscheid eines Weichbild: Feldtmarck/ vnd Landwehr.

6. Vicus quid.

6. Wick/ bedeutet einen sonderbahren/ mit seinen grantzmahlen/ vnd Bottmessigkeit abgezirckten Ort.

7. Brunovicensis urbs, in suos vicos distinguitur.

7. Braunschweig/ hat seine vnderschiedene Gilden/ oder Weichbilde.

8. Beld/ à voce bellus derivatur.

8. Beld/ wohero es den nahmen.

9. Diœceseos vocabulum, quot modis accipiatur.

9. Weichbild/ wie es zuverstehen.

10. Lubecensium Diocæsis, quid contineat.

10. Der Lübeschen Weichbild begreifft den bezirck/ jhres *Dominat*/ vnd die daran hangenden Hoheit.

11. Vicus Warnemunda suorum dominorum jure utitur.

11. Warnemunda gebraucht sich Rostockeschen Rechtens/ in fellen/ da keine sonderbahre gebreuche verhanden.

12. Lubecensium Travemunda, jure Lubecensi utitur.

12. Travemunda vor Lübeck gebraucht sich jhrer Herrn Recht.

13. Territorium ratione materiæ denotat terrã.
14. Considerata forma seu qualitate secum trahit jus terrendi.
15. Lubeca in suo territorio, æquè ac cæteri status Imperij, habet jus terrendi.
16. Jura territorijs inhærentia, Senatus populusq; Lubecensis, sibi vindicat.
17. Quod per alluvionẽ territorio Lubecẽsi latẽter accrescit, dominio ejusdẽ accedit.
18. Homicidium in confinio duorum admissum, in dubio, ad utriusq; cognitionem pertinet.
19. Situm in territorio Lubecensi, in dubio de territorio esse præsumitur.
20. Districtus quid?

13. Feldmarck/was es in sich begreiffe.
14. Das wort Feldmarck/begreifft zu zeitẽ/ nebenst dem Lande auch die bottmessigkeit.
15. Lübeck/ kan nicht weiniger/ wie andere Stende des Reichs/jr Gebieth vnd Land/ mit macht verthetigen.
16. Lübeck/hat alle frey/Herlig:vnd Gerechtigkeit/die auß den Rechten/ vnd gewonheit/dem *territorio* zustehen.
17. Was dem Lübischen *territorio* zuwechst/ wird billig dem *dominio accensiret.*
18. Alle streitige Malefitzsachen/so in zweiffelhafften Grentzmalen geschehn/ werden billig von beyden streitenden theilen entscheiden.
19. Was in Lübischen grentz vnd scheidmalẽ belegen/wird *in dubio* dẽ Lübischẽ *territorio* zustehend/geachtet.
20. Landwehr was es bedeut.

1 LUbeca, † *non ut divortium à cæteris Civitatibus faciat,*
se ab illis vocum disjunctione separat, verùm quod à pri-
ma sua fundatione, officina Religionis, atq; JUSTITIÆ, ex-
stiterit, cæterisq; ex suæ Civitatis collegio, tàm divina quàm
humana jura, dederit, haud immeritò uti mater, reliquas præ-
cedit, ac sibi primas sumit. arg.leg.6.§ 2. ff. de excusat. tut. *Et hic ho-*
2 *nos, dextrè eidem tribuitur,* † *usq; dum sese matrem, & non*
novercam præbet, & non tàm privato quàm publico, commu-
niq; commodo cum reliquis studet. Quin & hanc ob causam
ejus nomen, seorsim in hac periocha exprimi haud abs re quis
dixerit, quod cæteræ omnes, quoties de pace tuenda, bello amo-
vendo, mercimonijs promovendis, & collegij privilegijs consi-
lia capienda, & comitia celebranda sunt, ad hanc tanquam ma-
trem con-

trem confluant, seq; eidem ceu primario membro suo jungant.

† In den Stätten / Rectè dicitur in plurali numero, in Stätten / ad explodendam eorum opinionem, qui statuunt, civitates fœdere junctas, quales in Græcia fuerunt Atticæ, apud nos sunt Anseaticæ, Helveticæ & Belgicæ, unam constituêre civitatem; cum hisce nec forma nec materia competat, nec ijsdem vivant legibus, eidemvè magistratui pareant, de quo videatur Bodin. 1. de rep. cap. 7. Warenberg. ab Erenberg. part. 1. meditat. pro fœdor. cap. 4. n. 6. Et dissentiens Simlerus lib. 1. de republ. Helvet. 3

† Sedulò autem cavendum, ne unitæ Civitates mereantur nomen Poniropoleos, uti Philippus Macedonum Rex, in hanc urbem collocavit omnes improbitate insignes. Suidas in urbe δήλων πόλις, cujus generis asyla, homicidarum, cessionariorum, furum atq; latronum etiam in nostra reperiuntur Germania. 4

† Weichbild: Feldmarck: Landwehr: Eleganter Juris Lubecensis compilator, tribus hisce distinctis usus est vocibus, tum, quod jura Romana, distinctim de Diœcesi, Territorio, atq; Districtu, agant: tum, quod his non solum Territoria Lubecensia, sed & reliquarum Civitatum districtus, denotentur. Et cum non omnes æquali jure territoriali sint dotatæ, sed Aliæ, jus saltem Territorij, sine superioritate, ihre Feldmärcke: Aliæ augustiorem capacitatem, usq; ad limites suæ urbis, biß an ihre Landtwehr / habeant, de singulis, seorsim agendū. 5

† Ex veteri Saxonum idiomate constat, dictio Wickbeld / composita ex Wick / & Beld. Vicus autem Saxonibus est locus 6

amplus,

amplus, publicus, limitibus circumseptus, certoq; domino seu magistratui, destinatus. Vnde Brunonis vicus **Braunschwick**; & apud Gedanenses **Pûsterwick**. Eodem modo apud Romanos, dictio VICUS, strictam largamq; habuit significationem. Aliquando enim, pro urbis parte quadam, pluribus constante ædificijs, accipitur, ita ut ex complurimis vicis, urbis nomen exstiterit, ut Cicero pro Milone 47. *Nullum in urbe vicum, nullum*
7 *angiportum dicebant.* † *Sic civitas Brunovicensis, in vicos, quasi in partes seu membra minora, in* **jhre Gilden**, *distinguitur. Nonnunquam verò latius, quum plures villæ, sive territoria, in unum conjuncta sunt,* ut Cicero ad Terentium, *Quod ad me, mea Terentia, scribis, te vicum venditurum, &c. Et idem ad Catonem: Quintum Fratrem negocio præposui, ut in vicis, aut captis, aut malè pacatis exercitus collocaretur. Ut dubium superst nullum, verbum* **Wick**/ *& strictam & largam, hoc verò in loco, generaliorem recipere intellectum.*

8 † **Beld**/ *vel à bellus, bella, bellum, id est, bonus. Vt bellus homo, bellum theatrum.* Cic. ad Attic. lib. 13. *Sic bellus vicus: vel à bellus, bella, bellum, id est pulcher, derivatur.* Ut Plaut. in Asinar. 12. *Nimis bella es atq; amabilis. Vt ita loci amœnitatem* **Beld**/ *designet.*

9 † *Diœceseos vocabulum, quanquam largè pro universitate provinciarum, earumq; administratione accipiatur, quarum quælibet, suum habet præsidem sive præfectum.* leg. un. Cod. ut omn. Judices leg. 3. Cod. Theodosian. de collat. Equor. Zasius consil. 17. n. 47. *Veluti sub Præfectoria prætoriana Africa Orientis, quinq; fuerunt*

erunt Diœceſes. Oriens, Ægyptus, Aſiana, Pontica & Thracica. Aliquandò tamen in jure noſtro, ſtrictius accipitur pro patriarchatu, ſeu territorio particulari, ſ illud etiam in Authent. Quomodo oportet Epiſcop. in rubric. Cod. de offic. præfecti Prætor. Africæ. Nonnunquam pro Civitate Canon. ſacrorum 63. diſtinct. Can. cum pro utilitate 16. quæſt. 1. † Sic Diœceſis Lubecenſis oder der Stadt Lübeck Weichbild/denotat territorium, ſeu provinciam Imperij, ſuperioritatis jura habentem. Non enim ij tantum, qui intra urbis mœnia domicilium fixerunt, jure Lubecenſi tenentur, ac pro civibus habentur: ſed & qui in finibus agris, territorio, atq; ſuburbijs, Lubecæ, aliarumq; civitatum jus domicilij habent, jure iſtius civitatis tenentur. † Sic vicus Warnemunda, ad oſtium varni ſitus eodem jure gaudet, quo Roſtochienſes utuntur. † Uti & Lubecenſium vicus Travemunda, ad oſtium fluvij Trave poſitus, ſimiliter jure Lubecenſi gaudet. Superioritas enim Lubecana, eſt dominatus, prout idipſum in Antitheſi noſtra decima, prolixè expoſuimus. 10 11 12

† Feldtmarckt: Hoc vocabulum, reſpectu quantitatis, ſeu glebæ territorialis conſideratum, hîc cum territorio ejusdem eſt ſignificationis, & ipſam terram denotat, das Landt/ wie es in ſeinen Feldt/ vnd Waſſerſcheiden/ oder Landtgrentzen belegen. In quo ſignificatu Varro de lingua latina lib. 4. id vocat Agrum, ſive Terram, quaſi Terræ ὄρος, id eſt, terra, terminus, ſeu finis. Siculus, Flaccus, & Iſidorus id vocarunt tauritorium. † Rei verò proprietatem, in hac Territorij voce latentem, indagentes, rectè cum JCto Pomponio in leg. 239. ſ territo- 13 14

rum π. de V.S. *statuimus eam hîc significare jus terrendi, ex au-*
15 *ctoritate magistratus, sive pro imperio submovendi.* † *Non enim minor est hujus Reipubl. auctoritas, in arcendis, submovendis, & expellendis hostibus publicis & privatis, tuendisq; finibus, quàm reliquorum Imperij statuum; uti hoc in centuria mea priori latius tradidi. Unde Boerius* Decision. 217. *rectè dixit, Territorium, esse terræ spatium, Jurisdictione armatum.* Guid. Papa quæstion. 577. *Nec refert territorium Lubecense, haud esse continuum, sed vicinorum principum, nec non dominorum capitularium, dominio interseptum: cum interrupta terræ fissura, seu intersectio, jus territorij non minuat: Aliàs nec ipse Imperator, Reges, Electores, aut Principes, territorium haberent, cum eorum territoria, non usq; adeò sint continua, & arctè conglutinata, quin partes vicinorum, suis intermixtas habeant. Hoc itaq; significatu, territorium hoc Lubecense, propriè accipiendum statuo.*

16 † *Fructus seu commoda, ex hoc Territorij jure descendendentia, haud sunt exigua, aut vilia. Primò siquidem, omnia jura territorio inhærentia, non minus reliquis Imperij statibus, si-*
17 *bi vendicat.* † *Deinde, territorio suo, terra, mariq;, per alluvionem accrescentia dominio suo adjicit.*

18 † *Tertiò, si in vicinorum territoriorum confinio, homicidium fuerit commissum, criminis examen, ejusq; cognitio & judicium si de loco cœdis admissæ dubitetur, ad utrumq; spectat.* Zasius in π. comm. divid. n. ult. *Utut acriter hæc quæstio ventiletur, de quo vide Pistor.* 2. quæst. 1. num. 86. Et 2. quæst. 5. n. 14. Item

14. Item 2. quæst. 36. n. 29. Thoming. decis. 48. n. 20. Borch. in cap. unic. n. 26. quæ sint regal.

† *Quartò, Quicquid in territorio Lubecensi situm est, in dubio de domino & Jurisdictione hujus districtus, esse præsumitur.* Speculator ad tit. de Jurisdict. n. 3. 16

† **Landtwehr.** *Verbum* **Landtwehr** */ cum vocabulo di-* 20 *strictus, non ejusdem est significationis, sed bifariam accipitur. Nonnunquam enim, pro vallo, seu fossa extremos terræ fines muniente, accipitur. quo significatu, districtum Lubecensem definio,* **Daß sie jhre Landt / zubewehren / zuvorthetigen vnd zubefestigen macht haben.** *Quemadmodum enim districtus munitus excultus & exornatus esse debet, urbium, castellorum, & vicorum frequentia: Ita urbs Lubeca, ædificiorum magnificentia, propugnaculorum instructissima opulentia, aliisq; ad rempubl. constituendam, administrandam, ac defendendam necessarijs, abundat; nec non & eximio hoc privilegio gaudet, ne quis vicinorum ad fines territorij, castrum exstruere ausit.*

SECTIO XII.

DISPOSITIO LIBRORUM, TITULORUM, ET ARTICULORUM, PRIMI LIBRI Statutorum Lubecensium.

SUMMARIA.

1. Leges Romanæ tam Codicis quàm Pandectarum, magistratuum officia & munera in libris editis præponũt.
2. Magistratus, juris & justitiæ administratores & sacerdotes ceu vivæ leges, primas jure, in republica tenent.
3. Boni Magistratus officium, non tam in ferendis, quàm exequendis legibus consistit.
4. Secundum, à Magistratu locum, meritò tenent subditi.
5. Nulla unquam respubl. extitit, quæ ejusdem gradus, ac dignitatis honores, ferre potuerit.
6. Lubecensis respubl. alit cives, partim sui juris, partim alterius potestati subjectos.
7. Hi sunt in potestate dominorum, vel parentum.
8. Licet Nuptiæ, sine dote subsistant, sotium tamen causa, gratissima est.
9. Ut sponsus opimæ doti: sic sponsa largæ donationi antenuptiali inhiat.
10. De tutelis.
11. De præscriptionibus.
12. De donatione simplici.
13. Quibus alienare licet vel non.

1. Die Römische Käys: vnd Regenten / haben jre Gesetze von der Obrigkeit Ambt / vnd gebühr angefangen.
2. Die Obrigkeit / so an Gottes statth / das Regiment führet / auch Gericht vnd Gerechtigkeit handhabet / werden billich als Häupter geehret vnd *reveriret*.
3. Eine Löbliche Obrigkeit / soll eifferiger seyn / jhre Gesetz zu *exequiren*, als Newe Ordnungen zu machen.
4. Nach der Obrigkeit folgen billig / die Vnderthanen vnd Bürgere.
5. Nie ist ein Regiment gefunden / so nicht vnterscheidt / der Personen / Ehren / vnd Würden / gehalten.
6. In Lübeck / werden gefunden / so vnter keiner / oder einer andern Gewalt / vnd Bothmessigkeit seyn.
7. Deren etliche vnter Kindlichem / andere vnter Knechtliche gewalt beschlossen seyn.
8. Ob zwar eine Ehrberedung bundig / wañ schon von Brautschatz nicht gedacht / oder Zusag geschicht / so werden doch gemeinlich vnd viel Hochzeiten der lieben Heller wegen / Aber vnterzeiten mit weinigem Seegen fortgesetzet.
9. Wie der Hochzeiter / nach grossem Heurguthe benenter massen die Braut / nach grosser Gegenvormachnuß trachtẽ thut.
10. Von Vormundschafften.
11. Von Vorjahrungen.
12. Von schlechter vbergab.
13. Wer das seine zuveressern mechtig ist.

LIBER

LIBER PRIMUS, CONTINET X. TITULOS.

METhodi defectum, juris hujus Lubecensis, compilator, ipsemet fatetur; licet methodo nihil pulchrius, nihil præclarius, nihil memoriæ utilius. Utinam verò tandem, aliquando lucem corpus hoc Lubecanum, elucubratius videat! Non nullum tamen ordinem, in digerendis materijs servatum esse, sequentia docebunt.

TITULUS I.

TItulus enim primus, libri primi, de Consulibus, & decurionibus, **von Bürgermeistern/ vnd Rahtmannen/** *ad imitationem juris civilis, agit de Consulibus, ac decurionibus, tanquam magistratibus, seu vivis legibus, vel Justitiæ administratoribus. † Siquidem libri Pandectarum, uti & Codicis priores, de magistratibus, domi & foris, rempublicam administrantibus, agunt. Rectè itaq; juris hujus Lubecensis initium, ab ordine senatorio factum, qui ex consulibus & senatoribus constat, † eorumq; jurisdictio, munus, & auctoritas, tam in legibus exequendis, quàm ferendis, & juribus reipubl. defendendis consistit.* 1 2 3

TIT. II.

Hos ex natura correlatorum, secundo loco & titulo, tum jure obsequij, tum subjectionis, insequuntur Cives; qui sunt vel Municipales, id est, munerum participes, vel Incolæ, ab 4

incolendo sis dicti. leg. 1. & seq. π. de incolis. *ut secunda rubrica habet, ad Municipales & de Incolis.* **Von Bürgern vnnd Einwohnern.**

TIT. III.

5 † *Quemadmodum verò, personæ non sunt ejusdem conditionis, qualitatis, seu status.* tot. tit. π. de statu hominum. Tit.
6 Institut. de jure personar. † *Sic respubl. Lubecana, habet etjam Personas, quæ sunt vel sui juris, id est, quæ facere possunt, quod libet, nisi jure, aut vi, prohibeantur.* §. 1. Institut. de jure person.
7 † *Vel alieni juris, id est, qui sunt vel in potestate dominorum: vel parentum. De illis hoc 3. Tit. De his, qui sui vel alieni juris sunt.* **Von denen/ welche auß frembder Gewalt/ jhre eigen Mann werden / oder noch in frembder Gewalt sen / vnd darein gerathen.**

TIT. IV.

De his titulo quarto. Patriæ enim potestatis, causa primaria, sunt justæ nuptiæ, de quib. jam dicto tit. 4. De sponsalibus, nuptijs, & causis matrimonialibus. **Von Verlöbnussen vnd Ehesachen.**

TIT. V.

8 † *Etsi verò nuptiæ etjam sine dote subsistant. Cum tamen plæraq; Nuptiæ, dotis, & lucri causâ malè nonunquam concilientur. Nuptijs titulus de dote rectè subijcitur, qui & in π. & Cod. eodem ordine ponitur. De dote ejusq; privilegijs.* **Von Brautschatz vnd seiner Befreyung.**

TIT. VI.

TIT. VI.

† *Quemadmodum autem sponsus, sive maritus, opimam* 9
desiderat dotem; sic sponsa sive uxor, inhiat donationi ante-
nuptiali. Sexto itaq; titulo, frenum immodicis hisce donationi-
bus, jus Lubecense injecit. De donationibus inter virum &
uxorem. **Von Gaben zwischen Eheleuten.**

TIT. VII.

† *Septimo Titulo, alter modus, quo alterius potestati sub-* 10
ijciuntur, explicatur. Cum enim tutela, sit vis ac potestas,
in capite libero, ad tuendum eum, qui se per ætatem defendere
nequit, jure civili & Lubecano data & permissa. §. 1. In-
stit. de tutel. Rectè ad formam Institution. narum. & Cod.
tutelaris potestas tit. 7. præmißis subijcitur.

TIT. VIII.

† *Quonam modo Præscriptionis materia, titulo octavo* 11
comprehensa, in hunc ordinem irrepserit, nec ex edicto perpe-
tuo, nec ex narum. ordine assequi licet. Veruntamen ut
Rubrum huic loco convenit, sic nigrum eidem respondet.

TIT. IX.

† *Nonus titulus, agit de simplici donatione, ad differenti-* 12
am Donationis inter virum & uxorem, vel Nuptiarum
causa facta.

TIT. X.

† *Cum verò donare sit perdere & alienare, X. titulo* 13
subijcitur, quibus alienare liceat vel non.

Hactenus de ordine titulorum primi libri. Sequentium librorum continuatio singulis tractatibus Deo volente præmittetur.

DE CON-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730599981/phys_0129
DFG

SECTIO XIII.

DE CONSULIBUS ET DECURIONIBUS.

Von Bürgermeistern vnd Rathmannen.

SUMMARIA.

1. Consul unde dicatur.

1. Wie das Lateinische wort *Consul*, fein artig/ das Ambt dieser Person beschreibet: Also auch das wort Bürgermeister/erinnert diese Herrn/ihres Standes vnd Ambts/daß sie ihrer Bürger/vñ nicht der Pauren Meister seyn/ qui habeant imperiũ in beluas.

2. Nomen officij, quemlibet sui muneris admonere debet.

2. Die Ehrentitul/sollen billig/ alle Officirer/ihres Ambts/nicht aber der Hoheit/erinnern.

3. Regis & Consulis nomine haud dignandus, cui potior est propria quàm Reipub: cura.

3. Der jenige / welchem seine Ehre / vnd eigene wolfarth / mehr dañ des gemeinen bestens Heyl angelegen/ ist seines Tituls nicht würdig.

4. In legendo magistratu, divinam humanæ electioni præferre fas est.

4. In erwehlung der Obrigkeit / soll billig die Göttliche / der Menschlichen Wahl/ vorgezogen werden.

5. Malus grex, malus Rex.

5. Böse Vnderthane / vberkommen böse Obrigkeiten.

6. Quid in eligendis, Senatoribus & Reipub: Administratoribus, considerandum.

6. In erwehlung Rathspersonen vñ fürnehmer Officirer/sollen inner: vnd eusserliche Tugende vñ dabey die mengel/wol in acht genommen werden.

7. Ætas, in Senatores & ejus, qui vult esse à Consilijs consideranda.

7. Vorerst ist des Erwehlenden alter/ damit er nicht zu jung/vnd hitzig/oder gar zu alt/ vnd vnwitzig sey.

8. Apud Romanos utplurimùm in legendo Consule, Annus quadragesimus tertius, requirebatur.

8. Des Bürgermeisters Alter war bey den Römern / vnnd deren Wahl / das 43. Jahr.

9. Juveni-

9. Juvenilis ætas & fervor, Reipub. ut plurimum exitiosus.

10. Plinius triginta annos requirit.

11. Consiliarij boni, literarum planè rudes esse non debent.

12. Senator & Consiliarius bonus, sibi suæq; domui probè prospicere debet.

13. Qui vilioribus negocijs expediendis est inhabilis, quomodo gravioribus Reipubl: muneribus sufficeret?

14. Detestandus quarundam Rerumpubl. & Civitatum mos.

15. Consiliarius & senator plus justo sapere non debet.

16. Notæ stolidi ingenij.

17. Burgimagistri nomen unde.

18. Magistri nomen unde.

19. Seipsum nosse artis est.

20. Secunda notatio Burgimagistri.

9. Wie Junge Leute von natur / also seyn sie auch von gemüth hitzig / weil sie noch viel vngelöschetes Kalcks an der Stirn haben.

10. Plinius helt es nicht räthlich / daß ein junger Mensch / vnter dem 30. Jar / zum Regiment befordert werde.

11. Die zu hohen Emptern erfordert werden / sollen nicht gar zu vngeschickt seyn.

12. Wer seiner eignen Personn / nicht weiß zu commendiren / vnd seinem eignem hause / wol vorzusehen / demselben können / ohn grosse gefahr / keine hohe / oder niedrige Empter / anbetrawet werden.

13. Der ein geringes nit weiß wol in acht zuhaben: wie wolte derselbe in wichtigen vnd schwehrern / vnd zwar gemeinen handeln was nütz: vnd heylsamlichs verrichten.

14. Es ist ein sehr vbeler vnd gefehrlicher gebrauch / daß zu zeiten / den jenige / welche gäntze Haußbalcken verschluckt haben / auff etzliche jhrer Patronen commendation / öffentliche Empter anbefolen werden.

15. Die jenige Herren / so sich selber klug düncken / seynd gewisse Narren.

16. Kennezeichen solcher Klüglinge seyn / wañ jemand andere / vnd sonderlich seine Collegen verachtet / das semper contrarius spielet: wil erfarnern / vnd reiffern bedencken nicht weichen / sondern bestehet wie eine Maur / vff seiner meinung: Diese seyn besser ein Regimente vmbzukehren / dann zu regieren.

17. Bürgermeister nahm / woher er seinen vrsprung.

18. Nahme des Meisters / wird hohen vnd niedrigen Emptern zugeeignet.

19. Sich selbst recht erkennen / ist die höchste kunst.

20. Es wird auch der nahme Bürgermeister jhnen gegeben / daß die Bürger sie vor jhre Meister vnd Heupt sollen veneriren vnd achten / damit sie nicht in Gottes straff fallen.

Convenientes Rubricas invenies in ff. tit. de Senatoribus, & tit. seq. de officio consulis. In Cod. ubi Senatores vel clarissimi. Et ibid. in Cod. Justin. lib. 12. de

consulib. & non spargendis ab his pecun. Et in Novellis de ordine Senator. Hamburgisch Recht lib. 1. tit. 1. Von Bürgermeistern vnd Rathmannen.

1 † De CONSULIBUS. Vocis etymon, CONSULEM sui officij monet, ut Reip. dextrè probèq; consulat, consiliumq; salubre præbeat; & quid futurum sit, prævideat, ut ait Cicero in oratione quadam: à consulendo enim, ut Rex à regendo, Im-
2 perator ab imperando, Leges à legendo, nomen accepit. † Honoris itaq; causâ, maximè à subditis, consul appellatus, meminisse debet, quid sui officij, non quid suæ dignitatis sit. † Non
3 enim ij, consulis nomine dignandi sunt, qui sibi, suæq; auctoritati magis, quàm reip. consulunt. In legendis itaq; consulibus
4 non postrema reip. salus consistit. † Quocircà cautè, & ex consilio Deorum potius, quàm hominum, electio hæc instituenda est: teste enim Syracide, à Deo omnis bonus & malus magi-
5 stratus est. † siquidem improbus populus, improbo gravatur
6 magistratu. † Cùm verò per media, sive homines, electionis perficiatur actus, Duo cumprimis in persona Consulis & boni Senatoris perpendenda: Animi nimirum & Corporis virtutes & vitia, de quibus infrà prolixius.

Qualis verò Consul esse debeat, describit Cicero lib. 4. in
7 Verrem, & in oratione sua in Lucium Pisonem. † Præcæteris verò, Ætas ejus consideranda: cujus quidem in l. un. §. 2. ff. de consul. mentio injcitur. Et minorem quidem 20. annis hoc munere fungi posse, qui textus tamen non de regulari, sed de speciali electione agit, si nimirum hoc requisierit necessitas, vel causa e-

causa evidens suaserit. † Annus enim ambiendi consulatum 8
apud Romanos erat quadragesimus tertius, ut notat Gothofredus ad Cicer. Philip. 5. & ad l. un. π. de offic. consul. † & juvenilis fervor ut plurimùm reip. existat perniciosus: cùm ætas ista mollitiei sit obnoxia, & longo rerum usu, exercitationeq; minùs confirmata. Salust. in Catilin. † & Plin. ad Trajan. inquit, Cautum est, nequis capiat magistratum, neve sit in senatu minor 30. annis. 9 10

† Deinde, etsi forma nostrarum rerumpublicarum, non 11
semper recipiat, exquisitè & eximiè doctos consules, sed & acquiescat, in viris experientia, & fidei constantia probatis. Sedulò tamen cavendum, ne ejusmodi munus hoc committatur, qui præter delectus aselli arefacti, notitiam nullam sibi acquisivit. Isti enim ad consilia secretiora, æquè ac ὄνῳ πρὸς λύρην apti reperiuntur.

† Tertiò ut sibi suaq; domui probè consulere norit. Domui 12
enim suæ dextrè præesse haud minus, quàm proviniciam regere, arduum est. Tacit. in Agr. c. 7. Unde eleganter Basilius Imp. ad filium: Consiliarijs, inquit, utere ijs, qui rebus proprijs benè consuluerunt, rectèq; eas administrarunt. Non autem qui per imprudentiam malè. † Is enim, qui suis rebus malè prospexit, 13
nunquam benè consulet alienis.

† Detestandus ideoq; iste quarundam rerumpubl. mos in- 14
veteratus, qui quidem non dignitatum officia, sed munera Civitatis viliora ijs committunt, qui rebus proprijs pessimè præfuerunt, quàm fœlici verò eventu, res ipsa testis locuples, & h

lurconum patroni, memores esse deberent dicti: Vide quem commendes, & cui, ne aliena vitia tibi pudorem incutiant.

15 † Quartò, caveat ne plus justo sapiat. Scioli enim istiusmodi
16 rebuspubl. omnium sunt exitiosissimi. † Hi enim aliorum probè, dextreq; gesta ac dicta, semper arrodunt, studioq; contradicendi optima quæq; destruunt, cùm nefas putent, veritati & rectius sentienti cedere, nihilq; nisi à se profectum, ratihabendū censeant Undè Thucyd. lib. 3. ait, Hebetiora ingenia, vtplurimùm reipubl. melius prospicere, quàm acutiora: siquidem ista, NOVANDIS, quàm GERENDIS, sunt aptiora. Curt. lib. 4. Et faciliori negotio, asperrimas emollieris rupes, quàm talem ab opinione sua, utut perversa dimoveas. Cæteras virtutes, quibus Collegij senatorij socijs prælucere debet, ordine infrà enarrabimus.

17 † Vocantur autem proprijssimè lingua nostra vernacùla **Bürgermeistere**; non Burgimagistri, sed Civium Magistri, **der Bürger jhre Meistere**, cùm in cives magisterium exerceant, & vocabulum magister, hodiè nobis Germanis, non minus, quàm olim Romanis, ex ipsius rei proprietate, usu sit receptissimum. Habuerunt enim illi, vt & nos hodiè, Magistros populi, aliàs dictatores nuncupatos; magistros equitum, militum, census, epistolarum, libellorum, officiorum, curiæ, scrinio-
18 rum, memoriæ, navis, stabuli, & similes. † Nam dictio magister, à verbo Magistro, magistras, magistrare, auctore Festo, descendit, & significat primò MODERARI, deinde GVBERNARE. ut hoc nostro casu Magister Civium, rectè sciat mode-
19 rari † se, & Rempubl. hoc est, utrumq; probè nosse, maximè seipsum

seipsum: nec non in arte gubernandi sit aridus, seu mutus magistratus, sed magis ter sit edoctus. Ex duabus namq; vocibus compositum est MAGIS, TER. *Magistri enim, ut inquit Festus, magis cæteris omnibus ferre ac facere debent; ter enim, sive ternarius, numerum perfectum designat.*

† *Secundò,* **wird er der Bürger Meister genant** / *ut cives non secus ac summum magistrum eundem suspiciant, ac venerentur: & unicè caveant, ne eum verbis factisve lædendo, pupillam Jehovæ offendant, ac publicè pœnas luant. Magistratui n. qui resistit, Dei ordinationi se opponit. Hoc verò nomine, ut taceam Græcorum, Romanorum atq; Germanorum innumera exempla, tibi saltem, ô Lubeca, propria tua facta, quamvis illicita, hîc occino, ut recorderis, quàm sit grave, suo se opponere magistratui legitimo, eumq; loco suo deturbare.* **Jürgen Wullenweffer van Rodenburg** / *civilis discordiæ Lubecensium auctor,* **ys Anno 37. vör Wulffenbüttel geköppet / vnde darna gefehrendelet / vp ein Radt gelegt. Marcus Meyer / ys gefenglich vör Kopenhagen in der Holsteinlager gebracht / thom dode vörördelt / vnde geferndelet / vp ein Radt gelegt / darna ock syn Broder Gert Meyer.** *Plura heteroclita capita recensere chartæ angustia prohibet.*

SECTIO XIV.

ARTICULUS I.

Es soll niemand zu Lübeck in den Rath ge- Nemo Lubecæ, in Senatum legendus, qui opificium exercet,

kohren werden/ welcher Ampt oder Lehen von dem Rathe hat.

ercet, aut beneficio Senatus fruitur.

SUMMARIA.

1. Status reip. Lubecēsis est Aristocraticus, qui & civitatib. maritimis aptiss.

2. Mutationem status, utplurimùm fortunæ mutatio, sequitur.

3. Qui præcipuè de rebus Lubecensium gestis fuerint commentati.

4. Seditiosi, in rebuspublicis summa imis permiscent.

5. Furore plebis exspirato, privilegijs perditis, Aristocratia restituta.

6. Hermanni Bonni, Lubecensis Historiographi, epiphonemata aurea.

7. Unde Aristocratia, Democratiæ, præstet.

8. Seditiosi, non publicam, sed privatā salutem: non pacem sed rapinam publicam quærunt, ut inde ditescant.

9. Plebs secreta conticere nequit, unde & regimini inepta.

10. In collegijs, etjam honestiorib. sæpè reperiuntur, quibus nihil gravius, quàm secreta continere.

11. Plebis judiciū, inconstans & lubricū; non ratione, sed impetu res gerēs.

12. Inter ingenia Palladis, & Vulcani sacris imbuta, tantum interest, quantum inter utriusq; parentem.

1. Zu Lübeck ist das Regiment bey den Vornembsten / welche Regierung auch den Seestäten am füglichsten ist.

2. Auff enderung des Regiments/ folgt gemeinlich auch enderung des Glücks.

3. Welche vornemlich der Lübischen Geschichte/ beschrieben haben.

4. Die Auffwiegler/ kehren im Regimente das vnderste oben.

5. Wann des Pöffels hiesser Sinn gebrochen / vnd die Privilegien dadurch verschertzet/ hat man den Vornembsten/ die Regierung wid reingeeumet.

6. Des Lübischen Historienschreibers *Hermanni Bonnen* güldene Sprüche.

7. Warumb der Vornembsten Regiment besser sey/ als des gemeinen Pöffels.

8. Die Auffwiegler/ suchen nicht gemeine Stadt / sondern jhre eigne wolfahrt: Trachten nicht nach gemeinem Freed / sondern nach gemeinem Raub/ sich zubereichen.

9. Der gemeine Mañ / kan geheime sachen nicht verschweigen / dahero er zum Regiment vntüglich ist.

10. Es werden auch in vornehmen Zunfften gefunden / die keine geheimnuß verschweigen können.

11. Herr *Omnú*/ ist vnbestendig/ vnd wanckelmütig/ fahret nicht nach der vernunfft/ sondern mit gewalt.

12. Wer bey subtilen oder groben Lehrmeistern erzogen wird / deren jeder erlernet seines Lehrers art vnd weise.

13. Inde-

13. Indecorum est, ingenia liberaliora & honestiora, submitti illiberalibus & vilibus.

14. Artifices dicuntur, quod artibus scientiam suam exerceant.

15. Opificum facultates, non sufficiunt, ad sustinendos sumptus, in magistratus dignitatem, & existimationem impendendos.

16. Respublicæ illustriores, vetustiores, & ampliores, clavo gubernationis familias nobiliores, vetustiores, & præstantiores præficiunt.

17. Vulgi regimen, fastuosum, lentum, atq; cruentum esse, ipsa testatur experientia.

18. Exempla justissimi Dei judicij, in pacis violatores exercita.

19. Honores præposterè ambientibus ijdem nullatenus sunt conferendi.

20. Nec Græci, nec Romani, opificibus aditum ad dignitates concesserunt.

21. Opificibus, justitiæ directorium, minimè committendum.

22. In Senatore bono, reip. salus, ejusdemq; interitus, in magistratu improbo, consistit.

23. Pietas omnium virtutum est fundamentum.

24. Nulla est justitia, nulla scientia, quæ pietatis fundamento destituitur.

25. Tamdiu judex rectè dicitur, quamdiu justus invenitur.

26. Injustitia, omnium vitiorum, scelerum ac fraudum sentina, & causa est. Econtra Justitia, fundamentum perpe-

13. Ein vnstand ists/ daß grobe vnerzogene Leute/ sollen vber feine vnd wolerzogene Gemüter herschen.

14. Handwercker/ haben daher jhren nahmen/ daß sie mit jhrer Hand wercken/ vnd von solcher arbeit sich nehren.

15. Die Handwercker/ vermügen den kosten nicht zuertragen/ welchen der Obrigkeit stand erfordert.

16. In den eltisten / berhümtisten / vnd mechtigsten Stätten / werden die Adeligsten/ eltisten vnd vortreffligsten Geschlechter/ zum Regiment erwehlet.

17. Die erfahrung gibts/ daß des Pöffels Regiment auffrürisch/ langsam/ vnd blutrustig sey.

18. Exempel Göttlichen Gerichts/ wie Er die Zerstörer/ gemeinen Friedes/ gestraffet habe.

19. Welche vnzeitig/ nach Emptern dringen/ soll man darzu nicht verstatten.

20. Die Griechen/ vñ Römer/ haben keine Handwercker/ zum Regiment verstattet.

21. Handwercker/ soll man nicht zu Gerichtsverwaltern setzen.

22. Am guten Regenten/ stehet des gemeinen besten gedeyen/ vnd an einem bösen Regenten/ desselben verderb.

23. Die Gottesfurcht/ ist das Fundament vnd Brunquell/ aller Tugende.

24. Ausserhalb der Furcht Gottes/ ist keine Gerechtigkeit/ keine kunst rhümlich.

25. So lang ein Richter/ recht handelt/ ist er seines Namens recht würdig.

26. Die Vngerechtigkeit / ist aller Laster schelmstück / vnd betrugs / höle vnd vrsprung. Da hergegen die Gerechtigkeit/

tuæ fa-

tuæ famæ, commendationis, & decentis actionis.

27. Injusti judicis vivi colores.

28. Non in aulis saltem magnatium, sed & in collegijs Ecclesiasticorum, politicorum, & senatorum, adulatores sunt frequentissimi.

29. Tres mendaciorum famuli: adulator, calumniator, & Thraso.

30. Adulator & mendax una vice tribus sunt exitio: innocenti, judici, ac sibimetipsi.

31. Auscultantis adulatorem, diabolus occupavit aures, cui etiam, si adulationi fidem tribuit, diabolus in cordis abdita demittit.

32. Abusu eloquentiæ, nihil reipubl exitiosius.

33. In præstantioribus ingenijs, unà cum virtutibus, non rarò enormia vitia nascuntur & succrescunt.

34. Multa præclara ingenia, rebusp. magis obfuerunt, quàm profuerunt.

35. Modestia, in quibus consistat.

36. Modestia unde eluceat.

37. Castus quisnam censendus.

38. Castus animus, proprium virtutum receptaculum.

39. Nõ libidinis flagitium tantùm, sed & occasio peccandi, sedulò fugienda.

40. Velitatio continentiæ, cum lasciviâ, omnium est acerrima.

41. Formæ, atq; pudicitiæ, rara est concordia.

42. Antidotum Cypriani adversus lasciviæ stimulos.

ein grundfest ist / ewigen rhums / lobes / vnd aller zierlichen Geschefft.

27. Eines vngerechten Richters lebendige Farben.

28. Es lassen sich die Schmeichlere / nicht allein bey Herrn vnd Fürsten / sondern auch bey Geist: vnd Weltlichen *Collegijs* heuffig finden.

29. Die Lügen hat drey Diener: Den schmeichler / verleumbder / vnd schmarcher.

30. Lügner vnd Schmeichler beleidigen offt einmahl dreyerley Personen: Den Vnschüldigen / den Richter / vnd sich selbst.

31. Wer dem Verleumbder leicht die ohren gönnet / dem sitzet der Teuffel in den Ohren / vnd kriechet ihm follend ins hertz / wo er dem Verleumbder gleubet.

32. Nichts ist dem gemeinen nutz schädlicher / als mißbrauch der Beredsamkeit.

33. In vortrefflichen Gemüthern / pflegen gemeinlich neben den tugenden / auch grosse laster sich zu finden vnd fortwachsen.

34. Viel trefflicher Köpffe haben den Regimenten offt mehr geschadet / als genützt.

35. Worein Zucht / bestehe.

36. Worauß die Zucht / herfür leuchte.

37. Wer für keusch zu achten.

38. Ein keusch Gerüchte / ist der Tugend eigentliche Herberg.

39. Das laster der Vnzucht / ist nicht allein / sondern auch gelegenheit vnd anlaß zur Sünde / zu fliehen.

40. Der Streit zwischen der Zucht vnd Geilheit / ist ein harter kampff.

41. Schön vnd Züchtigkeit finden sich selden beysammen.

42. *Cypriani* bewehrtes recept wider die geiligkeit.

43. Tam

42. Tam juvenes quàm senes lasciviæ vitio laborant.

43. Senium, lasciviæ organa debilitat, licet ipsum velle augeat, quod obscœni quorundam senum sermones probant.

44. Mœchorum patroni, se eorunden flagitiorum particeps constituunt.

45. Tria evertunt Imperia, regna & quasvis respublicas: Idola, tyrannis; fædaq; libido.

46. Non tam ab ipso libidinis crimine, quàm ejusdem quoq; suspicione, sedulò cavendum.

47. De Augusti Cæsaris, aliorumq; heroum sobrietate.

48. Vinolentus furit inter sanos, & bacchatur inter sobrios.

49. Difficile est, ubi omnia mentis organa vino madent, ut ibi cor sit sobrium, actusvé sanæ mentis exerceat.

50. Ebrietas, ad vivum ab Augustino depicta.

51. Ebrietas in Recessibus Imperij interdicta.

52. Alexander, devicto Dario, delicijs ejus imputavit quod succubuerit.

53. Achilles, gravius nihil, animo heroico objici posse censuit, tremulentiæ & ebrietatis vitio.

54. Nullum Imperium diuturnum esse potest, quod ebriosorũ regimini paret

55. Homines delicati, commessationib. continuis, etjam boves, aratro destinatos ableguriunt: Et non rarò ad extimum paupertatis gradum perveniunt.

42. Es seyn so wol Junge/als Alte Leute mit der Geilsucht behafftet.

43. Das Alter/machet alte Leut zur Vnzucht vndüchtig/ obs gleich das wollen vermehret/ wie auß etlicher alten garstrigen reden zuvernehmen.

44. Welche offenbare Ehebrecher vertretẽ/ die machẽ sich derẽ Schande theilhafftig.

45. Drey dinge verwüsten Regiment/ Herrschafften/vnd Stätte: Abgötterey/ Tyranney/ vnd Vnzucht.

46. Man soll sich nicht allein/für der vnzucht selbst/ sondern auch für deren argwohn/hüten vnd vorsehen.

47. Von des Käysers *Augusti*/vnd anderer vortrefflicher Leute/ messigkeit.

48. Ein Trunckenboltz/wütet vnter witzigẽ/ vnd ist vngebertig vnter nüchtern Leuten.

49. Wor aller witz mit Wein vberschwimmet ist/da kan das Hertz schwerlich nüchtern seyn/noch vernunfftige wercke beschaffen.

50. Die trunckenheit vom *Augustino* mit lebendigen Farben beschrieben.

51. Trunckenheit/ist in des H. Reichs Abscheiden verbotten.

52. Alexander/ hat des *Darij* Reichs verlust/ dessẽ vnordentlichẽ Lebẽ zugeschriebẽ.

53. Achilles/hat es dafür gehalten/daß hohen Personen/nicht schendlichers/als für einẽ Weinseuffer/konte außgeruffẽ werdẽ.

54. Kein Regiment/kan lang bestehen/welches von Trunckenboltzen verwaltet wird.

55. Viel Weingorgele/schonen bey jhrem verprassen/ auch der nothwendigsten stücke nicht/vnd bringen sich offt muthwillig an den Bettelstab.

§6. Leges sumptuariæ, modò non ferendæ, sed saltem exequendæ sunt.

§7. Gradus dignitatum, expetenti, denegandus, eundem declinanti, injungendus est.

§8. Ambire Senatoriam dignitatem, est puerilis atq; immaturi judicij signum.

§9. Avaro principe ac judice, subditis & reipubl. nihil est exitiosius, nihilq; tetrius.

60. Judicis insatiabili cupiditate habendi, justitia prostituitur.

61. Judex avarus, est instar inferni, omnia devorantis.

62. Judex avarus, est pestis reipubl. quæ suo veneno, virtutes, imperiaq; evertit.

63. Dona, sapientum oculos excœcant, & judicia etiam sana corrumpunt.

64. Avarorum Dæmon, Apleſtus, quo eosdem impellat.

65. Avarus ad munera publica neutiquam admittendus est.

66. Ad quid, lex Julia repetundarum, promulgata fuerit.

67. Ad quæ hæc lex fuerit extensa.

68. Suspecti criminis repetundarum quid jurare coacti fuerint.

69. Quando crimen peculatus committitur.

70. An civitates, adversus peculatus criminis reos, legis Juliæ actionem intendere possint.

§6. Die Gesetze/ wider alle vbermessige vnordnung/ darff man itzt nicht allererst machen/ sondern nur exquiren/ vnd zu werck richten.

§7. Ehren Empter/ sint denselben/ so darnach lauffen/ gar nicht zuvberlassen: sondern denen/ so sich darzu vndüchtig scheinen/ zugeben.

§8. Nach dem Rathstande trachten/ ist ein gewiß zeichen/ eines Kindischen vnd vnerfahrnen Gemüths.

§9. Den Vnderthanen/ vnd gemeinem beste/ ist nichts schedlicher/ noch gefehrlicher/ als ein geitziger Fürste vnd Richter.

60. Ein geitziger Richter/ gibt das Recht vmb Gelt feil.

61. Ein geitziger/ ist gleich der Hellen/ welche alles wegfrisset/ vnd verzehret.

62. Ein geitziger Richter/ ist gleich der Pest/ die alles vergifftet/ vnd die Regimente vmbkehret.

63. Geschencke/ verblenden der Weisen augen/ vnd verkehren auch rechten Witz.

64. Der Geitzhelse Abgott/ *Apleſtus*/ wozu er dieselben treibe.

65. Geitzige/ soll man keines weges/ zu gemeinen Emptern verstaten.

66. Wozu vom *Julio Cæsare*, das Gesetz genommener gelde/ wider abforderung erfunden sey.

67. Wie weit sich dieses Gesetze erstrecket habe.

68. Worauff sie jhre gewissen eidlich *purgiren* müssen/ so wegen dieses Gesetzes/ in verdacht geraten waren.

69. Wann an gemeinen Gelden/ ein Diebstal begangen werde.

70. Ob auch die Stätte/ die Diebe jhrer gemeinen Gelder/ auff das Gesetz *Julij* können belangen.

71. Sen-

71. Sententia negantium.

72. Fundamenta affirmativa.

73. Senatori, leges patrias nosse, & solido judicio casuum varietates distinguere posse, convenit.

74. Literarum ac scientiarum rudes judices minimè constituendi.

75. Num Scabini analphabetici, judiciorum nostrorum inferiorum de jure possint esse judices.

76. Magistratus exemplo & autoritate subditi, magis in officio retinentur, quàm per supplicia & vincula.

77. Qua ratione auctoritas concilietur & conservetur.

78. Nullum ferè hoc seculo reperitur collegium, quod non abundet linguis secretiora consilia revelantibus.

79. Secreta senatus consilia uxoribus non sunt pandenda.

80. Stolidi, quò loquaciores, eò se facundiores putant.

81. Silentium prudentiæ signum.

82. Silentium optimum reipublicæ fulcrum.

83. Rimarum plenus, Reip. hostis ac proditor est.

84. Locutum esse, non tacuisse, pœnitere solet.

85. Hispanorum quidam pluris silentium quàm vitam fecerunt.

86. Pompejus digitum potius comburendum exhibere, quàm secreta pandere voluit.

71. Meinung derer so solches nicht zulassen wollen.

72. Fundament/deren/so es nachgeben.

73. Einem Rathsherrn gebührt das Statrecht zu wissen/vnd mit gutem verstande/die vorlauffende felle zu vnterscheiden.

74. Die nicht können lesen/oder etwas gelehrt haben/soll man nicht zu Richtern einsetzen.

75. Ob die Blockbeisser/in vnsern Niderdergerichten/können Richterstandt halten.

76. Die Vnderthanen/folgen mehr jhrer Obrigkeit gute Exempel/als daß sie sich für straff vnd Gefengnuß fürchten.

77. Auff was art eine Obrigkeit/jhr ein ansehen mache vnd erhalte.

78. Es werden jtzt weinig versamblungen gefunden/darein nicht etliche sein/so derē geheime Rathschlege/geferlich offenbaren.

79. Geheime Rathschlege/soll man Weibern nicht offenbaren.

80. Vnuorstendige Leute/je mehr sie plaudern/je beredeter sie sich schetzen.

81. Schweigē/ist ein zeichē der vorsichtigkeit.

82. Schweigen/ist des gemeinen besten sichere stütze.

83. Die Schwetzere/seyn des gemeinen besten Feinde/vnd Verräthere.

84. Wegen redens/nicht wegen schweigens/haben viel sich gegramet vnd geschamet.

85. Etliche Spanier/haben lieber sterben/als geheimnuß offenbaren wollen.

86. Der Pompejus/hat lieber den Finger im lassen abbrennen/als geheimnussen offenbaren wollen.

87. De virtutibus consiliarij, corporis, sive externis.

88. Ne consiliarius nimium sit juvenis, nimiumvé senex.

89. Juvenum, licet præclara exstent facta & gesta, eorum tamen electio periculo non vacat.

90. Juvenis & adulti competitorum virtutes, ni prorsus fuerint inæquales, hunc, illi, præferendum censeo.

91. Juvenes, utut literis probè sint imbuti, substantiali tamen consiliarij requisito, *EXPERIENTIA*, destituuntur.

92. Experiētia n., sciētia præstātior, cū sine illius adminiculo, resp. haud probè administretur.

93. Ad doctrinam Aristotelis, scientia juvenis sine experientia, est nulla & insipida.

94. Fervida juvenū ingenia, pullis gallinaceis frequēti cātu, haud sūt disparia. Galli enim seniores cātu agricolā de tēpore informāt, quē juniores cātu suo turbāt

95. Juvenum mores, quomodo ab Ethnicorum sapientissimo describantur.

96. De senum ætate eorumq; excusatione.

97. Senectus, per se est morborū, & infirmitatum copiosa tempestas, varijsq; adversitatibus obnoxia.

98. Senem, à quinquagesimo anno, lex haud cogit esse militem, & à sexagesimo senatorem.

99. Eligentium sinceritati committendum, quo

87. Was ein newer Rath / für eusserliche tugende haben soll.

88. Die jenuige / so zum Regiment zubefordern / sollen nicht zu Jung / noch gar zu Alt seyn.

89. Ob wol Junge Leute / zuzeiten rühmliche thaten verrichtet haben / so ist doch die Wahl derselben / nicht ohn gefahr.

90. In erwehlūg eines Raths / ist der Elter dem Jüngern fürzuziehen / wofern der Jünger nicht sonderbahre rhümbliche Gaben / für dem Eltern hat.

91. Junge Leute / wie gelart sie auch seyn / wo nicht die erfarenheit vnd gebrauch / sie in Regimentssachen bestetiget / vermangelt jhnen noch die vornembste Theil eines Raths.

92. Erfahrenheit / ist der beleſenheit weit in Regimentsachen fürzuziehen.

93. Nach Aristotelis Lehr / ist kein Junger Mensch / nicht für klug vnd weiß zuachtē / d nicht auch die erfahrenheit bey sich hat.

94. Junge hitzige Köpffe / vergleichen sich den jungen Hanen / die mit vielem krehen / alte vbertreffen / Aber wie die alten Hanen / dem Hauswirte die rechte zeit verkündigen / so verwirret der jungen Hanen vnablessiges geschrey / den Hausvater.

95. Wie der klügeste der Heyden / junger Leute sitten beschrieben.

96. Wie hohes alter / einen des Regimentes last entheben.

97. Das Alter an sich ist eine Wolckenbrust aller Kranckheiten vnd beschwerungen.

98. Die alten / vermüge der Gesetze / haben nach fünfftzig Jahren sich nicht in Krieges : oder nach 60. Jahren Regimentsbeschwerungen begeben darfen.

99. Von was Jahren / die alten mit Regi-

dum, quo ætatis anno, senex, excusationem mereatur.

100. Qui mores in senatore aut consiliario desiderantur.

101. Ortus ratio in legendo senatore omninò habenda, ut indigena præferatur extraneo.

102. Et census indagatio necessaria.

103. Muscæ tantalo esurientiores pinguedini sive ærario publico haud præficiendæ.

104. Nec ideò indifferenter boni ob defectum æris, à publicis officijs arcendi.

ments beschwehrung zuvbersehen seyn/ wird billig den Obern heimgestellet.

100. Was bey des *eligendi* Wahl/ vnd desse sitten zuerwegen/ vñ in acht zunemen seyn.

101. In erwehlung Rathsverwanten/ sol man allezeit eingeborne/ Frembden vorziehen.

102. Bey erwehlung Rathsverwanten soll auch das vermügen/ in acht genommen werden.

103. Hungerige Mücken/ soll man zu außnagung des gemeinen bluts nicht verstaten.

104. Redliche/ vnd Auffrichtige Leute/ soll man vmb blosser vnvermügenheit halber/ von Emptern nicht verstossen.

STatus enim Reipub. Lubecensis † est Aristocraticus, qui ut omniū est optimus, & populari longè præstantior: sic huic Reipub. & reliquis maritimis civitatib. convenientior. Ab eo enim tempore, quo hæ civitates, forma Aristocratica usi fuerunt, maximè floruerunt; † eoq; in democraticum seu popularem transformato, statim & fortuna earundem mutata fuit. De quo vos remitto ad exempla & vestigia prædecessorum vestrorum, quæ statim se vobis exhibebūt, ubi evolveritis † Dn. Crantij Vandaliam, Chytræi chronica: historiographum vestrum Hermannum Bonnum sub Rubr. **Von heimlicher verbündnuß etlicher Bürger gegen den Rath zu Lübeck/** *manuscriptum exemplar Trajigeri de historia Hamburgensi, scriptaq; illa perpendentes, intelligetis è re vestra, quid futurum sit: † simulq; perspicietis, quoties imperitæ plebis, improbi duces*

1 2 3

pro arbitrio suo, statum Aristocraticum, in Democraticum commutarunt, centum viros & sexaginta viros crearunt, toties ima summis, & summa imis permixta fuisse; idq; non sine
5 *extremo Rerumpubl. ac civium exitio. † Furore enim primo & impetu paulisper defervescente, mox ad saniorem reversi sunmentem, errorem agnoverunt, & sæpius privilegijs amissis, ingenti pudore ac tremore, plebeculæ indoctæ: prior status Aristocraticus, quasi jure postliminij revocatus, & ambabus, uti est in proverbio, ulnis amplexus, reveritus, & Lubecæ hactenus quie-*
6 *te observatus est: † qua de re verba Hermanni Bonni, hîc libuit inserere de Anno* M. D. XXVIII. **disse mannigfoldige erwehlung/der Hunderten vnde Söstig Börger/wowol vth guder mening/ ock vth medebewilligung des Erbarn Rades** / *(qui prudenter furori plebeculæ ad tempus cessit)* **geschehen/ hefft doch endtlick/neen bestandt hebben können.** *Et paulò post:* **Vnd ys also dem Rade/ alle herrlicheit vnde gewalt wedderümme vpgedragen.**

7 *† Causas si pernosse satagis, è sexcentis pauculas hasce modò saltem suggero. I. † Plebs sive vulgus, vel rectius ejusdem*
8 *seductores, non Reipubl. sed privatam salutem; non pacem publicam, sed hâc turbatâ, rapinam publicam quærit, lucrumq; privatum cordi habet, uti Thucid. lib. 8. de triginta Atheniensium tyrannis, & historia Romana de decemviris, dyna-*
9 *stias titulo abusos fuisse testatur. II. † Cùm etiam Respubl. haud leviter fidei & taciturnitati Senatus innitatur; & plurimis, maximè vulgi auribus commissum, cùm diu la-*

tere ne-

tere nequeat, sed facili negocio, per garrulorum fauces, ad hostium, nobisq; adversantium, notitiam perveniat; hinc Romæ mos iste, admittendi pueros in Senatum abrogatus est. Cato in oratione ad Milonem. Gell. lib. 1. cap. 23. Macrob. 1. Saturnal. 6. *si enim, non ex annorum saltem numero, sed ex puerili affectu & ingenio æstimandi, & bis pueri censendi, ut jure à publicis consilijs removeantur. At quid queror vulgi mores & perfidiam, in pandendis reip. secretis: † cùm & in alijs, ijsq; honestioribus* 10 *collegijs, passim reperiantur rimarum usq; adeò pleni, ut ingenti cœtus sui dedecore, hac atq; illac perfluant, nihilq; illis secretorum conticentia sit gravius. III. † In tanta enim multitudine* 11 *prudentes à stolidis, periti ab inexpertis, cordati ab effœminatis, sobrij à temulentis, & contra legem ambitus emendicatis & corruptis votis, vincuntur ac superantur: cùm inopia & inscitia, utplurimùm malitiæ juncta, plebem impellat ad oppositi onem quavis Ecclipsi atriorem.* Xenoph. de republ. Athenienſi. *Et quod uno die voluit, altero vicissim nolit.* Thucid. lib. 3.

IV. † Mechanici inhabiles planè & inepti, imò scientiæ 12 *gerendarum rerumpublicarum sunt ignorantissimi. Nemo enim, ex sententia Demosthenis, in orat de repub. ordin. virtutem sectari potest, qui in vilibus negotijs & opificijs, vitam traducit.*

V. † Publicæ utilitati interest, ne in republ. illustri & benè 13 *constituta, honestiores dignioresq; à vilibus, abjectis & imperitis regantur.* Wesemb. consil. 40. num. 13. *videatur hîc omninò Richardus Donathus de rebus & factis memorabilibus l. 6 tit.* 15. *de*

15. *de ijs qui ex infimo loco ad sublimes dignitates sunt evecti.*

14 *VI.* † *Cum mechanicorum officio, arte & ministerio pugnat, se administrationi reipub. ingerere. Hinc enim artifices, auctore Festo, vocantur, quod per artuum seu manuum exercitium scientiam suam exerceant, & ad sola artificia se coarctent, non verò ut Imperij gubernationem affectent.*

15 *VII.* † *Licet opificium seu ars mechanica, ex veteri ac vulgato proverbio, aureum habeat fundum, sive messem lætissimam, in singulos mẽses & dies tantum lucri proferentem, quantum ad sustinendam opificis familiam sufficiat: nequaquam tamen idipsum, eò pertingit, ut sumptus in magistratus dignitatem ac reipubl. reputationem impendendos assequatur; imò brevissimo temporis spatio, tenuissimos opificum thesauros exhaurit, eosq; ad inopiæ limites relegat. Ut hinc rectè inferatur, cum paupertas ad malum sit proclivis: Nec non & magistratus inopes habeantur contemptui, nec facultates eorum ad sustinenda reip. onera sufficiant, eos turpius iri ejectos, atq; recepti fuere, tutiusq; epulẽtiores muneribus publicis præfici. qua de re videatur* Aristot. lib. 3. polit. cap. 3. Petr. Gregorius lib. 4. de rep. cap. 5. pag. (mihi) 53. & seq. Picolom. Gr. 10. cap. 20. Cagnol. de princip. Instit. num. 67. & 73.

16 *VIII.* † *Quò Respubl. est amplior, vetustior atq; illustrior, eò Administratores illius legendi sunt, ex familijs nobilioribus, vetustioribus, ac præstantioribus, & avita laude ac virtute clarioribus. Teste enim Seneca, & matre veritatis experientia, nobilis ac generosus sanguis, in Reip. adversitatibus semet generosiorem, intrepidiorem atq; fortiorem præstat. Fortes itidem,*

auctore

auctore Horatio, creantur fortibus, in ijsq; elucet parentium virtus. Tiraquel. de nobilit. cap. 20. num. 1. & seqq. *contemplari etjam nos hortatur Bembus illustrem Venetorum rempubl. Quin & Noribergensium, aliarumq; Civitatum primariarum ordinem, ac modum in magistratibus elegendis, si fueris contemplatus, haud infitiaberis, fulcrum minimè postremum earundem esse, quod à patricijs seu patribus conscriptis, tot seculis fuerunt administratæ, & etiamnum administrantur.*

† *IX. Experientia omnium rerum magistra certissima, de* 17
vulgi regimine factioso, lento atq; cruento, nec non & conventiculis illicitis, frequentissimarum seditionum, conspirationumq; factionibus nos edocet; omnesq; prudentes, pios ac pacis amantes cives, hortatur, ne legitimo Reipubl. Rectori, frenum justitiæ ac directionis, è manu excutiant, indomitam plebem, in forum producant, auctores ve sint ut fex populi conglobetur, daß Herr Omnis müge zusammen rücken / *non enim minus tuti in his, quàm inter truculentos leones, pardos, & lupos versabuntur. Nam ubi hæc belua, capite manca, fremere ac furere cœperit, de summa Reipubl actum atq; conclamatum est. De hoc, vos Civitates maritimas ipsas, ne ad Græcas & Romanas recurram, testes appello. Annon ferè semper, cum solis ortu, nova quoq; consilia, quantumvis vana, Reipubl. exitiosa, & ipsis auctoribus capitalia, fuere exorta? Memoriam horum prolixiorem excusabit summa priorum atq; horum seculorum necessitas, & exempla mirè tragica. Vos autem Davi & Comediæ turbatores, qui haud secus atq; gregis vervex, ducitis imperitam & levem*

18 *plebeculam,† arrigite aures,atq; attendite,quidnam præmij divinitus vobis sit constitutum : Id enim occinit historia Hermanni Bonni sub tit.* von heimlicher vörbündniß: Disser vörbündnuß/vnde Vprörers höuede / weren vörnemblich veer Amptlüde/welcke sint darna vp Rade gelegt/ vnde de andern geköppet worden. Jürgen Wullenwefer van Rodenborch/ vth dem Stiffte Brehmen/geföret in dat Landt tho Brunsewyck/vnde thor Stenborch gefenglick gesettet/vnde ys darna Anno M. D. XXXVII. vör Wulffenbüttel geköppet / vnde darna geverendelet/vnde vp ein Radt gelegt/Mandages vor Michaelis / *pœna pacis turbatori, & seditionis antesignano convenientißima. Caput siquidem ejus maleferiatum, gladio carnificis, pro elleboro fuit repurgandum. Deinde cum Reip. corpus, infelici omine in diversas partes distraxerit, jure ejusdem cadaver, in partes fuit dissectum, omniumq; aspectui expositum. Porro, fortunæ Rota cum abusus fuerit, rectè carnificis Rota, scelestißima ipsius membra contudit, ac sepulchri loco recepit :* Vnd gleube nur sicher/wer du auch seyst/ der du dich wider die Obrigkeit vngebührender massen aufflehnest / das du der Handt vnd Straff des HErrn/nicht werdest entrinnen. *Sed hæc modò sufficiant : nobisq; speculum Rostochij, portæ lapideæ infixum, ingentis perpessæ cladis sit indicio, privilegiorum amissiones, murorum, portarum, aggerum, ædificiorum vastationes, ad vivum etiamnum representans, modò præ nimia oscitantia debita ejusdem contemplatio, cuivis contingeret. Ast quid exteros eò remitto, cum ipsimet, quibus quotidiè in conspectu est, idi-*

psũ vix aſpiciãt, vel ſane intuẽtes, minus id cordi habeãt, acceptæq; cladis parũ memores exiſtãt. Vide & Richardum Donatũ de reb. & factis memorabilib. lib. 2. tit. 6. de rebellionib. Et lib. 4. Tit. 1. 2. 3. & 4. de ijs qui contra patriam & magiſtratum arma ſumpſere.

X. † Honores, ſive magiſtratus munia publica ambientibus, neutiquam ſunt conferenda. Ex ſacris enim conſtat, hoſce, imaginaria ſua ſapiẽtia, ultra modum ſapere, cum ne id quidem, quod in mechanicis eis commiſſum eſt, ritè expediant; nedum ut id, quod cordatiſſimos, non rarò ad extremas deducit anguſtias probè præſtent. Et ijdem, ad ſententiam Comici, faciunt næ intelligendo ut nihil intelligant. Qua de cauſa lege Petilia, Calphurnia, Tullia, Pomponia, Julia de ambitu ſere viſſimè interdictum fuit, ne magiſtratum quis ambiret. Tot. tit. D. & C. de ambitu. ibiq; Dd. Sigon. lib. 2. de Judic. cap. 29. Mechanicus enim, ad clavum reipubl. aſpirans, idem tentat cum ſtupidiſſimo naucleri famulo, qui neglecto ſordido ſuo ſervitio, clavum navis arripuit; & tempeſtate exorta ſemet cum navis ſocijs, ac mercibus peſſundat. 19

XI. † Nec Græcam gentem ſapientiſſimam, nec Romanam potentiſſimam, opifices ullo magiſtratus honore dignatam fuiſſe, brevitatis & invidiæ effugiendæ ſtudio, hac de re verba Arniſæi ex ejus politica cap. 13. verſ. reliqui opifices fol. 321. huc tranſcribemus. Reliqui opifices viliores ſunt, & inter plebejos infimi, quos Janott. de republ. Veneta peculiariter populares vocat. E (inquit) ſon quelli, iquali eſſercitano arti viliſſime, per ſoſtentar la vita loro, & nella Città non hanno grado alcuno. Jam olim 20

manuarij opifices, excludebantur à reipubl. honoribus, priusquã Rerum summa ad plebem devolveretur. 3. polit. 3. Nec Lycurgus, in sua Republ. opificibus locum dedit. Plutarch. in Lycurg. Nec Romulus Halycarnass. lib. 2. Nemini enim Romanorum, ait, licet Cauponariam, aut ulla opificia tractare. Ipseq; Cicero pro Flacco, opifices, tabernarios, vocat fecem civitatum. Et Herodot. in Euterp. sua ætate, scribit, opifices fuisse contemptissimos. Aristot. licet 7. polit. cap. 8. eos putet necessarios, cap. 9. tamen in optima republ. eos non vult misceri civibus, quia, ut 3. polit. cap. 5 ait non potest virtutem sectari, qui in vilibus opificijs vitam traducit: quam rationem huic rei quoq; assignat Demosth. in orat. de republ. ordinand. In optima verò Republ. quilibet civis debet perfectissima virtute præditus esse. 7 polit. cap. 8. Idemq; docet Ecclesiastes cap. 38. Qui propterea à sella judicis opifices excludit. Hæc Arnisæus.

21 † Quod si in præclaro Reip. statu justitiam prostituere cupis, ejus directorio præfice mechanicarum artium magistros, vel è vulgi plebe depromptos. Hos siquidem angustia rei familiaris, teste Syracide cap 12. vel ad prævaricandum, vel in legem Juliam repetundarum peccandum, bonaq; publica expilanda, vel peculatum committendum si non impellat, tamen instiget. Tantum enim abest, ut sine lucro in honesto Reip. vacare possint, ut etiam illis dies, noctesq;, ad necessaria conquirenda vix sufficiant. leg. 6. π. de muner. & honor. Cùm autem non generis splendor, nec longa proavorũ series, non bonorum affluentia, nec thrasonicus fastus, virum bonũ & reip. idoneũ constituat; cautè sanè in ijs, qui

reliquis

reliquis, clariores vel spectabiliores haberi volunt, seligendis incedendum. † Maximè cum Reip. salus, in Senatore Bono; & ejusdem eversio & ruina, in magistratu improbo & malo, versetur. Ea de causa Rerumpubl. moderatoribus, nihil magis cordi esse convenit, quàm tales, quos non gratia sed virtus, non ambitio sed recta ratio, poscit & vocat, eligere sibiq; associare; pravos verò fugere. Hoc itaq; compilatores hujus juris, dexterrimè perpendentes, Articulo 1. 4. 5. 7. 8 & 9. synopticè indigitare voluerunt, quinā in ordinē Senatoriū cooptandi & qui repellendi. 22

† Quemadmodum verò pietas, teste Cicerone fundamentum est omnium virtutum, Sic in electione Consulis, Senatoris, Syndici, aliorumq; hominum, qui reip. sunt à Secretis, præcipuè pietatis consideratio instituenda. Cum hæc Deo sit grata Cic. 2. de leg' mortalibusq; amori. † Et nulla sit justitia sine pietate. Chrysost. in sermone 145. de Generat. Ideoq; dicitur tribunal justorum, portus egenorum, suffragium miserorum, indulgentia peccatorum. Quippe nulla est scientia, quæ pietatis fundamento destituitur. Gregorius libro Moral. Quocirca non Ethnico sed pio Zelo exclamat Cicero lib. 2. de natur. Deor. Pietate erga Deos sublatâ fides etiam ac societas generis humani & virtutum excellentissima Justitia, tollatur necesse est. 23 24

† Alterum boni Senatoris requisitum est, ut Justitiæ sit amans. Nam à justitia judicis nomen derivatur, & tamdiu judex dicitur, quamdiu justus invenitur. Unde Cicero de off præclarè ait. Proprium munus magistratus est, intelligere se personam civitatis gerere, dignitatem & decus sustinere, leges servare, jura 25

re, jura describere, & ea suæ fidei commissa meminisse. Justitia enim sine prudentia, ut idem auctor 2. off. ait, esse potest, sine justitia vero, nihil valebit prudentia, & sine hac nihil potest esse lau-
26 dabile. † Injustitia enim, omniu vitiorum scelerum ac fraudum sentina ac causa est. Econtra justitia, fundamentum perpetuæ famæ, commendationis & decentis actionis. Quod & Ambrosius in Psalm. 118. piè describit. Feci judicium & justitiam, in judicio non contempsi pauperem, non oppressi viduam, personam divitis non recepi, in omnibus operibus misericordiam exercui, alteram aurem Reo concessi. † Injustus enim Judex, jura fœdè
27 prostituit, nemini suum tribuit, bonos lædit, justitiam negligendo pessimè vivit, causas bonas & malas confundit, lites suscitat, fovet & auget, veritatem supprimit, mendacium excogitat, quæstū appetit, æquitatem vendit, marsupia subditorum expilat, dolos fraudesq; nectit, ac penitus justitiam evertit. Isidorus quoq; de hoc judicum genere perquam graphicè ait: Gravius lacerantur pauperes, à pravis judicibus, quàm à cruentissimis hostibus: nullus enim prædo sceleratior eo, qui causas justorum deprædatur, justitiam venalem habet, & non Domino sed sibi judicium exercet. Ast quid in extremo die judicij, mens hæc perterrefacta respondebit summo præsidi, pro tribunali sedenti, & in sede majestatis apparenti, atq; interroganti, cur aliter causam pauperis, aliter potentis, aliter sodalis, judicasti? Cui itaq; præsentis & futuri seculi salus, cura est & cordi, is justitiam colet, æqua lance pauperi ac diviti jus impertiet, nec sibi aut suis, alijs iniquè applaudendo, extremum exitium accelerabit.

Requisi-

†*Requisitum tertium boni Senatoris est, ut sit* verax *in* 28
dictis & factis, hoc est, ne sit Adulator, Calumniator aut Thraso: à veri enim tramite deflectentes, in aliquot horum vitiorum impingunt. Quò autem hocce vitium hominibus, maximè aulicis est frequentius, ac familiarius, eò quoq; est detestabilius & reprehensione dignius. Non enim hodie in aulis saltem magnatum, sed & in collegijs Ecclesiasticorum, politicorum & Senatorum Adulatores sunt frequentiores, sed & ipsis heroibus utplurimùm proximiores, ac pro tempore vafrè satis personas suas agunt: Quocirca etiam illustribus alijsq; magnatibus sunt gratiores, ut Menander hisce versibus eleganter cecinit.

Hæc vita, gaudet improbis potissimum
Sed Assentator, omnium primas tenet;
Vivitq; longè jucundissimè omnium.
Deinde, Sycophantæ proximus est honos
Audire enim calumnias dulce admodum
Attertius conceditur locus invido,
Artes nocendi qui scit astutissimè.

Idem quoq; communis Germaniæ Præceptor; Philippus Melanchton in locis Manlij pag. 393. hisce verbis expressit; Quicunq; vult citò crescere in aulis; tantum videat, quo se domini voluntas inclinet, & cuinam sit infensus, hunc observet, & quicquid is agit, id ad dominum deferat, ac in pejorem partem interpretetur, licet nonnunquam etiam aliquid mendacij, de suo addere, modò prætexat aliquam gravitatis & sanctitatis speciem sine affectibus.

†*Hi tres mendaciorum famuli*, Adulator, Calumniator & 29
Thraso *sunt tres illæ Harpyiæ, quæ ut Poëtæ fingunt, mensæ Phi-*

nei oculis

nei oculis capti insident, & omnes dapes misero regi præripiunt, ac insuper mensam fœdè suis excrementis inquinant. Qui etenim hodie, majora præmia ex ærarijs principum ac rerumpublicarum pravis suis, auditu tamen jucundis consilijs reportant, quam hi ipsi Assentatores & Thrasones? Anne olim in aula Alexandri Magni, Gnato vixit, quem ipsemet Rex, magis quàm Craterum veracem adamavit? Nonne & hodiè, ejusmodi Gnatones, & Colaces, reperiuntur, qui Dionysij sputum lingunt, & cum Mida audacter calumniantur? Perquam pauci titulum de glandibus laborum, complures verò qui de plumis assentationum legendis, materiam didicerunt: welche der subtilen Plumenstreicher/ihre Bruder/ vnd wie der Vater / auch solche Söhne seyn. Horum artificium Alanus in tractatu suo de complanctu, sive de conquest. naturæ eleganter hisce verbis expressit: Hujus pestis pestilentia, percutiunt principum aures, palatini hi Canes, adulationis artifices, fabri laudis, figuli falsitatis. Hi sunt qui magniloqua commendationis tuba, in divitum auribus cytharizant, qui mellitæ adulationis & mendacij favos foris eructant, qui ut emendicent munera, caput divitis oleo adulationis inungunt, prælatorum auribus pulvinaria laudum subjiciunt, qui ab eorū pallijs, aut fictitium pulverem excutiunt, aut vestem falsitatis deplumant, quamvis implumem. Hæc Alanus. Tu candide Lector judica, Anne in utroq; tam clericorum, quàm laicorum cœtu, etiamnum magno numero inveniantur. Discant itaq; tam Reges, quàm Principes; tamq; Consules, quàm Rerumpublicarum moderatores, abs regio Psalte & heroe Davide

veritatis

veritatis amantissimo, ex ejusdem Psalmo 101. sententiam hanc verè auream: qui loquitur mendacium, non stabilietur in conspectu oculorum meorum. † *Adulator enim & mendax eadem* 30
opera tribus nocent: primò ei, quem atroci injuria afficiunt, & nonnunquam in mortis periculum conjiciunt. Adulatoris enim lingua, novacula est acutior, morsu aspidis venenatior, & lethali vulnere insanabilior. Deinde, Domino & Judici, ut vel innocentem damnet, vel odio habeat, seq; seduci patiatur. Graphicè enim Hieron. in psalmum scribit: nihil est, quod tam facilè corrumpat mentes mortalium, sicut adulatio, plus enim nocet lingua adulatoris, quàm gladius persecutoris. Quod & Cassiodorus, in quadam Epistola notavit, adulatio blanda, omnibus maximè in dignitate constitutis applaudet, omnibus salvè dicit; prodigos, vocat liberales; avaros, parcos; imperitos, sapientes; lascivos, castos; garrulos, affabiles; obstinatos, constantes; pigros, maturos & graves; hæc sagitta leviter volat & citò infigitur. † *Tandem* 31
hicce mendax, & Adulator, semet in extremum præcipitat exitiũ, & propriam sauciat conscientiam. Sic enim Sigfridus Saccus in sua Postilla, pagina 365. hac de re docet: **Die alten haben gesagt/ Ein Verleumbder/ vnnd Lügner/ sey ein dreyfachtiger Mörder/ dañ er begehrt dreyerley todtschlege mit einem striche/ Erstlich/ mordet er sich selber/ durch wissentliche lügen/ vnd Todtsünde. Zum andern/ ermordet er den/ dem er seinen namen abstielet: dann ein anrüchtiger Mensch/ soll lieber todt seyn. Zum dritten/ mordet er die/ so jhm zuhören/ vnnd seiner verleumbdung gleuben.** *Item/* **ein Verleumbder hat**

den Teuffel im Hertzen/vnd auff der Zungen/der jhme aber zuhöret/dem sitzet er in den Ohren/vnd kreucht jhm sollend ins Hertz/wo ers gleubet. *Procul itaq; arcendi, Mendaces, & Adulatores, Calumniatores, & Thrasones, à limine judicij, & in legendis consiliarijs & Senatoribus, mores attendendi, probè trutinandi atq; examinandi.*

32 IV. Ut Consiliarius & Senator, sit Animi recti. † *Reipublicæ enim nihil perniciosius, nihil pestilentius homine, qui lingua docta, menteq; astuta & callida, consilia sua exornare, melle dulciora reddere, eaq; poculo persuasionis, propinare populo novit. Prudentia enim sine justitia, pessimum vitium, haud virtus æstimanda. Ne itaq; te moveat facundia linguæ, ingenij promptitudo, judicij acumen, & multarum scientiarum perfecta cognitio, si de animi sinceritate in minimo dubitetur, seu vestigia callidorum consiliorum & machinationum appareant:* Dann wor sich ein Gemuth tückisch erzeiget/vnd beweiset/da gibts seines Her-

33 tzen grundt genugsamb an den tag. *Quippe † in præclaris & præstantibus ingenijs & naturis, uti in agris fœcundis & fertilibus, sed incultis, unà cum virtutibus ingentia vitia pallulare, & succrescere solent; cum horum ingenijs multæ insint latebræ, multiq; recessus, plurimisq; simulationũ involucris contegantur.* Sie seint mit der Schalckßhaut vberzogen. *Quis enim Achitophele callidior; quis Hamano astutior; quis Clodio Romano acutior, qui tamen turbare Rempubl. non desistebat, Ciceronem expellebat, Pompejo & Cæsari plus satis negotij facessebat, atq; in tribunatu suo, multa Reipublicæ profutura impediebat? Annon*

& Athe-

& Athenienſes, Reipubl. ſuæ interitum, pravis ſuis conſilijs accelerarunt, ut hinc dextrè de illis Cicero, in Catone Majore ſcripſerit; Athenienſes ſciunt quæ recta ſunt, ſed eadem facere nolunt; quod & de multis noſtri ſeculi collegijs, proh dolor, pronunciaremus; ni veritas odium pareret. In ijs ſiquidem, ut idem Cicero ad Atticum conqueſtus fuit, ſi fides eſſet, in quibus eſſe deberet, haud laboraremus. Quæ enim cauſa fuit everſionis rerump. ac civitatum Græciæ, alia, quàm callida & aſtuta eorum conſilia, quibus privato ſingularum civitatum commodo, & non communis patriæ ſtudebant, ſociosq; à communibus beneficijs excludere præpoſterè tentabant; ac quævis illarum, ſibi vigilabat ſoli; ac heu, extrema tandem cum omnium clade & interitu! Quænam cauſa exſtitit amiſſionis privilegiorum quibusdam collegijs, niſi machinatio ſiniſtra, & commodi privati ſectatio? Cum verò Comicus ſcitum hoc pronunciet, alieno periculo cautum fieri; ex plurimis nonnulla in medium proferemus † ingenia, quæ Rebus- 34
publ. magis detrimento quàm emolumento fuere. Et primò quidem, Alciabides fuit vir ſummi ingenij, ac indolis prorſus heroicæ, cujus tamen virtutis & vitia quaſi in æquilibrio conſtiterunt. Is enim quantumvis præclaro fuerit ingenij acumine præditus, juxta & facundus, rei militaris, perquam gnarus, tantaq; felicitate dotatus, ut ſemper ea pars, cui ipſe adfuit, victoriam conſecuta ſit, & à Socrate ita probè inſtructus, ut in omnibus diſciplinis ac virtutibus, cumprimis verò Ethicis excelleret, nec ullum præſens periculum refugeret. Haſce tamen virtutes animi inquietudo, inconſtantia, & maximarum rerum appetitio, ita preſſit, ut ambitionem

explere, injuriam remittere, sibiq; à vindicta temperare haud potuerit. Hinc Græcis in mutuam perniciem concitatis, attractisq; Persarum copijs, tantis cladibus Græciam afflixit, ut non absre de eo dictum fuerit, Si Græcia duos tulisset Alcibiades, quod funditùs perijsset. Sæpius enim inconstantiæ vitio agitatus, cum civibus suis, contra Spartanos pugnavit: mox à civibus suis irritatus, ad Spartanos transijt; suoq; ingenio reipublicæ plus nocuit quàm profuit, ut latè Plutarchus asserit in vita Alcibiadis.

Pyrrhi regis Epirotarum, animi dotes, adeò raræ atq; præclaræ fuerunt, ut ab Annibale, inter illustres & clarissimos belli duces fuerit recensitus. Hisce tamen callidissimis consilijs suis, conatibus & rebus præclarissimè gestis, nihil præter gentis suæ exitium, reportavit, privando patriam viris strenuis, ac rei militaris peritis, eamq; vicinis exosam reddendo, prædaq; relinquendo. De quo prolixius vide Plutarchum in vita Pyrrhi.

Ex Syllæ consilijs, armis, victorijs ac triumphis, inde consecutis Romam plus damni quàm commodi percepisse, proscriptiones ejusdem sanguinariæ, vastitatem Italiæ, orbitatem & luctum Romæ adferentes, satis superq; testantur. De quo latius agit Plutarchus in vita Syllæ.

In Senatore itaq; & consiliario deligendo, ingenium rectum, acuto & docto præferendum. Vnd ist also ein auffrichtiger/ wiewol nicht so geschickter/ dem gelartern vnd erfahrnerm/ aber gefehrlichem Man/ weit/ weit vorzuziehen/ si reipubl. consulere voles.

35 V. Ut Senator sit modestus: quam † modestiam cum Herennio

rennio lib. 3. 39. *Animi continentiam seu moderationem cupiditatum definio: Vel ex Ciceronis primo off. Quod sit scientia opportunitatis idoneorum temporum ad aliquid agendum: aut, ut Tacitus eam nuncupat, promptuarium omnis virtutis; cùm modestiæ regula latius, tam ad corporis quàm animi dotes se extendat. Augustinus enim in regula docet: In omnibus moribus nostris nil fiat, quod cujusq; offendat adspectum, sed quod nostram deceat modestiam. Modestia enim superbiæ vitio frenum injicit, ut homo semet norit, nec, contra præscriptum Comici, alijs se præponat: sed ut Syracides monet, quò sublimius evehitur, eò se submissiorem gerat. Ne exemplo Alexandri aut Attilæ, se non amplius hominem, sed numē reputet. Hic enim se Jovis filiū jactavit,* Curt. lib. 4. *Ille verò Nimrodi nepotem, in vexillis coronatā ferens aquilam, uti Olaus in vita Attilæ notat. Modestiæ autem plura exempla proponit Schonborn. lib. 2. polit. cap. 26. de Modestia & Virtut.*

In corporis virtutibus, non minus modestia † *ex* MOTU, 36 GESTU & INCESSU *elucere debet. Ambrosius enim de offic. docet: Habitus mentis in corporis statu cognoscitur, ut gressus non sit plus justo levior, jactantior aut turpidior; sed probabilis, qui referat speciem auctoritatis, pondus gravitatis, & vastigium tranquillitatis. Motum autem natura informet, & si quid in natura est vitij, industria id emendet. Deinde in sermone modestia tenenda. Sic enim Ambrosius* de off. lib. 3. *ait: Sermones proferamus libra justitiæ examinatos, ut sit gravitas in sensu, in sermone pondus, atq; in verbis modus: Tene itaq; medium, si non vis perdere modum. Locus medius est tutior, medium tenuere*

beati. Tertiò etiam in Habitu modestia servanda, de quo paulò inferius.

37 Castus. † *Castum hîc talem requiro, qui non libidinem & turpitudinem solum in sua, sed & in subditorum personis odit ac punit. Nec tantum qui à rebus venereis, sive temulentis abhorret; ut Columella* lib. 9. cap. 14. 2. *ait. sed etiam qui moribus castus & integri pudoris est, uti Martial.* lib. 10. 28. Sen. *ut Plautus ait in* Pœnulo 18. 13. *qui à culpa castus est. Unde rectè Augustinus libro*

38 *de bono conjugali definit* † *castitatem seu continentiam, virtutem sub jugo rationis impetum libidinis refrenantem, quæ comitem habet fortitudinem, cæterisq; comitatur virtutibus. Idem auctor de Civit. Dei. Idcircò dicitur mater virtutum, & filia Deorum. Animus enim castus & purus, Deorum supremo carissimus est, cum & hinc casta mens definiatur. Ac simul Ethnicorum dijs atq; deabus acceptissimus teste Cicerone* 1. de divinit. *Vti contra hircos lascivos coitum redolentes, procul abesse jubent. Si namq; apes extremæ aversentur homines à coitu olidos,* Schonborn. 2. polit. cap. 24. Pier. Valerius libro 26. pagina 244. *quantò magis fastidient divinæ nares, impurissimum mœchorum, adulterorum, atq; scortatorum, lascivum odorem: Unde & Lactantius verè dixit: Nihil tam invisum est Deo, quàm mens incasta & animus impurus.*

39 † *Cave itaq; ne tam ipsum scelus, quàm sceleris occasionem vites. Prætorem enim ô Sophocles (qua voce bonum quemlibet hic compellamus) uti Pericles ajebat, non solum manus, sed & oculos habere abstinentes decet. Cic.* 1. *off. Captis enim oculis, pudor animi admodum periclitatur, teste sacro codice. Quocirca piè, pius Augustinus*

guſtinus in ſermon. 57. ſuper Matth. *docuit,* † *Inter omnia certa-* 40
mina Chriſtianorum, duriora ſunt prælia caſtitatis, nam ibi con-
tinua pugna & rarior victoria. † *Rarò enim concordia, formæ* 41
atq; pudicitiæ. Rara avis in terris, nigroq; ſimilima cygno. hæc
Auguſtin. Cyprianus verò optimo antidoto medetur laſciviæ ſti-
mulo, inquiens: ſex ſunt quæ incorruptam conſervant caſtitatem,
ſcilicet 1. *Sobrietas.* 2. *operis actio & continuatio.* 3. *aſperitas.*
4 *cultus.* 5. *raritas ſermonis cum honeſtate.* 6. *Evitatio oportu-*
nitatis & perſonæ, & loci, & temporis. Hoc emplaſtrum adulte-
rij aut ſtupri, attentato cordi admodum omnem laſciviæ tumorem
exſiccat atq; depellit. † *Nec putare te velim, hoc vitij ſolis juve-* 42
nibus familiare eſſe, cum quoq; ſenes eodem morbi genere ſæpius la-
borent: ut David, Salomon, Temiſtocles, Pauſanias, Nero, Tibe-
rius. Unde Iſidorus lib. 2. de ſummo bono cap. 31. *ait:* † *Quidam* 43
in juventute luxuriosè viventes, in ſenecta continentes fieri dele-
ctantur, & tunc eligunt ſervire caſtitati, quando libido eos ſervos
habere contempſit. Nequaquam in ſenectute continentes vocandi
ſunt, qui in juventute luxuriosè vixerunt, & hac ſpurcitie ſe oble-
ctarunt. Non enim, ore veritatis teſte, ſolum in coeundi facultate,
ſed & in voluntate fœdus hic actus conſiſtit, cum aſpectus æquè ac
tactus ore veritatis damnetur. † *Quocirca Judices, mœchos, a-* 44
dulteros ac ſtupri reos non ſeverè coercentes, aliena crimina faci-
unt ſua; atq; animum ſuum vitio huic deditum & mancipatum
produnt; Et hi mœchorum patroni cum propriæ exiſtimationi la-
bem aſpergunt, tum ipſimet apud bonos infamia facti laborare
incipiunt, nec non & reipubl. interitum accelerant. † *Tres enim* 45

cauſæ

causæ mundum perdunt, Idola, Tyrannis ac Fœda libido. Summus enim juxtà & castissimus Deus, horrendo hoc fulmine ferit libidinosos, cum ait, Omnis anima, quæ fecerit has abominationes, delebitur de populo suo, non distinguendo, utrum sit Regia, sive Pontificia, sive ad clavum reipubl. sedentis, sive coram tribunali comparentis. Quo enim quis est illustrior, hoc in ejus persona, actus venereus conspectior est, & turpior. Ob tria hæc peccata totũ genus humanum Aquis diluvij est deletum. Hæ incestæ & vagæ libidines varias funditus deleverunt urbes atq; familias. Flammis enim cœlitus demissis conflagrarunt Sodoma, Gomorra, Adama, Seboim & Segor. Genes. 19. Ob stupratam fluminis conjugem tota tribus Benjamin deleta est: ut exempla urbis Trojæ,
46 Thebarum, Romæ atq; aliarum taceam. † Quicunq; igitur castitatis custos in regno quopiam, Imperio, judicio & Civitate constitutus fuerit, præ cæteris castitati studebit, quò non tantum ab ipso hoc scelere, & criminis ejusdem suspicione se alienum præstet, sed etiam severè in delinquentes animadvertat, seduloq; cavebit, ne cum mœchis connivendo, eorumve favorem aut gratiam sibi conciliando, æterni & castissimi Dei indignationem gravissimam incurrat: alterius honori, ut quidam putant, consulendo, propriæ existimationi labem aspergat: nocenti parcendo in insontes flagellum iræ divinæ concitet, & tandem nimis serò pœniteat.

47 Sobrium †, cum Cicerone primò de offic. illum dicimus & hîc desideramus, qui luxuria haud diffluat, nec delicatè aut molliter, sed parcè, continenter, ac temperanter vivat; ad exemplum Augusti Cæsaris, qui, teste Suetonio, ita moderatè ac sobriè vixit, ut

in cœna

in cœna utplurimùm ternos sextantes tantùm delibarit; & cum licentius sibi bibendum crederet sextarium non excederet. Julianus sæpè oleribus vel leguminibus cibatus, nullas carnes degustavit. Tacitus exiguo cibo, & potu, contentus tota die sextarium nunquam exhausit. Non autem recensebimus Numantinos, Fabios, Pertinacem, Augustum Severum, alios ve, qui sobrietate æternum sibi peperêre decus, hostesq; devicêre, maximeq; reipublicæ profuêre: Econtrà vino deditos maximis cladibus acceptis sibi suisq; maximoperè nocuisse. † Vinolentus enim, ut Cicero in Oratore ait, furit apud sanos, & bacchatur inter sobrios, unde Terentius in Andria sua hosce non sanæ mentis judicat, inquiens: Tu pol homo non es sobrius, i.e. mentis compos. † Nam difficile est, ubi omnia mentis organa vino madent, ut ibi cor sit sobrium actus ve sanæ mentis exerceat. Hanc voluntariam & temerariam hominis amentiam, Augustinus in Epistola ad sacras virgines eleganter depingit, dum inquit: † Ebrietas est flagitiorũ omniũ mater, culparũq; materia, radix criminum, origo vitiorum, turbatio capitis, subversio sensus, tempestas linguæ, procella corporis, naufragium castitatis, amissio temporis, insania voluntaria, ignominiosus languor, turpitudo morum, dedecus vitæ, honestatis infamia, Animæ corruptela.

† In Recessibus Imperij, omnium quidem procerum consensu, Ebrietatis vitio, prudenter sæpè ac diligenter interdictum fuit, ut ex littera Recessuum liquet. At sanctum hoc edictum à perquàm paucis, tàm legumlatoribus ipsis, quàm illorum subditis servatum sed fœdè transgressum esse, temulenti Bacchi alumni indies testantur. Quare optandum, cum patriarum legum memores, earumq;

custodes esse nolint, ut cum Alexandro Magno, saltem ingrederentur tentorium Darij, ibiq; persentiscerent, quam indecorum, quãq; turpe habitum fuerit, illum heroem poculis certasse, ac abdomen
52 suum plurimis, ijsq; exquisitißimis ferculis curasse. † Alexander enim devicto Dario castra pervadens, & splendidißimum ciborum apparatum, scyphorumq; ingentem numerum inveniens, exclamasse fertur: Quid? hoccine est regnare, bellumq; gerere?
53 mirumne Darium succubuisse? † Eundem quoq; in modum, Achilles apud Homerum statuit, non posse heroico animo, & cumprimis magnatibus gravius, atrociusve dici convitium, quàm si temulentiæ, atq; ebrietatis vitium, illis objiciatur. Verùm eheu, in quantum modo ab Achillis sententia, mores & animi heroum sunt immutati! cum hodie nihil præclarius, nihil heroe dignius ducatur, quàm scyphorum sclopetis, plurimos prosternere, animalia rationalia, in irrationalia transmutare, & cyathis devictos exanimes reddere. Utinam verò cœlestis nostri Achillis manus illa, Balt Zasaro regni amissionem ad parietem depingens, nec alijs heroibus terrori foret, ac brevi stemmatis atq; familiæ ni totalem eversionem, tri-
54 stem saltem mutationem adferret. † Nulla enim respublica diu floruit aut viguit, quæ ebriosorum consilio administrata & gubernata fuit: nec fieri potest, ut Imperia, regna, respublicæ, Civitates & collegia, luxu diffluentes, ac delicijs vinoq; semper dediti, diu-
55 turno ac felici regimine fruantur. † Si Cato Censorius miratus fuit, quî civitas, in qua pisciculus bove carius venderetur, diu consistere posset: proh Deum atq; hominum fidem quidni & nos mirabimur, si pisciculi nostri largè atq; lautißimè appositi sæpius tanti

consstent,

consistent, ut eorum commissatores, boves aratro destinatos, abliguriant, eoq; delicatulos nostros, ad infimum paupertatis gradum dejiciant. † *Cui igitur cura legum sumptuariarum, non modò* 56
primum ferendarum, sed saltem EXEQVENDARUM *incumbit, hoc aget, ut luxui tandem interdicatur, & subditi ad frugalitatem revocentur.*

Fugitantem honorum. † *Ambientibus enim magistratum, honos ijsdem denegandus: fugientibus eundem obtrudendus.* 57
arg. cap. in scripturis 8. quæstion. 1. Innoc. cap 23. de Elector. & Elect. potest.
† *Certum enim indicium & signum est jactantis & puerilis in-* 58
genij, cui enim periculum, labor, modestia, invidia, in publicis negotijs exanthlanda nota est. is ne quadriga quidem equorum validissimorum, se huic plaustro molestiarum immitti pateretur. Suspectus autem is putatur, qui operas suas ingerit, ut Ulpian. de hujusmodi ingenijs judicat, in leg. Quæ omnia § 2. π. de procurator.

Avaritiæ non deditum. † *Cum subditis ac reipublicæ, avaro principe ac judice nihil sit exitiosius, nihilq; tetrius.* Cicer. pro Quint. 59
† *Cujus insatiabili cupiditate habendi, justitia prostituitur.* 60
Marcell. Palingen. in Zodiac. vit. *viduæ opprimuntur: pupillorum bona invaduntur:* † *isq; sit instar inferni omnia devorantis.* 61
Augustin. in suis sermonib. *Et secundum M. Catonem in oratione sua pro emendandis moribus ad Quirites,* † *sit pestis Reipublicæ,* 62
quæ suo veneno virtutes inficit, odium inter magistratum & subditos excitat, imperiaq; evertit. Cum † *dona etiam sapientum* 63
oculos excæcent, judicium sanum corrumpant, & legum Antistites de throno justitiæ dejiciant, teste politicorum principe Syracide. In- 64

deq; avaris Dæmon peculiaris Aplestus tribuitur Palingen. in dicto
Zodiaco fol. mihi 255. lin. 2 & 25. qui ad lucrum etiam turpissimum
aucupandum, eos impellit, cogitq; ut à quibus vis tum amicis, tum
mendicis, tenuibus ac divitibus, nec non & ab ipsis mortuis, lucel-
lum capiant, & qui illis ceu canis circumpræcordia quævis sordi-
da venetur. Quocirca in legendis consiliarijs, senatoribus, ac rei-
publ. ministris, sedulò dispiciendum erit, num judicio præficiendus,
65 vel ad munia publica promovendus, hocce morbo sit infectus. † De
hoc si quid certi constiterit, utut reliquis virtutibus abundet, neu-
tiquam tamen erit admittendus: cum hoc vitium ceu scabies brevi
omnes bonos mores corrũpat, & avaros quò prudẽtior & doctior,
eò etiam astutior & callidior erit, ut scelera sua palliare, tantoq;
66 magis Reipubl. nocere queat. † Hoc legumlatores Romani pro-
bissimè intelligentes, ad coercendam magistratuum avaritiam,
primò per Lucium Pisonem, Censorino & Manlio Consulib. De-
inde Acilium Glabrionem, uti Cic. 2. off. tradit. legem repetundarum
promulgarunt, cujus auctoritatem Julius Cæsar in usum revoca-
vit, & omnem magistratum in officio, potestate, curatione, lega-
tione, aut quovis alio munere quidquam accipientem, hujus legis
67 Juliæ reum fecit. uti tot. tit. ad leg. Jul. repetundar. docet. † Ac omni
munerum acceptioni adeò severè interdixit, ut ne minimam qui-
dem quantitatem, cuiquam accipere, licuerit. leg. lex Jul. 7. π. ad l. Jul.
68 Majest. † Quod tamen ad Xenia minimè restringes, de quibus infe-
rius ad tit. 1. lib. 1. art. 4. agemus. † Huic judicio, crimen PECU-
LATUS, dem Fisco entwandter Gelder / valdè affine & conjun-
ctum, & quidem ipsa Avaritiæ soboles est, cujus actu, Furtum

sit publi-

fit publicæ pecuniæ leg. 1. ff. ad l. Jul. peculatus, *seu quoties magistratus vel alius, de pecunia sacra, religiosa, publicave quid aufert, qua de re vide* tot. tit. ff. ad l. Jul. peculatus, ibiq; interpp. † *Verùm haud intempestivè nos quæstionem hanc nos enodaturos puto, Num Lubeca, aliæve civitates Imperiales minores, adversus peculatus criminis reos, vigore hujus legis Juliæ, actionem rectè intentent?* 70

† *Quidam sanè interpretum in ea sunt sententia, pœnam hujus legis Juliæ actionis, in eos saltem constitutam, qui publicam urbis Romæ pecuniã subtraxerunt; non etiam qui aliarum Civitatũ æs, furtim contrectarunt, sed hos actione furti rectius pulsandos venire; uti* innuit Petrus Gregorius 32. Syntagmat. 19. n. 1. Mynsing. ad §. Item lex Julia peculat. Instit. de public. judic. Harprecht. ibid. n. 9. Alciat. primo disjũct. 3. 71

† *Verùm hodiè hanc peculatus pœnam etiam à reliquis civitatibus dextrè usurpari ex eo patet; quod civitates, merum mixtumq; Imperium, & regalem dignitatem habentes, non amplius, more Romanorum, privatorum loco habeantur, sed publici juris censeantur, uti superius tradidimus. Cui accedit, quod etiam de jure Romano, ex principum constitutionibus, criminis peculatus judicium ad alias civitates sit extensum.* leg. 4. §. fin ff. ad leg. Jul. pecul. *ut hac nostra Reipubl. forma inspecta, de hoc judicio frustrà ambigatur. Et hæc de primo requisito, seu internis Animi dotibus in bono Senatore seu Consiliario considerandis dicta sufficiunt:* 72

† *Jam de altero membro qualitatum Internarum, Memoriæ videlicet & Judicii donis succinctè agemus; cum hæc duo cõjunctim requirantur, tu ut Senator seu consiliarius leges patrias firma memoria teneat; cum turpe sit homini patricio, & ad Reipub. cla-* 73

pub. clavum sedenti, ignorare leges populi sui: tum ut maturo solidoq; judicio casuum varietates distinguere norit, & non omnem furem in crucem adigat, aut quemvis homicidam gladio feriat, vel sine discrimine jura reddat, cum levis circumstantia Jus mutet.

74 † Scientia *itaq; præ cæteris opus est. Sic enim Cicero primò de Divinat. ait: nec quisquam rex Persarum esse potest, qui non ante Magorum disciplinam scientiamq; perceperit. Literarum*

75 *enim ac scientiarum rudes judices esse nequeunt.* † *Hoc loco haud sinistrè quæri potest, Num mos nostrorum judiciorum inferiorũ, in quibus homines analphabeti, è populi fece collecti, judiciũ agunt, & sententiam ferunt, sit probandus? Improbat hoc haud absimili in casu Philippus Hœnnonius* disput. polit. 5. θ. 67. cui adde Petr. de Andlo 1. de Imper. Romano cap. 12. *Illiterati enim nec ulla rerum scientia præditi, judices esse non possunt.* Bronchorst. Εναν. Assert. 64. *Et hoc genus hominum, operas suas Reipubl. locat, non tam ut saluti communi, quàm ut ventri & genio consulat suo: Is enim litigatorum, qui causa, vel potius crumena nummis turgidiore, illis occurrit, certò victor ab illis pronunciatur: cum viderim eosdem horis matutinis opellam suam sanctæ justitiæ locantes, & pro tribunali sententiam promulgantes; post meridiem à pedibus iter facere, & vilissimis opificijs, unum atq; alterum solidum sibi conquirere.*

76 † Auctoritas. *Cum auctoritatis vis, magna sit, quæ homines magis in officio retinet, quàm supplicia aut vincula.* Strig. lib. 2. Ethic. *qua injicitur subditis affectio, magnificè & cum veneratione de magi-*

magistratu sentiendi. Arnisæus polit. cap. 9. Unde Alexandrum Severum prudenter monuit mater, ne nimia familiaritate auctoritatem suã prostitueret, & imperiũ dissolveret. Lamprid. in Alexand. Et teste Callistrato in leg. 19. π. de offic. præs. ex conversatione æquali, contemptus dignitatis nascatur. Idcircò quilibet magistratus hoc aget, ut auctoritatem sibi conciliet eamq; conservet. † Nec verò 77 putabis, hanc eo medio acquiri, quo plerique ad gradus dignitatum evecti, eandem sibi parare student, philautias nimirum usu, imperium se in beluas nactos existimantes, ansati incedunt, voce horrida, ac vultu torvo jus petentes excipiunt, omniaq; sibi licere credunt, cum pro auctoritate, vulgò ut dicitur, agant. His enim moribus non conquiritur, sed perit auctoritas; cùm non nostra industria, sagacitate vel ingenio, sed solius Dei & quidem singulari ejusdem clementia & largitate, comparetur, viaq; virtutis indagetur. Uti Strigelius rectè dixit, Sicut Deus effundit contemptum super principes, ita circumfundit auctoritate eos, quos vult evehere, uti exempla Josephi, Josuæ, Davidis, nec non & Ethnicorum Imperatorum testantur. Alexandri enim Magni, utut juvenis, tanta fuit auctoritas, ut hunc maximi exercitus præ alijs ducibus præstantissimis sequi maluerint. Julius Cæsar, præpræsentia & auctoritate sua, fugientes copias sistere potuit. Scipio adolescens, à primis annis ejus fuit auctoritatis, ut divinitus juvari crederetur: precibus itaq;, virtute, rebusq; præclarè & indefesso studio gestis, nec non & comitate auctoritatem sibi ritè comparabis.

† Silentium. Arcanorum revelatio, vitium nostro hoc ævo 78

quo fre-

quò frequentius, eò medicina est indigentius. Vix enim allum reperies publicorum, privatorum, Ecclesiasticorum & laicorum collegiorum, quod non linguis secreta consilia propalantibus abun-
79 det. † Haud etenim pauci ejus generis graculorum, cum amore conjugali, consilia fidei suæ commissa, nec non & reipubl. secreta, in sinum uxoris simul effundunt, omniaq; corculo suo, perfidè tamen, committunt. Licet namq; ex Ulpiani sententia, fœminæ ab omnibus officijs civilibus & publicis sint remotæ: & ideo nec judices esse permittantur. leg. Fœminæ ff. de reg. jur. cum indecorum sit, ut mulier publicis negotijs se immisceat. leg. qui testam. § serv. ff. de test. Tamen vota & sententiæ mulierculorum, non rarò attendentur in virorum consilijs. Quocirca telæ pertexendæ haud absonum, ut & Senatus decreta ad mulieres referantur: participes enim factas consultationes, easdem & Senatusconsulti ignaras minimè relinqui convenit. Ast quid nostrum lugemus sæculum, cum & priscorum tempora eodem scelere non caruerint. Hoc siquidem fine ipsum Augustum, adulteria sua fertur exercuisse, quo facilius adversariorum suorum consilia, per cujusq; mulieres exploraret. Sueton. in octavio cap. 69. Est & alia ratio, qua sæpius secretissima consultationum eliminantur capita, imprudenti nimirum loquacitate, extra judicij vel concilij locum usurpata. Sagaciores etenim in convivijs, simposijs alijsq; congressibus imperitioribus facilè imponunt, animi secreta colloquijs astutis & quæstionibus ab illis expiscando, non ignorantes, quod lingua ebria ac garrula, subitò effutiat, quod fide ac taciturnitate reticeri deberet. Unde percunctator ejusmodi sedulò fugiendus, à quo nihil nisi famæ periculum

exspectan-

exſpectandum. Huic itaq; malo præſtantius antydoton adhiberi nequit, quàm in locis privatis à publicorum conſiliorũ tractatione abſtinere, & inter pocula ſtudere ſilentio: fœcundi enim calices quem non fecêre diſertum? Inconſideratius autem prolatum quicquid fuerit, eâdem facilitate ad cardines priſtinos minimè revocatur, teſte Horatio; cum ſemel emiſſũ volet irrevocabile verbũ. † Hi verò nõ ſiniſtrè garrulis 80
cõparãdi ſunt graculis, qui ſine temporis & loci cõſideratione ſemper & ubiq; garriunt, & quò loquaciores, eò & facundiores ſeſe putant: quibus Saluſtius loquentiæ ſatis, eloquentiæ verò parum ineſſe cenſet. Eloquentia enim & loquentia toto cœlo diſcrepant: Licet plurimi id præclarum exiſtiment, ſi nunquam ſileant, cum tamen idipſum ſit certum fatuitatis indicium, † Uti contrà ſilentium, ubi loquendi tempus non 81
eſt, prudentiæ ſignum eſt infallibile. † Hinc Valer. Maxim. 82
lib. 2. cap. 2 rectè ait, fulcrum optimum tutiſſimumq; rerum 83
adminiſtrandarum eſſe ſilentium: † cum res magnæ ab eo, cui tacere grave eſt, expediri nequeant. Curt. lib. 4. † Et juxta 84
Catonem, nulli tacuiſſe nocuerit, plurimis verò, fuiſſe loquutos. † Quocirca haud immeritò laudantur Hiſpani, quod 85
ſæpè tormentis pro rerum creditarum ſilentio fuerint immortui: adeò illis fortior taciturnitatis cura, quàm vitæ exſtitit celebratio, ut notat Sconborn. polit. lib. 3. cap. 25. † Quod & 86
Pompejus conſtanti pertulit animo. Hic enim legationis munere fungens, à Gentio rege juſſus ſecreta prodere ſenatus, ardenti lucernæ ultrò digitum cremandum præbuit. Val Max. lib. 3. cap. 3. pag. (mihi) 143.

87 † *Animi dotibus, ex parte exploratis, ad corporis virtutes indagandas descendemus. Et primò quidem ætatem*
88 *eligendi investigabimus.* † *In ætate itaq; primò considerandum: Ne Senator sive Consiliarius, nimis sit juvenis, neve*
89 *decrepitus ac delirus senex.* † *Licet enim Græcorum & Latinorum exempla testentur, à nonnullis juvenibus res præclarissimas fuisse gestas. Uti Alexander Magnus ante tricesimum tertium ætatis annum, universum orientem perdomuit. Hannibal minor* XXV. *annis Imperator designatus, triennio Hispanos subegit. Romulus juvenis, duodeviginti annorum urbis fundamenta fœlici omine jecit, ut taceam Nervam, decimo septimo ætatis anno de jure respondentem; Celsum juvenem, cujus auctoritatem & scientiam Julianus sequi non erubuit.* l. si servum 91. *s* sequitur. ff. de V.O. *aliosq;*
90 *complures quos recensere brevitatis studium injungit.* † *Tamen si delectus detur inter juvenem & ætate provectiorem, moribus & virtute non multum dispares, Seniorem juveni omninò præferendum censeo. Imperator enim Justinianus incivile fore statuit, eos, qui ob ætatem alieno auxilio in rebus suis administrandis egere noscuntur, & ab alijs reguntur, aliorum, & quidem publicam tutelam & curam subire velle.* *s* item major. vers. minores Instit. de excusat. tutor. *cui adstipulantur* l. nemo Cod. de legat. tut. l. sic eveniet 21. ff. ad l. Jul. de adulter. cap. indecorum de Ætat. & qualitat. ordin. præfic. *Unde Aristoteles* 1. Ethic. cap. 3. *à studio Ethices rudes ab imperio arcet juvenes. Arnisæus in*
91 *sua polit. cap.* 15. † *Licet enim viri juvenes literarum scientia sint tin-*

sint tincti atq; imbuti; substantiali tamen requisito experientia, *cujus in moderanda republica maxima vis est, destituuntur, absq; cujus praesidio respublica administrari nequit.*

92 † *Miles enim sive pugil, uti & nauta, venator, eques, nec non & viator experientia edoctus, duplo perfectior illo rectè censetur, qui ex libris, militiæ, navigationis, gladiatoriæ, venationis, artis equitandi ac viæ notitiam sibi acquisivit.*

93 † *Undè praeclare Aristoteles 6. Ethicorum dixit, Juvenis non potest esse sapiēs; quia prudentia requirit* experientiam, *quæ indiget tempore & usu, quod & Sophia apud Aframium indigitat, inquiens, usus me genuit.* Gell. lib. 13. cap. 8. *Et memoratu digna est vox Themistoclis Anno centesimo septimo agonizantis, qua exclamavit, dolere se quod nunc egrederetur vita, ubi primum sapere cœpisset. Et nostro seculo Bezam sæpè pœnituit juvenilis fervoris & laboris.*

94 † *Juvenilia enim & accensa ejusmodi ingenia, haud absimilia censentur pullis gallinaceis, ingenti studio, indesinenti cantu decertantibus, cum tamen cantu suo noctis & diei tempora magis confundant quàm indicent: Ubi econtra galli adultiores parciùs, intervallis debitis & convenientibus vocem extollant. Senum enim propriè est consilium, ut Eurip. ait* in Menalip. apud Srobejum sermon. 114. *Et Aristot.* 7. polit. cap. 14. ait, *Natura deberi senibus Imperium, unde etiam dicuntur Senatores à Senio, Fenestella ac magistrat. Roman.* tit. de Senat. *Et quanquam consilia juvenum appareant acuta, ingenij pondere roborata & subtilia; in effectu tamen ut plurimum sunt lubrica, reipubl. potius exitiosa quam conducibilia.*

uti novelli Politici Roboami suo exemplo nobis specimen
95 1. Regum 12. reliquerunt. † Quocirca libuit huc transcribere verba prædicti auctoris, Juvenes sunt moribus cupidi, & ad ea quæ concupiscunt conficienda parati: sunt & corporeis voluptatibus, venereis potissimum dediti, earumq; impotentes; sunt inconstantes, & res quas concupiverunt, facilè fastidiunt: valdè concupiscunt, sed protinus conquiescunt, quia acutas habent voluptates, non longas, ut ægrotantium fames & sitis; sunt ad excandescentiam proclives, & ad cũ impetum sequendum parati, & IRÆ obnoxij, quia ob honoris desiderium se parvi fieri pati non possunt, sed ægrè ferunt, si sibi injuriam fieri arbitrantur. Honoris imò victoriæ cupidi sunt; bonis moribus præditi; creduli, spe bona pleni & facilè decipiuntur. hæc Aristoteles.

96 † Senibus quoq; licet à nonnullis meta videatur constituta, ut sexagesimum annum agentes, oneribus reipubl. grava-
97 ri haud debeant; † cum senectus ipsa per se multorum ma-
98 lorum, infirmitatum atq; dolorum sit feracissima † Unde Seneca de brevitate vitæ cap. ultim. refert: à quinquagesimo anno lex militem non cogit: à sexagesimo Senatorem
99 non citat. † Hoc tamen ex dispositione Juris Lubecensis, maturo & sincero eligentium judicio committendum censeo. Articulus enim VI. lib. 1 Tit. 1 statuit, NEMINEM in ordinem Senatorium cooptatum declinare posse hoc munus: nec præsumitur electus, qui per corporis infirmitatem capitolium conscendere, aut ingenij defectu in medium consulere nequit: quinimò

vita com-

vita communis nos docet, non omnium hominum ac senum eandem esse conditionem: alius enim alio est vegetior, laboriosior, & etiam in summa ætate ingenio & acumine judicij instructior: Et quamvis corporis vires, indies deficiant; animi tamē sensus auctiores & firmiores in plerisq; reddūtur.

† MORES. *In Senatore & Consiliario etiam mores* 100
requirimus. Si enim, ut magnus Erasmus tradit, Gallo esset levior, Hispano fastuosior, Italo lascivior, Germano gulosior, Polono furacior, Suevo loquacior, & Phryge stupidior, haud foret admittendus. Respublica enim bona virum bonum requirit, fidum, atq; modestum, non Thrasonem aut Pyrgopolinicem.

† ORTUS. *Ne peregrinis hîc nostrum judicium videa-* 101
tur suspectum, adscribemus quæ Dn. Besoldus ex varijs gentium moribus & auctorum libris congessit. Ortum sive originem quod attinet, Indigenarum ac Civium, potiorem habendam esse rationem omnibus ferè placuit gentibus. Anti-Machiavell. 1. cap. ult. Bodin. 6. de republ. 5. Junius quæst. 15. *Philosophi effatū est,* 5. polit. 10. *Peregrinos civibus præferre, ad mensam vocare, & Reipubl. custodes efficere, Tyrannorum non Regum esse, &c.* adde Speckhan. cent. 2. quæst. 9. class. 1. Mynsing. 4 obs. 30. & ibi notata Arnoldi Reiger. Philip. Hœnon. disput. polit. 3. th. 25. & seqq. *Hinc legibus fundamentalibus quorundam locorum, Peregrini Magistratus improbantur, ut in Belgio* (Meteranus fol. 84) *& in Navarræ Regno fuit receptū.* Hist. de Navarre fol. 604. *ut & in Hungaria quoq;.* vide omninò Mercuire Francois, fol. 23. b. & fol. 106.

102 CENSUS. † *Licet rebuspublicis, muscæ famelicæ, magno*
103 *sint oneri: † Et in legendo Senatore opum consideratio ha-*
104 *benda: † non tamen ex defectu opum,* BONIS, *aditus ad superiora est præcludendus; cum non bonorum affluentia, sed morum integritas virum bonum constituat: Et non tam bona fortunæ, quam bona animi sint attendenda.*
Aristot. 3. polit. 3. Keckerman. 1. polit. 12. Timpler. 2. cap. 2. quæstion. 12. Piccolomin. gradu 10. cap. 20. Besold. clas. 2. disputat. 3. thes. 5. *Plura boni Senatoris requisita desiderans consulat Aristotelem, Platonem, Plutarchum & cæteros recentiores, qui hac de re scripserunt affatim.*

SECTIO XV.

Welcher Ampt.

SUMMARIA.

1. Vocis Ambt/significatio.
2. Mercatoribus, non omninò vilem sordidāq; mercaturam exercentibus portæ dignitatū patēt.
3. Ingens est mercatorum discrimen, etiā in hisce oris maritimis.
4. Origo & laus opificum.
5. Collegiorum, eorundemq; privilegiorum causa.
6. Collegiorum leges & statuta, citra magistratus auctoritatem minimè conduntur.
7. Collegiorum congressus, Lubeca non nisi statis temporibus & locis conceduntur.

1. Was für Personen vnter dem Worte Ambt/begriffen werden.
2. Vornehme Kauffleute vnd Hendeler/ werden zu ehren Emptern vnd zum Rathsstande erfordert.
3. Ein mercklicher vnterscheit / wird auch in Sehestädten vnter Kauffleuten gefunden.
4. Der Handwercker Vrsprung vnd Rhumb.
5. Warumb die Handtwercker mit freyheiten begnadet vnd versehen.
6. Keine zunfft kan sich samblen oder Rollen machen/ohn der Obrigkeit vorwissen vnnd bewilligung.
7. Zu Lubeck / müssen keine Zunfften oder Handtwercker/ausserhalb erleubter zeit vnd örtern/bey hoher straffe nit zusamen komen.
8. Ne reli-

8. Ne religionis quidem cauſſa conventus ſine auctoritate magiſtratus, permiſsi.

9. Cujus generis ſtatuta collegiati facere queant.

10. Statuta & leges collegiorum magiſtratus confirmatione indigent

11. Legum collegiatorũ recitatio, non niſi magiſtratu præſente, permiſſa; Et hujus recitationis uſus

12. Roſtochij ſub pœna arbitraria collegiatis legũ reciratio mandatur.

13. Collegia non juriſdictionem ſed magiſtralem audientiam habent.

14. Collegij ſtatuta, monopolij lucellum redolentia haud tolerãda.

15. Brutum eſt illud mechanicorum ſtatutum, quo ob pecudem interfectam quis ab opificio honeſto arcetur.

16. Emendam offerenti ſi regreſſus ad opificum denegetur, injuriarum actio contra adverſarios competit.

17. Ad nudam delationem ſocij vel alterius privare aliquem exercitio ſuæ profeſſionis incivile eſt & irrationabile.

18. Executionis præcepto, magiſtris artiũ mechanicarũ interdicere famulorũ miniſterio, irrationale eſt.

19. Conſuetudinem evocandi, receſſus Imperij planè abrogarunt.

8. Es können auch keine Bürgere ohn der Obrigkeit erlaubnuß/ in religions ſachen zuſamenkunfften halten.

9. Was für art Satzungen die Empter vnter ſich belieben können.

10. Aller Empter Rollen/ muſſen von der Obrigkeit beſtetiget werden.

11. Keine Ambts Rollen/ können ohn beyſein der Obrigkeit abgeleſen werden/ vnd warumb ſie billig zu leſen.

12. Zu Roſtogk/ werden Järlich bey ſtraff/ die Rollen/ in beyſein der Wetteherrn/ geleſen.

13. Die Alterleute vnd Zunffte/ haben gar keine bottmeſſigkeit/ ohne das ſie zu jhrem Ampt gehörige ſachen/ mögen behören/ vnd gütlich entſcheiden.

14. Eigennützige ſatzungen der Empter ſeine gar nicht nachzugeben.

15. Es iſt gar ein vnuernunfftiges vnd widerrechtliches *ſtatutum*, das ein Handtwercksman/ oder Geſelle/ ſo auch von vnacht jhr ein Thier ertödret/ derhalben ſeiner Freyheit vnd Bruderſchafft ſolle vnfehig getheilt werden.

16. Wann dergleichen Meiſter oder Geſelle ſich zur Außſöhne erbeut/ vnd das Ambt wil jn nicht wider in die zunfft nemen/ ſo kan er ſie ſambt vnd ſonders *injuriarum* belangen.

17. Auff bloſſes ſchelten oder angeben/ vnnd zwar ohn jennigen geführeten beweiß einem erlichen Man oder Geſellen/ daß Handwerck legen/ iſt wider alle Recht vnd billigkeit.

18. Das den Meiſtern ohn rechtmeſſige erkantnuß der Sachen jhre Geſellen verbotte werden/ iſt wider die Vernunfft vñ vnrechte.

19. Das auffreiben der Empter iſt in der Reichs *conſtitutionen* hart verbotten.

20. Idem

20. Idem & politica Heroum Megapolensium constitutio vetat.

21. Num per subsequens matrimonium legitimati, & intra nonum mensem nati consortio collegiatorum indigni sint censendi?

22 Nũ liberi molitorũ, textorũ, opilionũ, Vãdalorũ, & ex Scotia oriũdi à collegijs mechanicis arcẽdi?

23. An statutum, ne quis aliam quàm magistri filiam in matrimonium ducat, sit ferendum?

24. Primicerijs non licet arcæ collegij nummos pro libitu distrahere, sed quotannis rationem eorum exactam collegis suis reddere tenentur.

25. Rectores collegiorum ex ærario collegij de annona civili collegijs prospicere tenentur, ne in charitate annonæ necessaria carius sibi comparare cogantur.

26. Præstat collegij proventus bellicoso Marti, quàm effœminato Baccho, impendere; cum hic una cum accessione ipsam sortem abliguriat: ille verò si non utrumq; alterutrum tamen servet.

27. Qua methodo tabulæ sive librationũ in collegijs cõfici debeãt.

28. Qui de debito collegij teneantur vel minùs.

29. Vocis Lehen/quæ hoc in loco sit significatio.

30. Maxima Senatorij ordinis pars,

20. In der Fürstl. Meckelnb. Policeyordnung wird das aufftreibẽ ebẽmessig/ernstlich verbottẽ.

21. Ob die Kinder / so für dem Neunden Monat geboren / oder durch das eheliche beylager *legitimiret* seyn / der Ambt gerechtigkeit vnfehig zu achten.

22. Ob der Müller/Weber/Scheffer/Wenden vnd Schotten Kinder/auch zu ehrlichen Handtwercken zuverstatten.

23. Ob das *statutum*/daß niemand eine/ausser seines Ambtsbruder oder Meisters Tochter freihe/zugedülden sey.

24. Die Alterleute seynd nicht bemechtiget/ auß der Amptslade die Gelder jhres gefallens außzuthun/ sondern sein schüldig jhren Amptsbrüdern davon Jährlich richtige rechnung zu thun.

25. Den Alterleuten gebührt/auß der Ambtsladen einen Vorrath bey wolfeiler zeit einzukeuffen / damit die Ambtsbrüder in der thewrung jhre notturfft nicht auffs tewreste erkeuffen dürffen.

26. Besser ists des Ambts Vorrath an Wehr vnd Waffen / alß auff fressen vnd sauffen vorwenden / Weil hiedurch *Capital* neben den Zinsen vffgehen/mit Gewehr vnd Waffen aber diese beyde / oder ja deren eins gewisse erhalten wird.

27. Welcher gestalt die Empter jhre Register vnd Rechenbücher halten solten.

28. Welche zu des Ambts schulden antworten müssen oder nicht.

29. Wie das Wort Lehen / alhie zuverstehen sey.

30. Was des Raths meister theil ordnet/ ist

pars, totum collegium repræsentat.

31. Collegarũ votis dualitatẽ excedẽtibus, an pluralitas votorũ tertiæ partis collegarũ, reliquas duas partes, numero cõjuncto tertiam partẽ superãte, sẽtẽtia sua vincat

so trefftig/alß were es von dem gantzen Rathe *approbiret*.

31. Wor die Stimmen in drey Hauffen laufen/ob des dritten theils meinung vorzuziehen/der andern 2. theil meinung/ deren an der zahl mehr/ an *concordirenden* Stimmen aber weiniger seyn.

† WElcher Ampt. *Proprietas vocis* Ampt/ *uti ea in legibus & statutis strictè sonat, sic hoc loco vocabulum Opificum non indistinctè & simul de collegijs mercatorum, & exercitorum navium, sed de societate opificum, tantùm*, von wahren vnd rechten Handtwercks Zünfften *accipiendum.* † *Mercatoribus enim hac nostra constitutione non occluduntur portæ dignitatum, cum ijdem etiam apud Romanos ad jus suffragij admissi fuerint. Sigon.* 2. de Jure Roman. cap. 7. & Cic. V. in Verrem. † *Quemadmodum autem Cicero* 1. officior. *distinguit inter mercaturam tenuem & copiosam: ita in republ. Lubecensi, cæterisq; civitatibus maritimis, maximè apud Hamburgenses, Gedanenses & similes, non unius generis mercatores habentur, prout horũ differentia inferius subjicietur, quæ etiam diligenter notanda. Et quanquam Opifices omni ævo hisce inferiores, tum apud Græcos, tum apud Romanos, nec non & nostrates sint habiti: uti loca* ad art. 1. *superius ex Arnisæo recitata dilucidè evincunt.* † *Cum verò origo hujus ministerij, statim sub Adæ tempora cæperit, ut Gregor. Tholosanus de* republ. lib. 4. cap. 9. n. 4. vers. Deus ex cap. 4. Genes. id probat.

1 2 3 4

Et summus Jehova, Spiritu sapientiæ & intelligentiæ, afflarit eximios reip suæ Judaicæ magistros, inquiens, Vocavi ex nomine Beseleel filium Uri, filij Hur, de tribu Juda, & implevi illum Spiritu Dei sapientia & intelligentia & scientia, in omni opere. *Prudentissimus quoq; Salomon artifices laudat, dicens, Omnes hi in manibus suis speraverunt, & unusquisq; in arte sua sapiens est.* Ecclesiast. cap. 38. v. 35. & seq. *Nec non & Cicero eximio eodem exornat elogio, inquiens, Quid numerē artium multitudinem, sine quibus vita nulla esse potuisset? Quis enim agris subveniret? quis victus aut cultus corporis, nisi tam multæ artes nobis ministrarent?* 2. off. *Et insuper respubl. arte opificio mechanicorum hominum carere nequeat,* leg. 1 π. Quod cujusq; universitas. † *Eamq; ob causam societates, collegij jure sint donatæ.* leg un. Cod. de privil. corpor. lib. 11. *Et quasi in uno generali collegio conclusæ. vide constit. Imperij* Reichs abscheidt zu Augspurgk/ *Anni* 1551. *fol.* 79 *fac.* 2. *vers.* Weiter haben wir. *Idcirco collegia mechanicarum artium dispescimus in generalia & particularia. Illud iterum dividendum in Imperiale, quod in toto Imperio servatur, & Provinciale:* Welchs vnter den Reichs: wie auch Ansehe Städten gehalten wird. *Et hinc tanto magis quilibet magistratus, exactè non tantum suos cives nosse, sed & privilegia eorum tenere debet, ne jus dicendo plus eis indulgeatur, quàm reipubl. salus permittit: vel etiam privilegijs eorum sine urgenti causa quidquam detrahatur. Paucis itaq; de hoc dispiciemus.*

Primo

† *Primò, ut collegij constitutio inconsulto magistratu cu-* 6
juscunq; loci vel civitatis non est permissa, leg. 1. & 3. π. de colleg. & corpor. leg. 7. π. quod cujusq; universitat. nomine. Hartman. lib. 2. obs. 53. obs. 4. *Et audaculi qui inscio superiore hoc tentant, eadem pœna plectantur, qua illi qui loca publica vel templa occupare fuerint conati.* leg. 1. ad l. Jul. majest. leg. 2. de colleg. & corp.
† *Sic Lubeca, collegiorum conventus, non nisi statis à magi-* 7
stratu temporibus & locis, eoq; permittente celebrandi. Un- 8
dè secundo loco haud permissum, ut collegiati vel alij cives & incolæ, religionis causa conveniant, cum turbæ & civiles dis-sensiones, nec non & seditiones inde sint metuendæ. vide Petr. Frider. Mindan. 1. de proces. 30. in fin. *Sic Anglis monopolitis, Hamburgi sine privilegio impetrato, convenire minimè licuit. Sic Alcibiades ab Athenien sib. collegij clandestini ad sacra peragenda convictus, damnatus fuit.* Æmil. probus & Plutarch. in vita Alcibiad. *magistratui enim, & toti Ecclesiæ, cura religionis est commissa, & ad jus superioritatis, non ad singulorum arbitrium pertinet.*

† *Tertiò. Etsi singula collegia, de his quæ ad opificij sui &* 9
collegij conservationem spectant, statuta facere, & ad præscriptum eorum vivere possint, cum operarum promovendarum & honestatis gratiâ, pactionis placitum sit permissum. leg. sodales ult. π. de collegijs. *Eadem tamen, nisi à magistratu* 10
loci fuerint approbata, ipso jure sunt nulla; cùm privatorum consensu jurisdictio nõ detur. leg. privat. Cod. de jurisdi&. † *Quip-* 11
pe nec ea publicare, nec quotannis recitare aut repetere pos-

sunt, nisi Prætore seu Camerarijs, uti appellantur, præsentibus nedum eadem mutare. Joan. Schneidwin. §. Constat. num. 15. Instit. de jure natur. gent. & civili. *Legum verò collegiatarum recitatio, ad informandum judicem & erudiendos collegas,*
12 *singulis annis vel semestribus repetitur.* † *Hinc constitutio politica Senatus Rostochiensis, sub Rubrica,* von vorigen vnd andern Emptern ins gemein/ *jubet, ut singulis annis leges sub arbitraria pœna, recitentur.* §. Es sollen auch alle Empter/ so von vns vnd vnsern Vorfahren/ mit sonderlicher Freyheit begabet/ jhre habende Rollen/ alle Jahr einmahl verlesen lassen/ alles bey wilkürlicher Poen vnd Straffe.

13 † 4. *Collegia non Jurisdictionem propriè sic dictam, sed magistralem audientiam, & quidem de ijs, quæ in tabulis collegij,* in des Ampts Rollen/ *sunt expressa, vel quæ ad artem ejusq; exercitium & professionem spectant, habent. Qui itaq; primicerijs seu senioribus collegij jus ex tabula dicenti non obtemperaverit, mulcta pecuniaria plecti.* leg. 4. Cod. de colleg. *Aut contumaciæ convictus, ad ordinarium loci delatus, pœna graviori in ordinem redigendus, vocari potest.* leg. fin. Cod de Jurisdict.

14 † 5. *Conventa, placita, seu pacta, monopolij odorem spirantia penitus sunt irrita.* leg. un. Cod. de monopolijs. Tholosanus 13. de republ. capit. 3. *Quocirca irritum est mechanicorum statutum, ne, quod unus cæpit, alter perficiat:* daß ein Meister auff des andern arbeit/ vngeachtet derselbe es verseumblich oder vnteuglich treibe vnd mache: oder was einer auch wol verderblich zugeschnitten/ der ander nicht

solle ver-

solle verfertigen. leg. un. Cod. de monopol. Daniel Mollerus lib. 2. Semestr. cap. 16. *Et hoc ipsum artificium placitum in regno Galliæ esse reprobatum testatur, Petrus Rebuff. ad constitution. Galliæ. lib. 2. tractat. de magistr. artificiorum arg. 4. glos. 2. n. 18 & seq.*

† 6. *Brutum quoq; & prorsus Asininum statutum est, quo* 15
juvenes, pueri juxtà & senes, ob canem, porcum, felem, vel simile quod animal interfectum, Wann etwa einer ihres Gewercks einen Hundt/ Katze/ Saw/ oder ander Viehe erschlagen/ deshalber des Handtwercks solle unfehig gehalten werden/ *ab opificio excluduntur: ijsq; aditus ad honestum officium præcluditur. uti hoc ipso tempore hîc exempla memini.* † *Quapropter si ob excessum admissum, se ad e-* 16
mendum obtulerit, & restitui non potuerit, jure omnes & singulos non tantùm convenire potest injuriarum, sed & magistratui ad mulctam persolvendam agere potest: Reip. enim interest, ne numerus magistrorum imminuatur, sed augeatur; maximè cum ejusmodi consuetudo omnis expers sit rationis; portas & valuas otio vel sceleribus perpetrandis aperiat; Christianam charitatem lædat, bonisq; moribus adversetur atq; repugnet. Quippe de excluso recipiendo admoniti, nisi statim eundem admiserint, legis Aquiliæ Edicto ad omne damnum inde datum & acceptum, uti & alimenta tempore exclusionis insumpta, tenentur. tot. tit. ad leg. Aquil. *Quibus verò vel mica salis, pietatis & civilis cognitionis inest, ultrò ab ejusmodi irrationali statuto recedent.*

† 7. *Æquè absurdum, ac ab omni juris ratione alienum* 17

est inventum quorundam, quo ad nudam objectionem, auff bloſſe beſchüldigung/ *imò sæpius ad meram calumniam adversarij, aliquis vir bonus, vel plures ex collegio, sive is magister sit, sive discipulus artis mechanicæ privatur possessione honoris & officij, ac invitus ad agendum compellitur, nec nō eousq; à beneficio & communione collegij arcetur, donec lis mota, finem fuerit sortita. Quamquam potiori jure faciens, injuriam passo à collegio foret arcendus, donec verisimiliter enunciatum probasset. Nam si accusare satis est, etiam innocentissimi calumnia non carebunt.*

18 †8. *Ejusdem farinæ reperitur, & hoc præceptum mechanicum, ad quod de re sæpè vilissima, magistris interdicitur usu & exercitio famulorum, ne opus accusato faciant*, werden den Meiſters die Geſellen verbotten/ *Cum damnum inde emersum sæpius ipsa pœna decuplo sit gravius, nec hoc coercitionis genere, tam ipse nocens, quàm liberi, conjunx, adeoq; tota ejusdem familia plectatur.*

19 † IX. *Vago prorsus & erroneo statuto nōnunquā ad calumniā sparsā aliquis Lubecā, Noriberga aut Roma revocatur* wird vber etliche 20. 50. 100. vñ mehr Meile auffgetrieben. Vide Reichsabſcheidt de Anno 1548. zu Augspurgk/ ſub tit. Von Handtwercks Söhnen/ Geſellen vnd Jungen/ verſ. Es ſollen auch/ in verb. auch keiner den andern weder ſchmehen noch auff vnd vmbtreiben/ noch vnredlich machen. Et paulò poſt: Es ſoll auch der jennige/ der geſchmehet worden/ keines weges auffgetrieben/ ſondern bey ſeinem Handtwerck gelaſſen/ vnd die Handtwercks Geſellen mit vnd neben jhm zu erbeiten ſchüldig ſeyn/ ſo lange biß die angezogene injurien vnd ſchmahe gegen jhme wie ſich gebühret/ erörtert wird.

20† *Hanc Politicam Imperatoris & Imperij constitutionem illustres*

illustres Megapoleos heroes, ad ultimum usq; jota, in provincia sua servandam renovarunt, ac severè omnibus mechanicarum artium magistris idipsum injunxerunt. vide polit. constitut. ducatus Megapoleos sub rubrica, Extract auß des hayligen Reichs ordnung/ *Anno 1548.* auffgerichtet.

† *X. Etsi statutum hocce legibus sit conforme, ne spurij,* 21
incœstuosi, & ex adulterino complexu nati, in collegium sartorium, sutorum, pellionum, vel aliorum opificū recipiantur. Schneidwin. ad § constitut. Instit. de jure Natur. Gent. & Civil. *In hoc tamen limites juris civilis & æquitatis excedunt collegiati, cum legitimatos per subsequens matrimonium, & ante nonum mensem natos, quos vulgò imperitè* Frühe reiffchen *appellitant, à collegij consortio excludunt, imperitè sibi ex mulierc ularum auctoritate persuadentes, septimestrem partum esse immaturū, qui tamē extra controversiam omninò est legitimus.* l. septimo mense ff. de statu homin. *Et priori casu matrimonium subsequens omne vitium tollat.* Novell. 74. & 89. cap. 1. vide Palæotrum de nothis & spurijs cap. 55. plenè hoc tractantem. Wesenbec. in § aliquando autem in verbo efficitur. Instit. de nupt. Hartman. Pistorius lib. 1. Quæst. 30. n. 31. & 26.

† *Nec XI. abs re Imperij Recessibus emendatus & abro-* 22
gatus est vulgi error, de molitorum, textorum, opilionum, Vandalorum, & ex provinciæ Schotiæ oriundorum liberis in collegia mechanica, vel ad functiones publicas non recipiendis; cùm parentum reatus liberis minimè obesse, nec proli dextrè educatæ bonaq; indole præditæ, noxa majorum nocere conveniat. Vide Reichsabscheidt zu Augspurgk Anni 1584 sub rubric.

von Handt-

Von Handtwercks Söhnen / Gesellen / vnd Lehrknaben / fol. mihi 67.

Etsi quoq; XII. libertas matrimonij non facilè sit restrin-
23 *genda*, leg. oratio π. de Sponsalibus. † *Statutum tamen, ne quis aliam, quàm magistri filiam ducat, tolerandum, modò puella sit frugi bonæq; existimationis socia; nec hoc casu procus, ad individuum alligatur, sed optio ex pluribus collegarū filiabus eidem relinquitur*, Vide Vigel. Method. Jur. Civ. lib. 4. c. 3.
24 † *XIII. Etsi collegijs ærarium privatum, arca collegij dictum* **die Ambtslade**/*sit permissum.* leg. 1. § quibus. π. quod cujuscunq; universit. nom. *Neutiquam tamen senioribus collegij, qui in jure nostro primicerij dicuntur*, tot. tit. Cod. de primicerijs *Sic enim dicitur Primicerius Fabricæ* leg. 2. Cod. de Fabricensib. lib. 11. *primicerius domesticorum, protectorum, Equitum*, leg. 2. & leg. ult. Cod. de Domest. *& protector primicerius mensorum* leg. 1. Cod. de Mensoribus tit. 12. *potestas concessa est pro libitu de eo disponendi, nummos collegij distrahendi, aut, uti sæpius usu venit, eosdem abliguriendi: verùm quotannis rationem eorum exactam secundicerijs i.e. collegijs junioribus,* **den andern vnd jüngsten Ambtsbrüdern**/*reddere debent, per ea quæ eleganter tradit* Monoz. de Escobar. in perdocto suo tractatu de Ratiocinijs Administratorum cap. 3. de his qui rationem red-
25 dere adstringuntur. † *Tenentur insuper rectores collegiorum de annona civili prospicere collegio, ac pro nummorum quantitate quotannis rem frumentariam augere, quo collegæ in annonæ charitate habeant, unde necessaria sibi vilius comparent, uti patet ex* tot. tit. & leg. 3. π. de lege Julia de Annona. *Instruere*

ſtruere itidem debent collegium armis, gladijs, ferreis thoracibus, galeis, ſclopetis, ac ſimilibus armorum generibus, quo neceſsitate publica id flagitante, arma inde promere, locumq; ſuum ijsdem tueri valeant. Jus Lubec. art. 1. lib. 1. tit. 2. Ad municipal. arg. leg. 3. § armis π. de vi & vi armata. leg. armorum 41. π. de V. Sign. leg. qui commeatus § arma π. eod. leg. armatos. π. de vi publ.

† *Satius enim eſt proventus collegij bellicoſo Marti, quàm* 26
effœminato Baccho dicare. Cum hic ſortem unà cum acceſſorio abliguriat : ille verò ni utrumq;, alterutrum tamen ut plurimùm conſervat.

XIV. † *Tabulas quoq; collegijs & libros rationum* 27
Zunfft vnd Rechenbücher/ *juſta methodo digeſtas conſignare tenentur, quibus doceatur, quo die & conſule negotium commune ſit expeditum, debitumq; ſocietatis contractum vel perſolutum. Quemadmodum enim pecunia collegio debita, non ſingulis de collegio, ſed corpori debetur, ſic nec quod collegium debet, ſinguli debere dicuntur.* leg. ſicut 7. § ſi quid π. Quod cujuscunq; univerſit. *ſed ſinguli ad quotam quantūq; ad eos pervenit, tenētur.* † *Hinc, qui poſt contractū debitū nomina collegio addicunt, de debito antea contracto nō tenentur* 28
leg. providend. 13. ibiq; Bartol. Cod. de decurion. lib. 10.

Oder Lehen. † *Verbum* Lehen/ *hîc non de nobili feudo* 29
ſeu beneficio, ſed conceſsionibus collegiorum, der Empter/ *ac minorum officiorum accipio. Habent enim & conſules ſua beneficia, officio conſulari adhærentia. Sic Capitaneis urbis, & Præfectis Seropoleos ſua beneficia competunt: quamvis non*

vis non arbitrer hisce dignitatum portas præclusum iri, si reperti fuerint idonei.

Ein Rath/ sive totus Senatus, seu collegium, sive major
30 ejusdem pars. JCtus enim Scævola rectè respondit: † Quod major pars Curiæ efficit, pro eo habetur ac si omnes egerint. leg. 19. ff. ad municipal. Majora cum vota seu numero plura, & maturiora & rectiora censentur. Pontifex enim ait, ubi major est numerus, ibi & è elus dexterior præsumitur. cap. Ecclesia vestra X. de Electi & Elector. potestat. Quod & in eligendo Imperatore collegium Electorum ex præscripto Carolinæ Bullæ observat.

31 † Non inconcinnè hîc quæritur. Si collegium seu ordo senatorius ex viginti quatuor capitibus constans, non in dualitate, sed pluralitate votorum consistat; puta si decem senatorum affirmativæ, septem negativæ sententiæ adhærent, cæteri neutri partium adstipulantur, sed in tertiam sententiam inclinant: An decem illi priores communem & firmam constituant sententiam? Puto quod Non: cum majoris partis totius collegij, & non ex parte collegij partis pluralitas votorum hîc requiratur, & quatuordecim priori sententiæ, in qua decem saltem ex collegio convenerant, repugnent, licet ijdem quatuordecim etiam inter se minimè consentiant. Id quod & de majoritate votorum in Imperatore eligendo observari tradunt Lupoldus de Babenberg cap. 12. de jure Regni. Arumæus discurs. 2. §. 16.

SECTIO

SECTIO XVI.

ARTICULUS SECUNDUS.

WAs ein Rath statuiret vnnd ordnet / sol vnverbrüchlichen gehalten werden / wird von jemandt darwider gehandelt / die hat ein Rath nach jhrer ordnungen vnd willkühren zu straffen.

QVicquid Senatus statuerit ordinaritvé, inviolabiliter servatur: quisquis ei contravenerit, huic ad præscriptum legum & arbitrium Senatus pœnâ indicitur.

SUMMARIA.

1. Senatusconsultum sanctè servandum.
2. Præcipua boni magistratus cura consistere debet in religionis tutela.
3. Troja peritura primùm Deos perdidit.
4. Judæis exilij Babilonici causa primaria fuit Religionis contemptus.
5. Magistratum utriusq; decalogi tabulæ custodem esse decet.
6. Cur apud Judæos atq; Romanos sacerdotij & regni munia fuerint conjuncta.

1. Der Obrigkeit Satz: vnnd Ordnung soll vnverbrüchlich gehalten werden.
2. Ein Obrigkeit soll vnd kan jhr nichts höher lassen angelegen seyn / Als daß sie Gottes Wordt / vnd die heiligen Sacrament rein vnd vnverfelschet behalte / vnd steiff darob halte.
3. Wie der fürtrefflichen Stadt *Troja* vntergang heran nahete / beginte sie jhre Götter zu verachten.
4. Auff veracht der *Religion* seynd die Israeliten in die schwere Babilonische Gefengnuß gerathen.
5. Die Obrigkeit soll vber beyde Taffeln des Gesetzes Gottes halten.
6. Worher bey den Jüden vnd Römern das Priester: vnd Königliche Ampt / *conjungiret* gewesen.

7. Juris Antistites divinarum & humanarum rerum scientiâ habere debent.

8. Sententia qualis in extremo judicio pios ac impios magistratus maneat.

9. Inter statuere & ordinare quid interest secundum jus Lubecense.

10. Discrimen voluntariæ & contentiosæ jurisdictionis est. Jurisconsultorum Romanorum inventum, & summoperè utile.

11. Contentiosa jurisdictio requirit tribunal & formam processus.

12. Voluntaria jurisdicendi potestas, sine strepitu processus, sive in judicio sive extra judicij locum rectè exercetur.

13. Lubecæ voluntaria jurisdictio in æde sacra, nec non judicis ædibus privatis, uti & in platea atq; ruri exercetur.

14. Non solùm Consules, sed & Camerarij, Quæstores, Judices, Dij tutelares sive orphanorum magistri, cæteriq; publica potestate fruentes, voluntariam jurisdictionem exercent.

15. Voluntaria jurisdictio exercetur die feriato, noctu, & quovis tempore, licet judiciorum subsellia quiescant.

19. Voluntaria jurisdictio non exercetur ex placito utriusq; vel alterutrius partis & judicis: Et per eam jus redditur in invitum.

7. Die Rechtsgelärten sollen Geist- vnd Weltlicher Rechte erfahren seyn.

8. Was fromme vnd Gottlose Obrigkeit für ein Vrtheil am Jüngsten Gerichte zu gewarten haben.

9. Was ist für vnterscheidt zwischen dem Richter Ambt / so ordentlich geschicht / vnd selbst richten / welches ohne ordentlichen Proceß geschicht.

10. Der vnterscheidt zwischen dem Richterlichen Ambt / vnd des Richters gewalt / ist bey den Römern erfunden / vnd dieser zeit hochnötig zu wissen.

11. Zum Richterlichen Ambte / vnd *exercitio jurisdictionis* gehöret / ordentlicher weise vnd am Gerichtlichen orte / auch nach art des Processes verfahren.

12. Selbst richterliche Gewalt wird ohne einen ordentlichen Proceß / auff der Gassen vnd in Häusern / nach beschaffenheit der selle *exerciret* vnd verübet.

13. Zu Lübeck werden die *Actus voluntariæ jurisdictionis* von den Herrn Bürgermeistern des Sontages in der Kirchen / in ihren / wie auch der andern Ambtsherrn Heusern / auff der Gassen / im Gefilde / vnd sonst verrichtet oder verübet.

14. Diese macht zu regieren vnd *justitiam* zu *administriren* / stehet nicht allein zu den Herrn Bürgermeistern / Sondern auch den Chämmer: Gewett: Gerichte: Weisen vnd andern Herrn des Raths.

15. Diese *jurisdiction* kan bey nacht vnd in högsten Feyrtagen / auch zu dero zeit / wann alle Gerichte verschlossen / auß dringender noth *exerciret* werden.

16. Diese *jurisdiction* kan alles protestirendes der Parte vngeachtet / gleichwol verübet werden.

17. Qui-

17. Quibus in causis voluntaria jurisdictio exerceri queat.

18. Actum servitutis & manumissionis licet gens Christiana haud agnoscat; proprios tamen cujusque homines, sine strepitu judicij, coram magistratu repetere & dimittere licet.

19. Alterius homo, vi hujus potestatis vero suo restituendus est domino.

20. Ἀπαις filium sibi in magistratus præsentia, vi voluntariæ jurisdictionis adoptare potest.

22. Consules civitatum Imperialium fasces pro tempore tenentes, judices & arbitros ritè dare possunt.

22. Voluntariam jurisdictionem exercens, etiam mulctam indicere potest.

23. Vi voluntariæ jurisdictionis citationem rectè decernit.

24. Citatio est fundamentum omnis processus.

25. Vi voluntariæ jurisdictionis & Realis citatio decernitur.

26. Dilationes sanè, sed non de facili concedendæ.

27. Consul fasces tenens libellos

17. In was fellen die Herrn des Raths ausser Gerichts vnnd ohn Proceß jhre Ambt verrichten können vnd sollen.

18. Ob bey vns Christen der leibeigen Knechtstandt vnnd deren freylassung nicht gebreuchlich/ So stehet doch menniglichem frey seine eigengeborne Vnderthane/ ohn besondern Proceß / bey der Obrigkeit abzufordern / vnd dem Herrn folgen zu lassen.

19. Ein entlauffener Paursman / oder Paurmagt/ wo der oder die vber Jahr oder Tag in dem Bürgerrecht / ohne ansprach geruhsamb gesessen/ kan von dem Richter dem Eigenthumbs Herrn losgegeben/ vnd demselben vberantwortet werden.

20. Es kan sich einer auch ausserhalb Gerichts/ zu seinen Gütern einen Sohn oder Erben/ wol erwehlen.

21. Der worthaltender Bürgermeister kan nach beschaffenheit der Sachen/ auß des Raths mittel oder sonst wol etliche zu Scheidsrichtern erwelē vñ setzē.

22. Die Herrn Bürgermeistere vnd andere Ambtsherrn haben macht / ausserhalb Gerichts bey Straff zu gebieten.

23. In krafft dieser Bottmessigkeit können die Herrn die Parte *citiren.*

24. Es haben sich alle Richter wol vorzusehen/ das sie ohn verhör vnd citiren/ des Beklagten theil ja nichts verabscheiden: dann die citation ist das fundament vnd grundfest der heiligen Justitz.

25. Krafft dieser *jurisdiction* können die Herrn auch den Angriff woll erlauben vnd beschaffen.

26. Es kan zwar vermüge dieser *jurisdiction* oder bottmessigkeit dem Parte von den Herrn dilation vnd frist/ aber gleichwol nicht ohn erhebliche vrsach gegönnet werden.

27. Alle/ auch ordentliche Klagen/ so aus-

ordinarios recipere tenetur.

28 Cuivis, causam propriam defendere cupienti, postulandi potestatem indulgere potest.

29. Dabit Procuratorem Peregrino.

30. Infamibus, certa sede vagantibus urbe interdicit.

31. Miserabilibus personis Procuratores gratis, fideliter tamen, ijsdem inservitum, constituit.

32. Negotiorum gestio absentis vicini vel agnati, vicino vel agnato jure injungitur.

32. Nautis, cauponibus, stabularijs, hospitum receptionem, etiam invitis, injungit.

34. Incivile est, in urbe sive republica benè cõstituta nõ reperiri diversoria, aut caupones, peregrinos excipiẽtes.

35. Nautæ, caupones, & diversoriorum magistri, hospitibus de supellectile & re illata tenentur, quamvis mercedem nullam fuerint stipulati.

36. Amica compositio à bono judice prius tentanda, quàm citatio decernatur.

37. Transactione frustrà tentatâ, & lite in judicium deductâ, judex maturabit litis pendentiam, & hoc tam

ser Gerichtstagen vbergeben werden / kan vnd muß der worthabende Bürgermeister annehmen vnd zu Rathe bringen.

28. Kan einem jeden auff sein begehr / erleuben / seine eigene sache im Gerichte fürzutragen vnd außzuüben.

29. Außlendischen vnd armen Leuten kan er einen Procuratorem vnd Advocatum geben / mit befehle / das sie jhnen mittelst Eides / auch wider den vornembsten jhrer Clienten sollen einrähtig vnd beyständig seyn.

30. Außgestrichnen / entlauffnen / vnd anderm Herrlosen Gesindlein / kan er die Stadt verbieten / vnd dieselben dar hinauß treiben lassen.

31. Armen vnd verlassenen Personen / Witwen vnd Wäysen / sollen *Procuratores* / ohne entgelt / zugeordnet werden.

32. Jemands seiner Geschefftе halber abwesenden Mans guter Verwaltung / kan den Freunden oder Nachbarn / auch wider jhren willen / aufferlegt werden.

33. Allen Gastgebern / Schiffern vnd Krügern / kan die Obrigkeit ernstlich befehlen / daß sie frembde müssen zur Herberg auffnehmen / vnnd was sie bey sich führen / jhnen darzu gewahrsamb verschaffen / zu demselbē auch red vnd andwort gebē.

34. Vnrühmblich ists / wann in Städten nicht Losamenter vnd Herbergen gefunden werden / welche einen frembden Man bequemlich logieren vnd zur Herberg auffnehmen wollen.

35. Alle Wirte / Schiffere vnd Gastgebere seyn schüldig frembder Leute Geräthe vnd wahren / welche sie jhnen auffzuheben zugestellet / zu restituiren / wann sie schon von anders entfrembdet vnd weggebracht weren.

36. Alle Richter sollen zuforderst vnter den streitenden Parten die güte versuchen / ehe sie die Sache zum Rechten verweisen.

37. Wor die güte zerschlagen / vnd die Sache zum Rechtstande verwiesen / sol der Richter / so viel müglich / dem *tergi-*

liti-

litigantibus quàm adminiculantibus injunget.

38. Leges judicij haud servans, vi voluntariæ jurisdictionis arbitrarie punitur.

39. De testamentis parentum & liberorum lis non facile permittenda, sed gladio pacis dirimenda.

40. Heredem, vel bonorum possessorem judex, de hoc jure, intra 30. dies, in possessionem, rei servandæ causa mittet.

41. Post vel ante lapsum 30. dierum supersunt alia juris remedia.

42. Partem hereditatis petens, non minus possessorijs remedijs jure agit, atq; universalis heres.

43. In rei vindicationis judicio victori res sine mora venit restituenda.

44. Vsusfructus abusus sine mora inhibendus.

45. Usufructu legato, consul requisitus, curabit ut à die hereditatis aditæ, legatario cedat & tradatur.

46. Magistratum non minus proprietarij, quàm usufructuarij rationem in eo habere convenit, ut finito usufructu in usufructuario, idem ad proprietarium sine judicij strepitu revertatur.

47. Nuptijs sine parentum, agnato-

verstrenden theile/keine weitleufftigkeit oder gefehrliche Processe verstaten / sondern gebürliche handelung / so wol dem Principaln / als dessen bedingten injungiren.

38. Alle Parteyen/vnd zum Gericht gehörige Personen / so offt sie wider die Gerichtsordnung vnd gemeine Bescheide handeln/können krafft Richterlichen Ambts gestraffet werden.

39. Alle streitige Testament vnd andere Sachen / so wegen Vater : oder Kindtlicher Testamente vnd dergleichen händel sich anspinnen: soll die Obrigkeit durch gütlichen tractat abkürtzen / vnd nicht liederlich zum stand des Rechten verweisen.

40. Alle Erben können ohne / vnd durch Richterliche erlaubnuß/nach diesem Lübischen Rechte / in das Sterbhauß sich hinein setzen oder weisen lassen/zur auffsicht/ vnd bey solchem Besitz geschützet werden.

41. Für oder nach verlauff der 30. tage/ kan ein Erbnehme auch durch andere mittel der rechte den Besitz der Güter vngesewmbt erlangen.

42. Welche nur jhren antheil der Erbschafft zu fordern haben / die können gleich denen/so vmb die gantze Erbschafft anhalten/den besitz bitten vnd erhalten.

43. Alle beweg: vnd vnbewegliche Güter sollen jhren Herrn / so sie mit Rechte erstritten/vngesewmbt durch Richterliche Hülff / wider eingeantwortet vnd vberliefert werden.

44. Des nießlichen gebrauches mißbrauch/ist vnuerzüglich abzuschaffen.

45. Wor jemand der nießliche gebrauch *legiret* ist/gebüret der Obrigkeit/auff geschehenes ersuchen / denselben vngesewmbt daran zuweisen/dem er vermacht vnd legiret ist worden.

46. Der Obrigkeit gebühret / nach erloschenem Nießlichem gebrauch des *usufructuarij* / auch den eigenthumbs Herrn zu seinem Rechten schleunig zuverhelffen.

47. Selbst gemachte Heyrathen/ohne der rumve

rumve consensu acceleratis, vel sponsalibus clam contractis, magistratus pœnæ indictione eas impedire potest.

48. In materia dotis magistratus rectè paratam solutionem ei injungit, qui dotem promisit.

49. Actus donationis ex parte maris, coram duobus Senatoribus expediri potest; Fœminæ verò non nisi coram Senatus tribunali.

§0. Testamenti insinuatio duobus Senatoribus ad id peculiariter adscitis, fieri potest: nec ad hoc plurium testiũ præsentia, nec subscriptione est opꝰ.

§1. In materia contractuum voluntaria jurisdictio præcipuè regnat.

§2. Bona fide creditum, mala fide non est restituendum.

§3. Ad conflictum vel monomachiam aut simile quid properantibus magistratus sub pœna pecuniaria vel corporalis interdicere & eosdem proposito revocare potest.

§4. Nostrarum rerumpubl. magistratui permissum est jurisdictionem suam pœnali judicio tueri.

§5. Duumviri Romani, nostrarum rerumpublicarum Consulib. nequaquam sunt comparandi.

§6. Nostrates enim magistratus pœna pecuniaria vel carcere animadvertunt in contumaciter negligentes in jus vocationem.

Eltern oder nehisten Verwandten *consens* geschlossen/wie auch heimliche verlöbnussen/kan die Obrigkeit bey straffe wol zerstören.

48. Des Brautschatzes vngefeumbteentrichtung/wird von der Obrigkeit billig anbefohlen/der denselbẽ hat außgelobet

49. Eines Mans Personen gabe/vor zween auß dem Rathe geschehen/ist krefftig: einer Frawen gabe aber nicht anders/als wann sie für dem gantzen Rathe geschihet.

§0. Die vbergebung der Testament kan woll für zween/besonders darzu erbetenen Rathsherrn geschehen/vnd ist mehrer Zeugen gegenwart/oder deren subscription gantz ohn vonnöten.

§1. Selbst Richterliche Gewalt kan vornemblich bey den verträgen *exerciret* vnd verübet werden.

§2. Was auff guten Glauben außgeliehen ist/soll man nit mit vntrew widergeltẽ.

§3. Welche sich mit einander reuffen wollen/oder sonst durch gezenck vnglück erregen/denen kan die Obrigkeit bey Gelt oder Leibsstraffe davon abzustehen gebieten.

§4. Vnser Städte Obrigkeit mag jhre Bottmessigkeit mit straffe wol verbieten.

§5. Zwischen der Römischen Städte Obrigkeit/so man *magistratꝰ municipales* geheissen/vnd dieser Städter Obrigkeit/ist gar ein mercklicher vnterscheidt.

§6. Dann vnsere Obrigkeiten belegen mit Geltstraff oder Gefengnuß/welche auff geschehene *citation* mit vorsetzlichem vngehorsam aussenbleiben.

§7. Satis

§7. Satisdationem detrectantes.

§8. In jus vocatum vi eximentes.

§9. Album prætoris, in contemptum magistratus corrumpentes, aut simile horum quid committentes.

60. Modernis civitatum moderatoribus & mulctæ & carceris indictio competit.

61. Hæc & similia Duumviris Romanorum fuerunt interdicta.

62. Romanorum magistratus municipalis, absoluta imperandi potestate minime fuit gavisus.

63. Anseaticarum civitatum magistratibus duumviratus potestatem saltem adscribens, in easdem manifestò injurius existit.

64. Civitates tenuiores, qui non absolutè seu ex præfecti Urbis præscripto Jurisdictionem exercent, civitatibus Romanis ex parte æquiparandæ, utcunq; harum potestas, aliquanto major fuerit.

65. Nostrates enim municipales, licet Jurisdictionis nõ omninò ex asse, sed non rarò saltem ex semisse, triente seu quadrãte participes sint; jus tamen indicẽdi mulctã certis in causis, mittendi in possessionẽ, ex primo vel secũdo decreto, & similia multa habẽt.

66. Quanquam nulli magistratuum in propria sua causa jus dicere permissũ

§7. Welche sich verweigern / die jhnen zuerkandte citation zu bestellen.

§8. Welche mit Gewalt einen auß den Gerichten / oder der Gerichtsdiener henden nehmen.

§9. Welche der Obrigkeit befehlig oder verbott / derselben zu trutz zerreisset / vernichtiget / oder lestert / oder die sonst dergleichen verbrechungen verwircken.

60. Vnserer Städte Obrigkeit / haben gebott vnd verbott in *Civil*: vnd *Criminal*-Sachen.

61. Solche herrligkeit / mit gebieten vnd verbieten / hat bey den Römern kein *magistratus municipalis* / oder steter Rath gehabt.

62. Der Römer Stätter Obere vnnd Eltiste / haben nur in gewissen fellen zu richten vnd zu gebieten gehabt.

63. Wer den Ansehe Städten / weiter nichts / dann der Römer Städte Obrigkeit an Gewalt zuschreibet / der thut denselben vbermessigen Gewaldt.

64. Die Landtstädte / welche nicht selbst richterlich / sondern mit des zugeordnetẽ Stadtvoigts zuziehung / die *jurisdiction* verwalten / können in etwas den Römischen *municipijs* gleich geschätzet werden / wiewol derselben Gewalt höher zuachten ist.

65. Dañ vnsere Landtstädte / ob zwar deren etliche nur den halben / dritten oder vierten theil der *jurisdiction* / vnd dahero rührender gefellen haben / So mögen sie doch ausser dem auch straffen / oder einen in *possession* weisen / vnd den andern entsetzen / vñ sonsten mehr *actus exercirẽ*.

66. Ob zwar keiner Obrigkeit zustehet / in eigner Sachen Richters stelle zu halten,

sit, hoc tamen in pœnis & debitis ad ærarium, uti & auctoritatem magistratus defendendam pertinentibus, haud obtinet.

67. Judex in adeundo & respondendo sit facilis & blandus; in puniendo severus & gravis.

68. Non præstans extremum jurisdictionis, ex Senatus arbitrio punitur.

69. Delinquentem pœna haud secus ac umbra hominem sequi convenit.

ten/so wird doch solches in Straffen/gemeiner Stadt forderung/vnd der Obrigkeit *reputation* erhaltung/nicht *attendiret* oder angesehen.

67 Alle löbliche Regenten vnd Gerichts-Verwaltere/sollen die Parte willig/gern/vnd ohne verdruß hören/ Muthwillen aber ernstlich straffen/ seu, in loco, gute wort geben vnd harte straffe gebrauchen.

68. Wer sich der Obrigkeit verordnung im geringsten widersetzet/wird von denselben billig gestrafft.

69. Straffe soll nicht minder die mißhandlung/als der Schatten dem Menschen folgen.

1 QUAS. † *Quicquid Senatus caussa reipubl. vel constituendæ, vel conservandæ, nec non & augendæ, ejusve eversionis avertendæ, statuit & ordinat; idipsum*
2 *inviolabiliter servandum.* † *In statuendo verò præ cæteris* RELIGIONIS *ac cultus divini cura intentissimè habenda.*
3 † *Nam peritura Troja primùm contemptui habuit Deos.*
4 † *Captivitatis Babilonicæ alia causa fuit nulla, quàm divi-*
5 *ni cultus neglectio.* † *Magistratum enim utriusq; tabulæ custodem esse convenit, utut sæculum hoc nostrum parciùs negligentiusq; attendat Scholarum & Ecclesiarum salutiin deliberationibus politicis prospicere. Quicunq; aures habet ad audiendum, eas hîc arrigat. Ex præcepto vnici humanæ*
6 *salutis præsidis audiat, simulq; † discat, cur apud Judæos & priscos Romanos sacerdotij & regni munera fuerint conjuncta, uti videre est* apud Pompon. Lætum. de sacerdot. Romanor. & Petrum Gregorium Tolosan. 8. de republ. n. 6. *Quâ etiam de causa con-*

ſa conſtitutionibus Imperialibus inſertum fuit, ut † Antiſtites juris noſtri, ſcientiam habeant Rerum divinarum & humanarum. leg. 10. *ſ* ult. ibiq; Dd. π. de Juſtit. & jur. § 1. Inſtit. eod. ibiq; interp. *Severum hocce Dei & Imperatoris præceptum omnes probos, religioniſq; amantes magiſtratus monebit, ut præ cæteris officij & adminiſtrationis ſuæ curis Pietatem, Religionem, & quæ ad cultum divinum ſpectant, ſedulò obſervent, † ſpe indubia ſe hoc modo ſibi, liberis ac poſteritati* 8
longævam atq; perennem pariturum fælicitatem. Deuteronom. 5. Ubi contra ignavos, & quibus Religio eſt contemptui, cum æterno ſuo exitio pœnitebit commiſſæ ſocordiæ, cum die noviſſimo horrendam iſtam audient ſententiam, MALEDICTUS *qui opus Domini fecit fraudulenter.*

Statuiret vnd ordnet. † *Quicquid Senatusconſulto ad* 9
reip. emolumentum per viam contentioſæ & voluntariæ jurisdictioni ſtatuitur, inviolatè ſervandum: Statuere enim eſt, quod ex abſoluta ſummi vel medij magiſtratus auctoritate decernitur. leg. 1. π. Quod quisq; juris in alium ſtatuerit, Ordinare hîc denotat, *quod vi magiſtratus ex voluntaria jurisdictione præcipitur. De utroq; verò hîc ſigillatim paucis agemus. † Ne autem exiſtimes diviſionem Jurisdictio-* 10
nis VOLUNTARIÆ & CONTENTIOSÆ *è pharetra interpretum recens eſſe depromptam, fundamentum ejus invenies* in leg. omnes Proconſules 2. π. de officio proconſul. & legat. *ibi, ſed non* CONTENTIOSAM, *verùm* VOLUNTARIAM. *Et noſtris hodie rebus publicis eſſe frequentiſſi-*

mam ex sequentibus patebit. Quemadmodum verò officium boni magistratus, Rectoris & moderatoris reipubl. consistit non minus in voluntaria quàm contentiosa jurisdictione; daß er nicht weniger wisse/ was jhme ausserhalb Gerichts zu ordnen/ als in judicio zu statuiren gebühre/ cum majorem curam atq; sollicitudinem hæc quàm illa secum ferat: Et nostrarum Rerumpubl. consules atq; Senatores, legum Romanarum inexpertes, non rarò hæsitent, an vi & potestate voluntariæ jurisdictionis hoc vel illud expediri queat; Ob sie bemechtiget/ ausserhalb versambleten Rahts beliebung/ dieses oder jenes zu verordnen/ zu gebieten/ oder zu verbieten. Breviter, non ad dictamen mei ingenij, sed ad formam Juris Lubecani, Actus nonnullos voluntariæ Jurisdictionis in medium proferam, salvo tamen rectiore judicio: non dubitans, sin judicia Romana ad tramitem Juris Lubecensis semper & ubivis locorum minus concinnè fuerint aptata; quin bonus quilibet (Zoilum enim semper excludo) veniam mihi lubens sit largiturus.

Utramq; juridicè, rejectis cæterorum descriptionibus,
11 cum Cujacio definio; ut † Contentiosa sit, quæ tribunal exigit, hoc est, quæ legitimam disceptationem pro tribunali exercendam flagitat. Cujac. ad Novell. 95.

12 † Voluntaria est, quæ exercetur de plano, hoc est, sine strepitu judicij, vel in ædibus privatis, aut in via seu itinere vel ubivis locorum. l. 2. ff. de offic. proconf. & legat. Etiam in æ-
13 de sacra, † uti consuetudo Lubecensis frequentissima docet,

cujus vi-

cujus vigore consules Lubecenses in æde divæ virginis, certo in loco seu sacello, singulis diebus dominicis, etiam feriatis & Deo dicatis conveniunt, & vi voluntariæ jurisdictionis jus inter partes reddunt; & necessitate suadente, caussas expediunt. † Nec potestas hæc solis Dnis. Coss. sed & cæteris Se- 14
natoribus, Judicibus, Camerarijs, Quæstoribus &c. competit. † Quocirca omnes actus, qui sunt voluntariæ jurisdictio- 15
nis, etiam à cæteris judicibus in ipsis ferijs, rectè, quin etiam de nocte expediuntur. l. Actus 8. C. de ferijs. speculator de ferijs. § sequitur. num. 1. Matth. Wesenb. in parat. π. de ferijs num. 5. tametsi in actibus contentiosæ jurisdictionis jus feriatis diebus absq; manifesta nullitate non reddatur. l. 5. & tot. tit. π. de fer. Unde hic notetur generalis regula: Magistratus sive is sit consul vel judex, aut alius ex illorum ordine, etiam ea quæ sunt de classe voluntariæ jurisdictionis, si moram non ferunt, & inevitabile periculum ex mora immineat; seu legem charitatis justitiam protrahendo lædant, ritè, dextrè & extra periculum expedit; atq; Christiana ac legitima metamorphosi contentiosam jurisdictionem in voluntariam transmutat; cum necessitas rumpat etiam firmissima tam divinæ quàm humanæ legis claustra: Et lex necessitati, charitati, utilitatiq; hominum, non verò homo legis causa conditus sit leg. actus 8. cod. de ferijs. Hæcq; differentia nullo alio fine introducta sit, quàm ut, necessitate jubente, magistratus pro arbitrio certa quædam negotia extra locum tribunalis expedire queat. † Neutiquam enim inde voluntaria dicitur quod li- 16

tigantium voluntate peragatur, uti nonnulli existimant. Marant. in spec. part. 4. distinct. 18. *Sed quod ex magistratus voluntate cumprimis dependeat.* d. leg. 1. in verb. proconsules habent. *quod verbū volūtatis effectū sive potestatē nō parti sed judici tribuit. Quocirca ut contentiosa redditur in invitum, sic & voluntaria nonnunquam exercetur alterutro invito: Assentior enim hîc omninò Scipionis Gentilis viri doctissimi interpretationi, quam Cujacianæ definitioni adjecit; Cujacio siquidem definienti, voluntaria exercetur de plano, Scipio Gentilis subjicit, puto eum scripsisse, exerceri etiam de plano, penitus enim sum in ea sententia; Actus aliàs ad contentiosam Jurisdictionem pertinentes expediri nonnunquam voluntaria potestate & Jurisdictione, uti exempla inferius subjecta*

17 *fidem pleniorem nobis conciliabunt.* † *Cum verò ordinem juris Lubecensis in exemplis enodandis, & quidem juxta titulorum seriem sequi me & temporis & pagellarum nostrarum angustia prohibeat: Idcircò hac vice aliquot saltem casus indigitabo, in quibus consules, & nonnunquam etiam Senatores, voluntariam jurisdictionem absq; periculo exer-*

18 *cere queunt.* † *Horum igitur primum est Actus manumissionum. Licet enim seculum nostrum Romanam servitutem, ac proinde etiam manumissionem haud agnoscat,* Ddres communiter ad Tit. Institut. Quibus ex causis manumittere non licet. *Tamen habent pleræq; Provinciæ Germaniæ proprios suos homines seu terræ adscriptos, uti Polonia suos Ktmetones, de* quibus Henricus Husanus in suo tractatu de proprijs hominibus latè

tracta-

tractavit. Horum receptio & manumissio, ihre auff vnd ablassen/ *est solum voluntariæ jurisdictionis.* † *Verùm* 19
si horum quispiam se heri sui Imperio subducere, & Lubecæ vel alibi jura Civitatis redimere tentarit; Is, intra annum repetitus, vi voluntariæ jurisdictionis à judice domino restituendus est. Art. 2. & 3. tit. 2. lib. 1. jur. Lubec.

† *Deinde Adoptionis vestigia nostratibus relicta videmus, ubi* ἄπαις *sobolem sibi adsciscit*: Nimbt einen zum Sohn oder Erben an/ *Et hic Actus vel in Convivijs, vel in itinere, aut etiã privatis in ædibus, præsente tamen consule, rectè expeditur.* d. leg. 2. in verbo Adoptionis. † *Cũ tertiò Senatus Lubecensis ac cæteræ Imperiales Civitates judicis dandi potestatem habeant,* art. 3. lib. 1. tit. 1. in verbo, zu den Sachen verordnet/ arg. l. 3. ff. de jurisdict. *Et judicis datio sit jurisdictionis. d. leg. 3. Ac penes consulẽ verbi tenentem sit jurisdictionis exercitiũ,* art. XI. in verb. Oder Worthabender Bürgermeister/ art. 2. in verb. Von dem Rathe oder Bürgermeister im Worte / lib. 4. tit. 2. de Rapina. *Quidni Consul civitatum Imperialium, pro tempore clavum reip. gerens, inter partes, præsertim mora periculum causante*, Wann es zeit/ ort vnnd gelegenheit der Sachen nicht erdülden kan/ daß die Sache zu ordentlichem Rechte verwiesen werde / *etiam extra ordinem judicem daret; vel ordinarijs judicibus causam celeriter expediendam committeret, ac regiminis vi eisdem hoc injungeret. Quæ enim vi jurisdictionis ordinario superiori competunt, arbitris rectè idem demandat.* leg. 1. ff. de offic. cui mandat. est jurisd. † *Quartò si quis magistratui hoc modo, vo-* 22

luntariæ

luntariæ nimirum jurisdictionis vi, jus dicenti non obtemperaverit, mulctabitur, arg. leg un. ff. si quis jus dicent. art. no-
23 stro 2. Jur. Lubec in verb. ordnet. *volũtariã tribuit.* † 5to *vi volũtariæ jurisdictionis in jg vocabit, seu citationẽ decernet. Et hoc tota die practicatur,* daß die Obrigkeit auch ausserhalb Ge-
24 richtsstadt citationes erleubet. † *cũ sit universi judicij principiũ ac fũdamẽtũ, quo neglecto aut omisso, totus processus est ipso jure nullus.* tot. tit. de in jus vocand. leg. 47. & ibi gloss. ff. de Re judicata. cap. 1. de causs. possess. & propriet. Socin. de citat. art. 2. Philip. Portius lib. 1. commun. opin. concluf. 43. Geil. 1. obs. pract. 48. n. 1. Vant. de Nullit. ex de-
25 fectu citat. num. 1. & 8. † *Quod & de Reali accipio, fuga nimirum vel negotij qualitate eandem suadente. Duplex enim est citatio; alia verbalis, alia realis.* leg. 3. quod metus causa. leg. 10. § 16. ff. quæ in fraud. credit. *Cum verò juris regula vetet neminem domo sua, ceu tutissimo cujusq; receptaculo extrahendum esse.* leg. pleriq; putarunt. 18. leg. sed & si is. 21. ff. de in jus vocand. *quam & interpretes variis ampliant limitationibus, non facilè vi voluntariæ aut contentiosæ jurisdictionis hoc permittendum.*

26 6.to *Dilationes haud facilè & nisi urgenti de causa, cõcedet* tot. tit. de ferijs & dilat.

27 7.to † *Editum ab Actore libellum recipit, eandemq; ad tribunal defert, quod ex quotidiana praxi liquet. Nisi libellus fuerit obscurus, incertus, planè ineptus, de qua re vide* Geil. 1. obs. 62. num. 11. & Obs. 66. n. 12. Wesenbec. in parat. de Edendo. *Cujus requisita in hisce versibus cõprehendũtur vulgaribus:*

Quis, Quid, Coram, Quo, *quo jure petatur, & à quo,*
Rectè compositus quisq; libellus habet.

6,to Postu-

8tò. † *Postulandi in judicio certam potestatem facit. Etsi* 28
enim nostris subsellijs certi causarum patroni præstituti sint;
magistratus tamen pro tempore fasces tenens, actori vel reo,
sive eorundem Advocato ex caussa postulandi facultatem,
in certis tamen causis facit. arg. leg. 1. π. postuland. † *Dabit e-* 29
tiam peregrino procuratorem & patronum, qui æqua merce-
de, operam eidem locet, ejusq; causam contra potentiorem
defendat.

Nonò. † *Nota infamiæ laborantibus, & aliundè adven-* 30
tantibus, civiumq; cœtui se ingerentibus civitate interdicit.
Tot. tit. de his qui notantur infamia. Gebeut billig allen in die Stadt einschleichenden vnd vmblauffenden Heerlosen Gesindlein / so vnredlicher that halber anderswo verfestet / außgestrichen / relegiret / oder zu Buben gemacht seyn / vnd jhres wolverhaltens keinen Glaubwürdigen schein vorzeigen können / bey Sonnenschein die Stadt zu reumen.

Nec non & miserabilibus personis, orphanis, viduis, pere- 31
grè adventantibus & similibus, procuratores constituit, qui
etiam nullius spe præmij causam eorundem pro nosse & posse
defendant. tot. tit. de Procurat. Kan den Procuratorn anbefehlen / daß sie armer Parteyen / Witwen vnnd Waysen Sachen sollen vnd mussen / ohn recompens getrew vnnd fleissig bedienen / *Et quidem sub remotione officij, & repara-*
tione damni ex negligentia orti.

† *Reipubl. quoque interest, ne cujusquam, etiam infimi* 32
civis bona malè administrentur seu negligantur. Quocirca

magistratus vel judex, vi hujus voluntariæ jurisdictionis, vicino aut agnato, sive concivi jure imperat, ut ex justa causa absentis negotia gerant: non quidem ut ea pro suis habeāt, i.e. omne commodum & emolumentum suum faciant; sed ut propria i.e. ac si suis rebus invigilaret, curet. Quemadmodum enim tutelæ munus invito injungitur: tot. tit. de excusat tutot. *sic ex causa, absentis negotiorum gestio agnato, cognato seu vicino, fido tamen, rectè injungitur, cum sit species curatelæ.* Monaz. de Escobar. in suo tractat. de ratiocinijs cap. 3.

33 *Decimò.† Nautis, cauponibus, stabularijs injungit, ut hospites adventantes comiter excipiant, & rem sive supellectilem illorum salvam fore recipiant.* l. 1. & seq. π. nautæ, caup. stabular.

34 *† Indecorum namq; & perquam incivile est, si in Repub. benè constituta, peregrinis de commoditate hospitiorum, haud*

35 *dextrè fuerit prospectum. † Et licet hi nullam mercedem de custodia rei illatæ stipulentur, vel hospes ultrò quid promittat, nihilo tamen secius ad restitutionem rei illatæ & acceptæ tenentur.* leg. 5. π. nautæ, caupon. stabular. Wesenb. in parat. π. ad hunc tit. n. 4. *Nec enim solum obligantur de culpa vel furto proprio, sed & de facto alieno, & quidem eorum qui in navi, caupona & stabulo sunt vel divertunt.* leg. 1. § final. leg. 2. & 3. in princ. π. dict. tit. *Et ex furto alieno rectè conveniuntur.* leg. cum duob. § 2. § damna. π. pro socio. adde Bald. in l. 1. in prima quæst. Cod. depositi. Salicetū in l. Quæ fortuitis. Cod. de pignoratit. action. Wesenb. dicto loco. *Cujus rei etiam apud eundem Dn. Wesenb. limitationem vide jam dicto loco.*

Vndeci-

Vndecimò.† Quò autem judicia, actusq; jurisdictiona- 36
les rectiùs dexteriusq; exerceantur, consuli ceu directori, imò cuivis bono judici competit, ut præ omnibus det operam, inter partes, maximè inter Agnatos, conjuges, parentes ac liberos, ad præscriptum Diocletiani & Maximiliani, prius domi, vel intra privatos parietes amicabilem tentare compositionem, quàm è vestigio citationem decernere: ne judiciorum subsellia repleantur innumeris, & ut plurimum vanis litigijs, partesq; gravissimis divexentur sumptibus. leg. congruentib. cod. de patria potestat. *† Deinde re ad judicialem cognitio-* 37
nem devolutâ, litium abbreviandarum gratiâ, auctoritate voluntariæ jurisdictionis tum judici, tum Actori, tum Reo, nec non & alijs his adminiculantibus personis, causarum nempe patronis, vel in judicio postulantibus, tabellionibus, procuratoribus, à secretis existentibus, actuarijs apparitoribus, qui à pedum celeritate pedelli dicuntur, styli judiciarij observationem severè, ad præscriptum legis properandum, Cod. de judicijs. *imperabit: ut nimirum ex horum numero repertus justo negligentior, commissum resarciat, aut justas inde sibi indictas pœnas luat.* Ist bemechtiget allen dem Gerichte bedieneten zugebieten/daß sie ihre Gerichtsgeschefte/nach besage der Gerichtlichen Ordnung fleissig fortsetzen/vnd die Sachen nicht behindern noch auffhalten. *† Et* 38
quidem sub pœna arbitraria: Cujus sanè jurisdictionis voluntariæ exercitium non minus JUSTITIA *ipsa summè in republica utile est ac necessarium*.

39 *XII.* † *Liberis, adversus parentum testamenta licet concessa sit justa inofficiosi querela: uti è converso parentibus adversus liberorum ultimas voluntates actio: Judex tamen haud facilè, rem ad chartaceum duellum devolvi permittet, verùm constitutis arbitris, viam pacis monstrantibus unicè hoc aget, ut res extra judicij strepitum componatur. Veruntamen alterutra parte obstinatius reluctante, petenti judicium aperiet, causamq; liti committet.* arg. l. 4. π. de inoff. test.

40 *XIII.* † *Civili vel Prætorio aut statutario remedio hereditatis petitionis agentem, si de jure successionis constiterit, vi voluntariæ jurisdictionis intra 30. dies, de jure hoc nostro in possessionem rei servandæ causa mittet. Cum enim heredi, de jure Lubecensi, propria auctoritate intra tricesimum diem possessionem apprehendere liceat.* arg. 27. lib. 2, tit. 2. *quidni magistratus auctoritate idipsum fieret?*

41 *XIV.* † *Supersunt & alia possessoria juris remedia, post tricesimum diem intentanda: Ut interdictum. Quorum bonorum,* tot. tit. π. & cod. quorum bonorum. *Et remedium legis ultimæ* Cod. de Edict. divi Adrian. tollend. ibiq; interpp. communiter. *Alterutro enim horum probato sententia seu immissio petita, confestim respondere debet petitioni.* arg. leg. ut fundus 18. π. communi dividendo. cap. licet. de Simonia.

42 † *Et hoc obtinet si pars hereditatis petatur, cum non omnes ex asse succedunt, aut heredes scribantur.* Wesenbec. in parat. π. si pars heredit. petat. n. 1. *quod enim in toto conceditur, idem nec in parte cuiquam negandum.* leg. quæ de tota 76. π. de rei vindicat.

XV. † *Si*

XV. † *Si rei vindicationis Judicio Reus fuerit conde-* 43
mnatus; magistratus vi voluntariæ jurisdictionis, & quasi ex officio, ocyssimè rem restituet, ac victorem in possessionem ejus mittet, vel etiam ex causa justa dilationem indulgebit. §. 1. Instit. de off. judic. *Idq; statim fieri debere docet.* Wesenbec. in parat. ff. de rei vindicat. num. 9. *Qui verò restituere jussus mandato non obtemperaverit, manu militari coercendus, & domo seu re possessa ejici ac privari potest.* leg. qui restituere 68. ff. de rei vindicat. Wesenb. in paratit. ibid. num. 9.

XVI. † *Cum sæpius aliarum rerum ususfructus alteri* 44
pactionibus vel testamentis, salva tamen semper ejus rei substantia addicatur & concedatur. leg. 1. & leg. sed cũ 65. ff. de usuf. *Cujus tamen abusus sæpè adeò conspicuus est, ut in omnium oculos incurrat; puta arbores fructiferas incidendo,* leg. 9. §. fin. ff. de usufr. *ædes ruinando & non reficiendo.* l. 7. § quoniã d. t. *Et simile quid committendo: ijs casibus de plano judex arbores cæsas non auferre, vel ædes ruinosas reficere, aut simile quid præstare jubet, suamq; auctoritatem interponit.*

XVII. † *Usufructu legato, de potestate voluntaria Con-* 45
sul aditus curabit, ut de plano à die hereditatis aditæ legatario is cedat atq; tradatur. leg. un. § 2. ff. quando dies usufr. legat. cedat.

XIIX. † *Cum etiam correlatorum eadem sit ratio, non* 46
minus usufructuario, proprietarij jus attendatur, ut finito usufructu, idipsum ad proprietarium sine judicij strepitu redeat: Dann es soll eine Obrigkeit auch in solchen fellen/

schleuniges Recht ergehn lasse. *Quocirca si vel usus fructuarius passus fuerit maximā vel mediam capitis diminutionē* leg. corrupt. 16. in fin. Cod. de usufruct. leg 1. π. quib. mod usufr. amittatur. *vel ante decesserit quàm segetes campi demessæ fuerint, fructus arborum, pratorum percepti.* § is verò Instit. de rerum divis. *quamdiu enim fructus adhærent fundo, ejusdem pars esse censentur.* leg. final. 44. π. de rei vindicat. *Et ideo proprietarij sunt.* leg. si servus communis. 61. § locati 5. π. de furt. *vel ædium usufructu concesso eædem exustæ sint.* leg. repeti. §. § rei mutatione 2. π. quib. mod. usufr. amittitur. *vel inter præsentes decennio, inter absentes vicennio non utendo eundem amiserit.* leg. final. Cod. de servitut. leg. corruptionem 16. Cod. de usufr. *His & similibus casibus potius voluntariæ quàm contentiosæ jurisdictionis exercitium admittendum.*

47 *XIX.* † *Quod si filius vel filiafamilias, posthabito agnatorum consensu, ad nuptias consummandas festinarit* art. 2. *vel clam sponsalia contrahere, ac moribus suis indigno nubere tentarit,* art. 3. leg. sed quæ π. de sponsal. *Officiarij Senatus, vi jurisdictionis voluntariæ & pœnæ indictione eis inhibere, & cœptum eorum impedire potest.* d. art. 2. & 4. de sponsalib. & nuptijs. lib. 1. tit. IV. In solchen heimlichen vnd verbottenen Verheuratungen / soll vnd muß *ab inhibitione* vnd durch das verbott / von den Herrn des Raths angefangen werden.

48 *XX.* † *In dotis materia voluntariæ jurisdictionis judicium etiam à consulibus rectè exercetur: injungendo paratam solutionem ei, qui dotem promisit, ut statim à nuptijs, &*

ad sum-

ad summum intra biennium solvat: nisi consensu accipientis & auctoritate consulis exactio fuerit suspensa. art. 1. & 2. in verb. sich bey den Bürgermeistern angegeben. *Dotis enim favor & onus matrimonij postulat, ut de plano promissæ dotis solutio fiat.* Demnach können vnd sollen die Herrn Bürgermeister/krafft tragenden Gewalts/ohne zierlicheit des Processes/ den jungen Eheleuten zu jhren Brautschetzen vnd anderer außstewr verhelffen.

XXI. † Actus donationis ejusq; insinuatio vi volun- 49
tariæ jurisdictionis coram duobus Senatoribus ad eundem deputatis rectè expeditur: si mas donationem fecerit. art. 2. tit. IX lib. 1. de don. leg. consulta. Cod. de Test. & l. in hac Cod. de don. *quarum legum auctoritate insinuationes donationum referuntur ad voluntariam jurisdictionem.* vide Scipion. Gentil. de Jurisdiction. lib. 1. cap. XX. *Fœmina verò non nisi Senatu pro tribunali sedente firmiter donat.* art. 4. Eine Witfraw. in verb. vor dem Rathe. d. lib. 1.

XXII. † Testamenti insinuatio, hoc & civili jure refer- 50
tur ad voluntariam jurisdictionem. Scip. Gent. l. 1. c. 20. de jurisd. *Tametsi solennis apud Romanos sit habita, & Calatis Comitijs convocato populo facta testamenta, uti tradit Gell.* lib. 15. cap. 27. *A nostratibus tamen de plano, & citra ullum judicij strepitum perficitur, adscitis saltem duobus Senatoribus ad insinuationem peculiariter vocatis.* art. 2. in verbis in gegenwart zweyer Rathsmänner/ & art. 4. in verb. welche es/wie gebreuchlich/empfangen/ tit. 1. lib. 2. *Et non minus quam jure civili vo-*

li voluntariæ jurisdictionis perhibetur. arg. leg. consulta. Cod. de testam. Scip. Gentil. d. lib. 1. cap. 2. de jurisdict. *Sic Rostochij ex juris Lubecensis usu, duo Senatores ad hunc actum adsciscuntur, tametsi à Senatu minimè fuerint deputati, cum satis sit si testator eos vocet, illisq; testamentum exhibeat. Nec opus est plurium testium præsentia, uti nec subscriptione, modò Senatores hi diem, locum, annum & rogationem factam tabulis inscribant, vel viva voce actum exhibitionis testentur. Et quanquam textus noster dicto* art. 2. in verb. bey ihrem Eyde/ *sacramentalem assertionem requirat; idipsum non in omni, sed in dubio saltem casu tenet, si de tabulis planè nihil constaret, attestante praxi quotidiana.* Vnd ist also nach Lübischem Rechte/ nicht necessitatis/ das insinuatio testamenti im sitzenden Rathe geschehe/ vnnd daselbsten vom testatore hingebracht werde. Wiewol es dem testatori frey stehet/ ob er in sitzendem Rathe seinen letzten willen vbergeben wolle.

§ 1 *XXIII. † In materia contractuum & obligationum servanda hæc regula: Contractus celerem expeditionem requirentes, & paratam executionem secum trahentes, maximè quæ alterutra parte invita expediri possunt, & à quibus non datur provocatio, de plano & extra tribunal à judice quovis loco, vi voluntariæ jurisdictionis expediri queunt; veluti in causa mutui liquidi.* art. 1. lib. 3. tit. 1. *Cujus vigore judices de simplici & plano debiti executionem & pignorum ablationem rectè decernunt.* art. 5. dict. lib. 3. ibi, mögen die Gerichts-

Gerichtsvoigte durch den Frohnen biß zur zahlung außpfanden lassen / † *nec injuria; cum id quod fide bona creditum alicui fuit, ab eodem fide pessima, actori denegetur.* 52
leg. 1. § illud de separat. leg. Tutor. § cum haberes, ad S. C. Vellejan. leg. ait prætor, 10. § si qnid. ff. quæ in fraud. creditor. Dann weil die Stadt Lübeck/vnd andere an der See belegene Städte/auff Handel/Wandel/vnd Kauffmanschafft bewiedmet/dabey trew vnd Glaube sein muß/Als müssen vnd sollen billig alle Bürgermeister/Rath/Wette vnd andere Ambtsherrn/vber verträge halten/dieselben vnuerzüglich vnd geschwinde/ohne weitleufftigkeit des Processus lassen exequiren/ vnnd sich jhres tragenden Gewalts darein gebrauchen.

XXIV. † *Nonnullis ad certamen, conflictum, aut tumultum confluentibus, seu in rixa existentibus, auctoritate voluntariæ jurisdictionis Consul verbipotens, judex, vel alius è Senatu, sub commination pecuniariæ, aut corporis pœnæ, rectè inhibebit.* art. 4. tit. IV. lib. IV. *Cum enim auctore Justiniano, in publicis delictis executio cuivis de populo detur,* in princip. Instit. de public. judic. *quod verbum executio hic de Accusatione intelliges; Quidni & magistratui?* 53

Nach jhrer Ordnung. ¶ *Juris hujus compilator, respicit ad pœnas & mulctas titt. sequentibus expressas. quarum exempla invenies* in art. XI. & XII. hoc Tit. 1. lib. 1.

Vnd willkühr zu straffen. ¶ *Hic articulus secundus, ad tuendam Senatus Lubecensis auctoritatem est adinventus ac promulgatus: & depromptus est ex Prætoriano edicto.*
in leg. unic. ff. si quis jus dicendi non obtemper. † *Omnibus enim* 54

magistratibus Jurisdictionem suam defendere licet, pœnali judicio secundum jus suæ potestatis. leg. 1. in princ. π. si quis jus dicenti non obtemper.

55 † *Etsi verò jure Romano, duumviris id non licuerit,* dict. leg. un. si quis jus dic. non obtemp. *Et his, quorundam opi-*
56 *nione, hodie civitatum Consules æquiparentur.* † *Tamen intrepidè statuo, omnes civitates, sive majores sint, sive minores, jure Lubecensi utentes, nec non cæteras mero mixtoq; imperio gaudentes, pœnali judicio coercere posse eos, qui jus dicenti non parent: vel ejus auctoritatem contemnunt; aut qui in jus vocati non eunt; nisi fortè eum vocaverit, quem*
57 *ex edicto non debuerit.* leg. fin. π. de jurisdict. † *vel satis aut cautum non dent i. e. sufficientem cautionem de judicio sisti & judicatum solvi, ad judicis decretum non præstant.*
58 leg. 22. de in jus vocand. tot. tit. qui satisdar. cog. † *vel eum qui*
59 *in jus vocatus fuerit, vi eximant,* † *vel album Prætoris corrumpunt, aut simile quid in contemptum magistratus admittunt, hos licitè Senatus, Consul aut judex nostrarum civi-*
60 *tatum animadvertit.* † *Moderni enim judices rectè in carcerem ire jubent, possidere permittunt, non mixtum solùm,*
61 *verùm & merum Imperium exercent:* † *quæ omnia duumviris fuerunt interdicta.* leg. ea quæ 12. π. ad municipal. *Cum hi indicendæ mulctæ jus minimè habuerint, nedum mulctæ caussa in possessionem aliquem miserint.* l. 3. π. de Mod. mulctar. leg. fin. Cod. de defensorib civit. l. 2 5 fin. π. de jud. † *Municipales siquidem Romani non fuerunt justi magistratus, sed de quibusdam*

busdam saltem negotijs judicandi potestatem habuerunt.
§ Et judicare Novell. 15. Scipio Gentil. de jurisdict. lib. 1. cap XX.
† Quod tamen nemo de Consulibus, Senatoribus & magi- 63
stratibus Anseaticarum civitatum, jure Lubecensi utentium, sine manifesta calumnia asseret. † Verùm hoc tempore Ci- 64
vitates provinciales inferiores, die geringen Landtstädte/ qui non à solo magistratu urbano, sed conjunctim à præfecto urbi, von den Stadtvoigten/ reguntur; municipalibus Romanis maxima ex parte æquiparantur, imò præferuntur.
† Licet enim hæ, non ex arbitrio, meri mixtiq; imperij exerci- 65
tium habeant, sed in certis tantum causis: jus dicant. Tamen ex primo & secundo decreto, in possessionem mittunt; & sic possessorem faciunt. Quis verò sit effectus primi & secundi decreti, hîc non disputo, sed ad propriam sedem idipsum remitto: Ac mulctæ, seu fructus jurisdictionis nonnunquam ex semisse, triente, quadrante, vel prout pactio id habet, participes fiunt: minus itaq; peritè à duum virorum potestate, officio, & jurisdictione, ad nostratium Imperium argutabimur. † Et quanquam magistratui minimè liceat de suis suo- 66
rumq; causis jus reddere seu dicere. leg. qui jurisdict. ff. de jurisdict. leg. ult. § penult. Cod. ubi Senatores vel clarissimi conven. deb. Tamen cum judicia, sive causæ, de contumacia, seu contemptu magistratus, ejusq; jurisdictionis, non sint privatæ sed publicæ; nec personæ sed officio illatæ, pertineantq; ad mulctam non personæ, sed fisco sed ærario applicandam leg. 5. Cod. de modo mulctæ, Glos. in. 2. in verb. mulcta ff. si quis jus dicēti nō obtēp.

& ad vindicãdã injuriã publicã, jure magiſtratus, eundẽ
67 *coercet.* † *Cum ex præcepto Calliſtrati, in leg. obſervandum.*
19 π. de offic præſid. *præſes ſeu magiſtratus in adeundo debeat eſſe facilis, & in reſpondendo comis: ſed non admittere, ut auctoritas ſua proſternatur.* Weſenb. in parat. π. Tit. ſi quis jus dicenti non obtemper. n. 4. *Quocirca quæ ad tuendam jurisdictionem pertinent, magiſtratui ſunt conceſſa.* leg. ſi quis id quod 7. π. de jurisdict. *Hinc ſi Civis, vel aliengena; ſive alius, judici noſtrarum Civitatum pro tribunali ſedenti injuriam dixerit, auctoritatem ejus contempſerit, ſive in loco juſtitiæ vel judicij ſe inobedientem, immodeſtumve geſſerit, aut bonis moribus adverſum quid admiſerit: Is in loco admiſſi delicti, tantiſper detineri, aut etiam ad carceres abduci poteſt, dum pro delicti qualitate judicio ſatisfecerit,* tot. tit. ſi quis jus dicent. non obtemper. leg. ſi quis id. π. de juriſdict. leg. conſentaneum 8. ubi gl. ad verb. cogendum. Cod. Quomodo & quando Jud. ſ ſi verò etiam ubi gloſſ. ad verb. omnimodo. in Authent. de exhibend. reis. Bart. ad leg. unic. π. ſi quis jus dicent. non obtemper. Weſenbec. in parat. ad eund. tit. *ubi plures modos coercitionis recenſet. Vel rem ſeu pignus per janitorem ſeu miniſtrum juſtitiæ abs ſe vindicandam,* So er den Raths oder Gerichtsdienern jhre anbefohlenes Gewerb/ oder *execution* nicht leſſet verrichten/ *non fuerit paſſus auferri; ſed per ſe vel ſuos ſe*
68 *eidem oppoſuerit,* thut Pfandtkehrung: † *vel, quod extremũ in jurisdictione eſt, non præſtat;* Wer ſich im geringſten demſelben/ was ein Rath *ſtatuiret* vnd ordnet/ widerſetzet/ *Is ad arbitriũ Senatus, aut judicis punitur. hoc noſtro art. 2.*

Iſt wil-

Ist wilkührlich zu straffen. *Neq; attenditur sive ab Actore vel Reo contumacia fuerit admissa.* l. non debet. 41. ff. de reg. jur. † *delinquentem enim pœna ceu hominem umbra sequi debet.* 69

SECTIO XVII.

ARTICULUS TERTIUS.

WAnn Rathspersonen bey Sachen/ Hendeln vnd Testamenten gewesen/ davon einer oder mehr biß auff einen verstorben würden seyn/ so soll des vberbleibenden Zeugnuß so viel gelden vnnd krafft haben/ als sonsten jhr zweyer: da man jhnen aber solches nicht zutrawen würde/ mag er mit seinem Eidt bekrefftigen/ das die verstorbnen Herrn/ mit jhme vber solcher handlung

VBi ex Senatoribus, qui judiciarijs, vel conventionalibus contractuum, testamentorum, actibus interfuerunt, unus vel plures ad ultimum usq; decesserint; tum superstitis unius elogium, ejus auctoritatis ac valoris, quam alioqui duorum esto: Testimonio vero ejusdem in dubium vocato, demortuos dominos collegas isti actui secum interfuisse, jurato asserto: Hoc

gewesen seyn: welches dahin zuverstehen/wañ sie von dem Rathe zu den Sachē verordnet/vñ was also verhandlet/darbey sol es stett vnd fest bleiben.

to: Hoc tamen tum saltem, ubi ad actum istum Senatus decreto fuerint delegati, obtineto. Et quicquid eum in modum transactum fuerit, id ratum ac firmum censetur.

SUMMARIA.

1. Articulus tertius actus omnes tam civiles quàm criminales cõprehẽdit.
2. Unici Senatoris testimonio ut credatur, delegationem Senatus præcessisse requiritur.
3. Ex obitu unius pluriumve testium ante apertionem tabularum decessorum irritari testamentum, à nonnullis; non verò ab auctore creditur.
4. Saxonica fides quænam?
5. Qua de caussa unico Saxoni, in caussa testamentaria tantum fidei olim adhibitum fuerit, quàm septem Italis, Gallis, ijsq́, vicinis nationibus.
6. In fidei præstatione & publicarum & privatarum actionum fundamentum consistit.
7. Admonitio auctoris utilissima.

1. Diesen dritten Articul vorstehe/ von allen Bürger: vnd peinlichen fällen.
2. Einer Rathspersonen wird kein volliger beweißthumb zugeeignet/als worzu sie vom Rathe *deputiret* vnd verordnet gewesen.
3. Deren Rechtsgelarten meinung/so es dafür halten/ wann ein oder mehr der Zeugen/ welche das Testament mit unterschrieben vnd besiegelt/ für dem testatore versterben/ehe das testament eröffnet/ daß dardurch das gantze Testament zernichtiget werde/ mag in Rechten schwerlich erhalten werden.
4. Was rechter Sachsen glaube sey?
5. Worher einem Sachsen hiebevor/in Testament Sachen/je so stercker glaub/ als sieben Welschen/ oder Frantzosen/ vnd deren benachbarten gegebē wordē.
6. Auff guten Teutschen vnd Sachsen Glauben/seynd bißhero jhre Regiment vnd Hendel festiglich bestanden.
7. Eine fast nötige warnung des *Autoris*.

1 *GEneralis hujus tertij articuli textus est, de omnibus judiciarijs actionibus tam civilibus quàm criminalibus tractans.*

tractans. De contractibus item nominatis vel innominatis. De Testamentis tam solemnibus in scriptis, vel nuncupatione conditis, quàm minus solemnibus, codicillis nimirum, donationibus mortis & liberalitatis meræ causa factis: penitusq; nullam actionem legitimam excludens in verbis, wann sie zu der Sachen. † His expediendis si unus pluresve Senatorum fuerint adhibiti, sive ordinario sive summario in processu, nomine judicis vel arbitri, fidei eorum statur. Fundamentum hujus articuli à legislatore ex constitutionibus Saxoniæ desumptũ esse, in Antithesi mea 56. indigitavi. † Differt verò in hoc à juris Interpp. opinione, statuentium, uno è testibus ad obsignandum testamentum adhibitis, ante vel post mortẽ testatoris decessio, testamentum corruere, eò quod actus recognitionis sigillorũ & manus, sit redditus imperfectus Bartol. in l. 2. in princip. quemadmodum testamenta aperiantur. Jason. Consil. 67. colum. 3. Cæpolla cautela 8. P. Roland. à Valle consil. 36 num. 1. & 2. Volum. 1. Speckhan. Centur. 1. quæstion. 50. De qua tamen Doctorum opinione, haud immeritò dubitatur, cum quinq; vel sex testes superstites, unius vel alterius demortui præsentiam satis abundè testentur: pro decessis quoq; manus & sigilla eorundem militent. Huic verò dogmati instar fidei articulo adhærentes inspiciant tractatum Cautelarum Cæpollæ cautela 88. & Speckhan. dict. quæstion. 50. qui ex parte eas repetendo probat. Cum hoc jure unius Senatorij ordinis testimonium, plenam fidem constituat. † Quod & antiquæ fidei Saxonicæ luculentum & insigne testimonium existit,

2

3

4

existit, qua unici Saxonis elogio, tantundem, quantum septem Italis, Gallis, illiusq; sphæræ vicinis tributum fuit.

5 † *Nec id sane mirum, cum præfatæ gentes innatam levitatem & in decipiendo solertiam sibi etiam laudi ducant; in vicem unici Saxonis constantis, illorum ingens plaustrum ob-*

6 *signationi & subscriptioni fuisse convectum.* † *Cum itaq; prisci Saxones, nostriq; majores, in porrecta viri dextera fidem, existimationem, animum atq; constantiam sitam crediderint; Et cum magno Ulpiano religiosè statuerint:* nihil fidei humanæ tam esse congruum, quam ea, quæ semel placuerunt, servare. leg. 1. π. de pactis. *Dubio minimè committendum, & tum & hodie, in gravissimo testamentario negotio apud Saxones numerum binarium pro sufficienti fuisse*

7 *judicatum.* arg. leg. ubi numerus π. de testibus. † *Caveamus itaq; moderni Saxones, populares amantissimi, ne à tramite prædecessorum deflectamus, & Italorum Gallorumve mores, flagitiosè pretioso hoc thesauro permutemus.*

SECTIO XVII.

ARTICULUS QVARTUS.

Es soll kein Rathman Gifft oder Gabe nehmen/ von wegen der Sachen/ die gemeiner Stadt

NEmo Senatorum munera donave ob causas rempublicam ejusve libertatem pri-

derselben Freyheit / Gerechtigkeit / Gericht vnnd Recht betrifft / des soll sich ein jtzlicher bey seinem Eide entlegē / wañ der Rath vmbgesetzet wird / daß sie solches gehalten haben.

tem, privilegia, judicium ac jura concernentes, capito: idque religiosè abs se præstitum, in officiorum translatione, sub juramento quilibet asserto.

SUMMARIA.

1. Hoc articulo IV. non solis consulibus ac Senatoribus, in specie sic appellatis, sed & Syndicis, Secretarijs, ministrisq; Senatus cæteris, ad ultimum usq; janitorem, munerum captione interdictum.

1. Der vierte Articul Lübischen Rechtens verbeut nicht allein den Herrn des Raths / sondern auch *Syndicis, Secretarijs*, vnd allen andern hohen vnd niedrigen Dienern / biß an den geringsten Thürhüter / geschencke zu nehmen.

2. Etiam ministri, apparitores & janitores, de corruptione suspecti, jurabunt, cum & hi utplurimum, globo feriti argenteo, segnius negotia sibi commissa expediant.

2. Alle Gerichts / Wette / vnd andere Diener / so offt sie verdacht auff sich haben / sollen sich mit dem Eide *purgiren* / Sonderlich / wann sie jhrer Herrn gewerb vnd executiones nachlessig verrichten / vnnd jhren Committenten Brillen auffsetzen / wie ein alt bekandtes Schnitzwerck solches bezeuget.

3. Non rarò SUS MINERVAM, & famulus domini erudiendi & informandi partes sibi arrogat.

3. Vielmals werden etliche Rathsdiener der erfahren: vnd weißheit so voll / das sie jhren Herrn / den Witz wollen einrauen / Vnd was sich bey voriger Regerung begeben habe / lehren / Aber Lecker auß der Küchen / vnd vom Offen hinweg.

4. Δωροφαγίας crimen, licet Zelotypum ha-

4. Ob zwar auß täglicher erfahrung vnzweifflich / daß die scharffe hitze des gerechten Zorns Gottes / die würtzel eines Geldtdürstigen Richters dergestalt

pum habeut Jehovam, pane tamen furtivo nihil dulcius.

5. Quarti hujus articuli scitum prudentissimo consilio adinventum, ac summoperè necessarium.

6. Munera & Reip. & Accipienti, extremè exitiosa.

7. Gentes ex lege naturâ Avaritiam ipso Plutone detestabiliorem putarunt.

8. Vlpiani legis: solent. 6. §. Non v. ff. de offic. procōs. verus & genuinus sensus.

9. Quid differant Munus, donum: & Xenium.

10. Nemini magistratuum dona aut munera capere licet.

11. Xenia judex licitè capit.

12. Non Scyphi argentei vel ex auro conflati sive deaurati.

13. Uti nec boves aut sues, radicem justitiæ eruentes.

14. Nec metretas generosioris vini absq; numero: quo enim merum est limpidius & dulcius, hoc flumen justitiæ redditur turbidius & impurius.

auß dürre/das auch kein bledtlein seines Stammens vnd Rahmens vberbleibe/So bleibt dennoch nichts süssers/als das gestolene Brodt/vnd zum Labetranck nichts kühler/dann der sawre Schweiß/der Armuth vnd der Vnderthanen.

5. Des vierten Articuls ordnung/ist nutz vnd hochnötig.

6. Durch Geschencke vnd Gaben/wird gemeiner Stadt vnd des Regiments Heyl vnnd Wolfarth behindert/der Stadt Freyheit verrathen/die Gerechtigkeit geschendet vnnd adulteriret/das Gerichte vnd Recht gebeuget/der armen Wittwen vnd Waisen gerechte Sachen verkehret/vnd in summa Gottes Zorn vber Obrigkeiten vnd Vnderthanen angezündet.

7. Die Heyden vnd Vnchristen haben den Geitz/erger als den Teuffel selbst gehalten.

8. Rechter verstandt des Gesetzes *Vlpiani*.

9. Was für vnterscheidt sey/zwischen einer Gaben/Geschenck: vnd Verehrung.

10. Es nimbt keine Christliche vnd Auffrichtige Obrigkeit/Gifft oder Gaben.

11. Eine Gauß/Hun/Essen/Fisch/Wildbred/vnd dergleichen Schnabelweide zu nehmen/ist dem Richter vnuerbotten.

12. Gantz nicht aber/einig Silbern oder Gülden Geschirr/oder deren werth zu nehmen/zugelassen.

13. Auch nicht Ochsen/oder Schweine/die mit jhren Hörnern vnd Sawrüsseln durch den Zaun der heiligen Justitz/gewaltsamb hindurch dringen/vnd die Würtzel der Gerechtigkeit auß des Richters Hertz gar herauß wühlen.

14. Auch den Wein so wenig bey massen alß Ohmen vnd Fessern jhm lassen zuschleffen/weil dadurch die rechten Richterlichen gedancken/dermassen gar ersewffet werden/das sie weiter nichts in der hellen/klaren vnd heiligen Justitz/alß der blinde am hellen mittag/sehen können.

15. Quo-

15. Oonopoliorum magistri quid cavere sedulò debeant.

15. Die Weinherrn/ welche sich vnd den jrigen lassen süsse/ Aber Armen / Krancken vnd betrübten Hertzen/sawre/vnd herbe Weine schencken/ laden auff sich der betrübten vnd betlägerigen seufftzen/welches jhnen vnd den jrigen dermahlen hinwiederumb / sawre vnd bittere thränen wird auß den Augen pressen.

16. Cum vina immatura sint venena.

16. Weil vnzeitige / herbe vnnd sawre Weine nach der Herrn Medicorum gezeugnuß/den Krancken vnd Schwachen / nicht sein ein medicin/ sondern ein wahrer venin.

17. A panibus furtivis etiam abstinebit Annonæ magister.

17. Die jennige / welchen der Armuth vnd der gemeine zum besten die Auffsicht des Brods vnd der Victualien befohlen/ dafern sie sich mit geschencktem Brote vnd Braten lassen ersettigen/ vererben auff die jrigen/das dieselben am hunger Brot vnnachlessig werden nagen müssen/dann der elenden seufftzen / ist ein immer zehrender Wurmb in jhrem Brodtkorbe.

18. Sanctè itaq; & pistores cavebunt, ne panum ponderi, seu quantitati & qualitati quidquam desit.

18. Werden demnach solche verordnete Herrn/ besondern die Hauß vnd Weiß Becker / sich höchlich vorsehen/daß dem Brote am gewichte vnnd grosse/nichts ermangele / Dann was sie demselben abziehen/das wird zehenfach jhrem brandtmahligen Gewissen/wider zugelegt vnd auffgebürdet.

19. Laudandæ quatundam Civitatum leges annonariæ.

19. Vieler Städte heilsame ordnung vnd auffsicht wird billig gerühmet / alda Monatlich nach auff vnd abschlag des Getreides / das gewicht vnd masse des Brots/ebenmessig auff/vnd abgesetzet wird.

20. Sæpè in optimarum legum executione, ingens defectus deprehenditur.

20. Offtmals/wird an fortsetzung vnnd *continuirung* heilsamer anordnungen grosser mangel erspüret.

21. Xeniorum receptio, quaudo licita sit, Ulpianus nos docet.

21. Was für Geschencke man nehmen müge/ erlernet man auß den Rechten.

22. Ob suffragium donum datur, & stipulatur.

22. Wegen vnverdechtiger dienste / kan sich jemandt sicher etwas vorehren vnd versprechen lassen/solches auch mahnen.

23. Lex de suffragijs, non est correcta.

23. Diese Käyserliche *constitution*/ von Geschencken vnd derer nemung / ist nit auffgehoben.

24. Quando Senator dextrè munera stipuletur.

24. Wann ein Gericht/oder Rathsherr/ ausserhalb seines Ambts/eines Frembden oder Inheimischen Sache/welche vor jhme nicht schwebt/ offenbahr vnd bekanter weise / in oder ausserhalb Gerichts treibet / durch seine interession vnd vnterhandlung / jhm seine Sache zum guten stand bringet/denselben wider zun ehren/zu Weib/güter/vnd dergleichen ehrlichen Sachen behülfflich ist / dafür kan er sich eine ehrliche Gabe vnd Vorehrung stipuliren oder versprechen lassen.

25. Capit & munera, ex lege & consuetudine sibi debita.

25. Es werden auch billig / von allen Ambtsherin gefordert / was von Recht vnd Alter Gewonheit her / die Companien / Zunfften / Embtern vnd andere Bürger / jhnen Jährlich zu geben schüldig seyn.

26. Munerum omnium teterrima, quæ in hunc articulum quartum impingunt.

26. Es seynd keine schandtloser Schenckgaben / als die diesem vierten Articul zu wider genommen werden: Als wann einer vmb offenbarung geheimer Rathschlege: oder anderer verschweigender handel: oder daß er seine dienste den Stadtfeinden verspricht / vnd sich selber darzu verkaufft: oder der Stadt frey vnd gerechtigkeit in gefahr setzet: oder die heilige Justitz feil bietet: vngeschickte / vntaugliche Leute / zu Rathe vnd Emptern befordert / vnd deßwegen Geschencke nimbt / oder seine Schanckthresor durch derogleiche diebesche griffe lesset ornirē.

27. Verba in fraudem Civitatis, quomodo accipienda.

27. Das wort dieses IV. articuls / gemeiner Stadt / wie solches zuverstehen.

28. Eliminatione secretiorum consiliorum, nihil frequentius, licet nihil ea sit turpius.

28. Es ist leider nichts vblichers / als hohere vnd niederstandes Personen / geheime Rathschlege schandloß außtragen / vnd deren Widerwertigen zu offenbahren.

29. Secreta effutiens, proditionis nota jure insignitur.

29. Wer heimligkeit außschwetzet / der wird billig gleich einē Verräter gestrafft

30. Abscissione linguæ, qua perfidè secreta divulgavit, meritò plectitur.

30. Dem wird seine verräterische / schelmische / eydbrüchige Zunge / billig hinden zum verplanderten Nacken außgertissen / vnnd den Hunden / welchen er wegen seiner verräterey gleichet / zu fressen gegeben.

31. Jus Majestatis, licet jure Romano nemini, præterquā summo Imperatori, competierit: nostro tamen seculo, ejusdem exercitium etiam Principibus & liberis civitatibus competit.

31. Ob gleich / nach der Römer Satz vnd Ordnung / das Mayestatische Recht niemande / Als dem Oberheubt der Monarchey allein zugestanden / So wird doch solches nach jtzigen Römischen Reichs beschaffenheit / zustandt / art / vnd form jtzigen Regiments / auch von Chur vnd Fürsten / wie auch Reichsstädten / solches exerciret vnd gebrauchet.

32. Proditionis, hodie ex usu & exercitio juris Majestatis exasperatur.

32. Der bößhafften Regiments vnnd Stadtverräther straff / wird auß dem gebrauch des Majestatischen Rechts billig gescherpffet / vnd dadurch die Verräther auffs eusserste verfolget.

33. Avaritiæ publicæ crimen, & re-

33. Die Geltsüchtige Richtere vnd Obrigkeiten / welche in jhrem Ambte / gewalt vnd dienste / sich mit Geschenck vnd Gaben bestechen lassen / können etwa vierfaltig so hoch / wie sie bestochen seyn: oder auch / da sie criminaliter belanget werden / mit

petun-

petundarum judicio, coercetur vel criminaliter vel civiliter.

§ 4. Transitoria est ad heredes hæc actio, defuncto repetundarum Reo.

§ 5. Lubecensis reip. statum, dominatum vel superioritatem prodens, rectè ut patriæ hostis, osor, ac everſor plectendus.

§ 6. Patriæ proditores quæ pœna apud Romanos fuerint coerciti.

§ 7. Juris Lubecensis conditores, judiciorum suorum subsellijs jurisjurandi fulcrum submittere voluerunt; ne justitia sese inde subduceret, & astra, ut, proh dolor, apud plerosq; contingit, peteret.

§ 8. Juramenti exactio, cujus articulus hic quartus meminit, gravi consilio ad priscorum seculorum formam, introducta.

§ 9. Constitutionem articuli quarti in viridi florere observantia, nullus dubito, cum abrogationem minimè admittat.

40. Non sufficit generali juramento sese justitiæ devinxisse. Siquidem Lacedæmoniorum reges singulis mensibus juravere.

41. Rectores Academiarum, singulis semestribus juramentum repetunt.

entsetzung jhrer Ehren vnd Dienste / auch wol mit verweisung / oder sonst nach gutachten der Obrigkeit / auch wol zuweilen am leben gestraffet werden.

§ 4. Es können auch die Erben / nach absterben des Verbrechers / auff gewisse masse belanget werden.

§ 5. Wer der Stadt Lübeck / oder anderer Reichsstädte / frey / hoch vnd herrligkeit oder *dominat* / zuverrathen sich vnterstehet / ist als ein verreter des Vaterlandes zu straffen.

§ 6. Stadtverräter seynd bey den Römern / vom Hencker auff Martij Platz geschleppet / vnd an ein auffgerichtetes Holtz gehangen.

§ 7. Die Lübischen Gesetzstiffter / haben darumb jhre Gericht vnd Verwaltung der Justitz mit einem hohen vnd tewren Eydtschwur befestiget / damit die liebe Justitz / wie leider fast allenthalben geschehen / auch von jhnen nicht entweichen / vnd gen Himmel fahren möchte.

§ 8. Die Eydesleistung / deren im 4. Articul erwehnet / ist nützlich vnd nach wolhergebrachtem alten gebrauch / heilsamblich eingeführet.

§ 9. Daß dieser heilsamb erfundener Eydt / noch in vblichem gebrauch sey / ist kein zweiffel / weil er mit fuge nicht kan abgeschaffet werden.

40. Es jrret nicht / daß ein jeder Rathsherr bey seines Ambts eintritt / sich dem gemeinen besten / mit Eyden verwandt gemacht / weil bey den weisen Spartanern / jhre Regenten alle Monat / solch einen Eydt leisten müssten.

41. Die *Rectores* der hohen Schulen / müssen alle halbe Jar / wann der *Rectorat* sie wider trifft / den gewohnlichen Eydt ablegen.

42. Sæpius cives in re viliori annuatim juramentum iterant.

43. Sicubi jusjurandum hoc aliquandiu fuisset neglectũ, haud immerito jure postliminij ejusdẽ usus revocaretur.

44. Vox judicium oder Gericht / in hoc 4. articulo, uti accipiendum.

45. Significatio verborum DO, DICO, ADDICO.

46. Quamvis non semper æquè in dando, quam in dicendo & addicendo Justitia lædatur, ut plurimum tamen in aliquo horum peccatur.

47. Licet hæc quarta lex dura videatur, tamen servanda, cum hæc ipsis Romanis omnino insueta fuerit.

48. Judex, Actor, Reus, testes aut similes personæ dextrè jurando sacratissimas preces, Deo veritatis offerunt.

49. Perjuri mendaciorum parenti tantos quantos se mancipant; nisi seria pœnitentia & fide in Christum mediatorem Deo fuerint reconciliati.

42. In vielen Städten/müssen die Bürger Jährlich den offtgeleisteten Eidt/bey entrichtung jhres Schosses/ oder anderen Sachen widerholen/ oder sich sonsten erklehren.

43. Da dieser Eidt/etwa eine zeit hero in abgang gerathen/were er billig wider in *observantz* zu bringen.

44. Wie ist das Wort des vierten Articuls/Gericht/zuverstehen.

45. Wie ein Richter das Recht soll Hegen/Geben: vnd Sprechen.

46. Ob wol der Richter nicht allzeit in diesen dreen stücken der *Justitien* gleich viel sündigen/so wird doch in deren einẽ zum offtern grosser mangel erspüret.

47. Ob zwar dieser articul / etwas hart vnd schwehr scheinet / So ist doch sein nutz dem gemeinen Regiment vnnd der heiligen Justitz so hoch nötig/ das er billig gehalten wird/ weil auch die Römer sich dergleichen Eyde gebraucht haben.

48. Ein Richter vnd Obrigkeit/wie auch Kläger/oder Beklagter/ dann auch ein Zeuge/vnnd dergleichen Personen / wann sie einen rechten vnnd waren Eydt zu Gott schweren/ thun vnzweiffentlich je so einen waren Gottesdienst / Als wann sie jhre Vater vnser mit andacht sprechen.

49. Meineydige Buben/in dem sie falsch schweren/ werden des Teuffels/als Vaters der lügen leibeigene/ vnnd wird jhnen der Meineydt schwur/in der letzten Todtsstunde vnd Gottes gestrengem Gerichte / ein donnerschlag zur Hellen / vnd eine solche Wunde im Gewissen seyn/ welche nicht/dann durch wahre Buß vnd Bekehrung kan geheilet werden.

1 EIn Rathman/ ¶ *Vocabulum* SENATORUM *hic est* ORDINIS *non* MUNERIS, *uti in* π. *tit. de senatorib. accipitur, denotãs omnes, qui sunt ex ordine & collegio Senatorio. Nec solum consules in Individuo sic nominatos, sed & Syndicos, reip. Advocatos, Procuratores, Secretarios, Protono-*

Protonotarios, Scribas, omnesq; ministros juramento reip. 2
obstrictos per textum expressum in tit. ff. de Senatoribus. cui
subjice Antithesi 58. hac de re abs me congesta, idq; ad
ultimum usq; ministri famulum. † Non immeritò enim, & hi
de munerum captione suspecti, conscientias, si eas habent, ex- 3
onerant. † Quid enim, proh dolor frequentius, quam in ne-
gotijs expeditioni eorum commissis, adversarij pecunia cor-
ruptionem admittere: idq; in tantum ut minimè dubitent,
negotia executioni mandanda, pro libitu suspendere; suisq;
dominis hæc Davi mancipia verba dare: Quod si hîc mihi
fidem detrectas, i saltem percontatum hoc cives honestissi-
mos. Imò non rarò hoc genus hominum tantum sibi arrogat,
ut etiam per vias, latus dominorum claudere non erubescat,
ac in sententijs dicendis, non corpore tantum, sed & animo
dominis suis adstet, ut candido judicantis voto nigrum suum
calculum adjicere haud reformidet. At apagesis morio, &
cancellis tuis te contine. **Kengel vom Offen hinweg/** *ne he-*
ro ulterius sis dedecori. † Vtut autem justissimus ille scele- 4
rum vindex, DEVS, maledictionis fulmine ἀφοφαγίας *crimi-*
nis reos, graviter ferire consueverit, & prolem una cum re-
cula malè parta miserè exstinguat, teste divino Psalte in hy-
mno suo 37. ne familiæ illorum laurus, ex venenato illo suc-
co florens diu succrescat; quod à nostri ævi poetarum princi-
pe Buchanano graphicè descriptum legimus;

Malè parta justus arbiter Dispergetq; & potentiam,
Franget scelesti: dextera Justum sua tuebitur.

Plurimi

Plurimi tamen judices adeò avaritiæ æstro perciti reperiuntur, quibus furtivo hoc pane nihil dulcius; aut nectare, è sanguine & sudore pauperum misto, quidquam suavius; nihilq; ad restinguendam avaritiæ sitim saporosius occurrat; quorum lingua φιλοπλουτίας *sapore adeò dementata, ut præ radice amaræ virtutis ac laborum corticis fastidio, acerrimum illud, & sibi ac suis lethale virus hausturn minimè animadvertat, nedum idipsum sanioris judicij gustu perci-*
5 *piat.* † *Quocirca compilatores juris Lubecensis prudentissimo consilio peculiarem hanc constitutionem* De Mune-
6 ribus *sub periculo conscientiæ fugiendis, tulerunt;* † *haud ignari, quid detrimenti, tum reipubl. tum accipienti; tum parti innocenti exinde proveniat. Cum munerum captione prodatur Reipubl. salus; insidietur libertati & incolumitati Civitatis; negligatur justitia; adulteretur judicium; & corrumpatur virorum bonorum, viduarum, pupillorumq; causa justa; hoc art. nostro IV. Et excœcentur oculi justorum, Deuteron. 15. ac semitæ justitiæ pervertantur, Proverb. 17. sequatur prævaricatio veritatis. can. qui rectè* 11.
7 *quæstion. 3.* † *Quod & Ethnici ex lege naturæ fuerunt assequuti, cum Ægyptij, Thebani, & aliæ gentes, justitiæ imaginem, judicis personam repræsentantes, cœcas & sine manibus fingebant. Diodor. lib. 1. Sic namq; Plutarchus idipsum interpretatur, ne munerum captione, seu oculorum in alicujus gratiam compositione, à vero justitiæ tramite deflecterent, justitiamq; venalem exhiberent. Juris præterea Ro-*

mani con-

ni conditores idem severissima lege interdixerunt, l. solent. 6. § 3. π. de offic. proconsl. leg. plebiscito 18. de offic. præsid.

† *Cum verò dorophagorum patroni abutantur lege Vl-* 8
piani, qua Xeniorum receptionem hunc in modum concedit. Non verò in totum Xenijs abstinere debebit *proconsul, sed modum adjicere, neq; morosè in totum abstineat, neq; avarè Xeniorum modum excedat. Et paulò post: Quantum ad Xenia attinet, audi quid sentiamus, vetus proverbium est,* ἔτε πάντα, ἔτε πάντοτε, ἔτε ὑπὸ πάντων, *i. e. neq; omnia, neq; quovis tempore, neq; ab omnibus. Nam valdè inhumanum est, à nemine accipere; sed passim, utilissimum; & omnia, avarissimi. Hæc Vlpian. Ex distinctione itaq; Jurisconsulti nostri justa, Munerum licitorum & illicitorum differentiam monstrabimus.* † *Differunt enim*, Donum, Munus 9
& Xenium.

Donum siquidem generale nomen est, à donando dictum leg. inter donum π. de verb. sign. *quo significatur id, quod nulla necessitate juris vel officij sed sponte præstatur.* leg. munus 214. π. de V.S. *Munus verò doni species & largitio est, quæ ex aliqua causa fit, cujus species est, suffragium,* Alciat. ad leg. munus 18. π. de V. S.

Xenium appellatur munusculum, quod à provincialibus provinciarum Rectoribus offertur, leg. 6. π. de off. proconsl. leg. un. ne damna pronunc. infligantur in codic. Theodos.

Hæc verò vocum proprietas Vlpiani mentem explicabit, & buccis dorophagorum obicem, illisq; qui insatiabili

prædis & marsupijs aliorum cupiditate, inbiant, frænum in-
10 jiciet. Legem itaq; hanc sic accipito: † Nec consulem, nec pro-
consulem, nec quæstorem, nec judicem, ullumve magistratum
nostri seculi Dona & Munera, citra conscientiæ læsionem
accipere posse. Auctoritate articuli quarti. in verbis Gifft
edder Gaue/h. t. 1. lib. 1. cum illud de donis: hoc de muneri-
bus, rectè accipiatur: præsertim ij quibus publica salaria
sunt constituta, s penult. Novell. 8. ut judices sine quoquo suffragio.
11 † Xenia verò magistratum licite capere. d. leg. solent. & leg.
plebiscito 18. de offic. præsidis constitutum est. Ne autem Xe-
niorum appellatione etiam dona & munera contineri
putes, Juris consulti nostri, quid verbo Xeniorum veniat, sub-
jiciunt, Esculenta nimirum & potulenta (non in annum vel
mensem seponenda, sed proximis duobus diebus consumenda.
Pluralis enim locutio hîc duorum dierum spatio contenta
12 est, leg. ubi numerus π. de probat. † Verbum esculentum hîc mi-
nimè accipiendum de Escario vel Esculo argenteo, quod in-
ter epulandum ministerio inservit, leg. cum aurum π. de aur. & ar-
gent. mund. legat. leg. 8. π. de supel. legat. Nicht die vergüldeten
13 vnd silberne Pocale. † Uti nec accipi debet de pinguibus, pro-
beq; saginatis bobus & porcis, qui instar cornigerorum clau-
stra justitiæ perrumpunt; & grunnitu suo dextram justitiæ
14 vocem eludunt. † Nec de integris dolijs seu metretis genero-
so nectare repletis; cum hæ rectum judicium ita inebrient,
ut rectum justumve ab iniquo injustoq; haud secernant: sed
judices adeò temulentos reddant, quò in semita justitiæ nec
mens nec

mens nec pes suo satis fungatur officio. Vnde liquet, doniola in dicta lege expressa, tantum esse concessa, eaq; strictiore, non verò etiam largiori interpretatione aut manu permissa.

† Cavebunt itaq; œnopoliorum magistri & inspectores, ne 15
generosiori potu inebriati, cæteris vina immatura, austera, minusq; salubria obtrudi patiantur, uti mos hodiernus, minimè tamen commendandus, ut plurimùm fert, unde nihil præter suspiria decumbentium, & valetudinis causa vini haustum sibi comparantium gemitus, in te derivas, qui demum tibi tuisq; exitio futuri sunt certissimo, & aspergine maledictionis linguam eorum impuram & delicatam, tersiorem reddituri. † Cum ex Medicorum judicio vina immatura, 16
austera, minusq; probè defœcata, ægrotis non medicina sed venena; non morbi levamina, sed valetudinis gravamina sint ac jure censeantur: ut ita crimen hoc in quintum decalogi præceptum omninò impingat.

† Vti nec ullus magistratuum permittet panisci sive pa- 17
nibus mendicatis panaria sua repleri, latrantemvè stomachum eodem saturari: qui enim hoc genere panis se reficere gestiunt, ipsimet ni in æternum, proles tamen eorundem hîc certo certius esuriet. † Cave itaq; sis tum annonæ magister, 18
tum pistor quilibet, ne quid, nisi justi ponderis probèq; cocti ex saluberrima farina, non vario leguminum genere misti pinsatur vendaturve; ne, quod justo ponderi ac qualitati defuerit, conscientiæ tuæ oneri accrescat; Et quod furtim pauperibus subtrahitur, peccatorum tuorum cumulo adjiciatur. † Et

19 tur. † Et probandum, imò summoperè commendandum
nonnullorum magistratuum studium, qui ad annonæ fru-
mentariæ incrementum & decrementum, panis quoq; pon-
dus & pretium augendo minuendove quasi ad trutinam
20 revocant. † Quo autem zelo hîc quilibet spartam sibi com-
21 missam ornet; praxis quotidiana nos edocet. † Cum verò,
ex Vlpiani auctoritate, non in totum Xenijs abstinendum;
22 videamus quibus in casibus eadem recipere liceat. † Et pri-
mò quidem ob suffragium, hoc est, opem, consilium & auxi-
lium in suffragando, extra officij sui cancellos, alteri præsti-
tum, rectè Xenia & dona accipiuntur, imò etiam stipulantur.
23 leg. un. cod. de suffragio. † Et quanquam Cujac. ad hunc titu-
lum, legem hanc per Novel. 8. & 161. abrogatam asserat;
eorum tamen sententiam potiorem duco, qui correctionem
ejus ultra Novellæ mentem & verba non admittunt: cum
in utroq; textu limitatè de officio magistratus sine suffragio
conferendo agatur: Et turpe sit honores mercari, eosq; spe
lucri indignis conferre. leg. quisquis 16. cod. si cert. petat. leg. ult.
cod. ad leg. Jul. repetundar. Quamvis Novellæ 161. à Tiberio
24 latæ auctoritas perquam sit exigua. † Unde concludo ma-
gistratum suffragij liciti, non reipubl. non judicij, non officij
causa emendicati, munuscula accipere; utputa, si ad permis-
sionem articuli nostri 8. & ultimi, Senator causam alicujus
agat; intercedendo pœnæ remissionem aut mitigationem
impetret; ut honori ac famæ, nec non & civitati quis resti-
tuatur, obtineat, & similia officia honesta præstet: Quidni ex
auctori-

auctoritate legis unicæ Cod. de suffragijs, certum ex suffragio peteret & acciperet.

† *Deinde quoq; munera, sive potius Xenia licita sunt* 25
auctoritate magistratus constituta. Constat enim magistratibus sive tribuum mechanicarum artium præfectis, certa munera esse constituta in singulos annos persolvenda; utputa recitatis collegij legibus, à pistoribus certi panes: à lanijs, carnes: ab œnopolijs vina; & alia ab alijs, quæ sanè licitè capiuntur; & non absimilem à salarijs speciem habent, cum permittente lege recipiantur. leg. sancimus 6. in verb. exceptis solis salarijs. Cod. ad leg. Jul. repetund. *modò animum atq; oculos accipientis non occœcent: uti sæpius, proh dolor, summo cum reipubl. detrimento fieri, justitiamq; per illã perverti conspicitur* d. l. sancimus Cod. de repetund.

† *Munerum verò captio omnium turpissima, juxta* 26
ac nefaria, atq; sceleris plena est, quæ in fraudem articuli nostri quarti, & reipubl. damnum contingit: puta, reip. secreta muneris causa pandendo: fidem suam alteri obstrictam hosti seu vicino principi addicendo, uti sæpius ejusmodi, proh dolor, & quidem plures in civitatum & alijs collegijs inveniuntur: libertatem urbis prostituendo: justitiam venalem exhibendo: indignis officia publica committendo.

† *Verba enim,* Schenck nehmen von gemeiner Stadt 27
Sachen wegen/ *proditionis crimen indigitant. Qui enim lucri captandi causâ, consilia de reip. salute sub fide agitata, alijs, cumprimis verò hosti pandit, proditionis reum semetipsum con-*

pſum conſtituit. cap. ſacerdos de pæn. diſtinct. 6. cap. clericus 46.
28 diſtinct. cap. ſi peccaverit 2. quæſt. 1. cap. nolite n. quæſt. 3. † *Cum*
itaq́ non rarò è collegijs eliminentur conſilia ſecretiora,
29 † *eaq́ vix ex ore conſulentis prolata ilicò ad caſtra inimica*
deferantur; idq́ illorum perfidia contingere, qui in numero
ordinis Senatorij conſiſtunt, haud ambigendum ſit, cum
ſubſellia, ſcamna & cathedræ iſtius ſceleris minimè capaces
30 *exiſtant:* † *Dignus certè is ipſe proditor, cui lingua ſua ven-*
toſa, prodiga, ſubdola, ſceleſta, & reip. peſtifera in poſteriori
cervicis parte præſcindatur & eximatur, canibusq́ mor-
acibus abſumenda objiciatur: Nec minus & ejus, qui hoſtem
invitat; portæ apertionem illi promittit; aut accepta pecunia
duces hoſtis liberat; aut domi ſuæ reip. hoſtes recipit, occultat
& alit: ſimulq́ hi omnes iſtorumq́ ſimiles majeſtatis pœnâ
31 *damnandi.* † *Nam etſi de jure Romano, Principes, & Civi-*
tates Imperiales, non habeant jus Majeſtatis, cum id ſoli
Imperatori competat. tot. tit. ad leg. Jul. Majeſt. ibiq́, Dd. commun.
Hac tamen præſenti Romano Germanici ſtatus forma con-
ſiderata, etſi Imperiales Civitates non jus Majeſtatis ſibi
propriè vendicent: Exercitium ſanè hujus juris habent.
32 † *Quocirca haud ſiniſtrè plures Doctorum concludunt: Eò*
hodie ſuperiorem recognoſcentes habere jus Majeſtatis, dex-
trè tamen intellectum, cum tantum poſſint in ſuo principatu
& ſtatu, quantum Imperator in Imperio. vid. Menoch. conſil. 99.
n. 62. Decian in practica crimin. lib. 7. cap. 4. num. 4. *diſſidentes Docto-*
rum ſententias ad conſonantiam reducendo. Unde in-
prodito-

proditorem hujus reipubl. aliarumq; Civitatum pœna, in Majestatis reos constituta, rectè exercetur. † *Cum* 33
verò crimen hoc seu species avaritiæ repetundarum judicio coerceatur, ut notat Martianus leg. 1. ff. ad leg. Jul. repetund. *Qui pecunias in magistratu potestatisve curatione, legatione, vel quo alio officio, munere, ministeriove publico ob judicandum cepissent, quive magistratus urbani à sorde non abstinuissent, ad eos pertinet lex Julia repetundarum. Et duplex ex ea oritur Actio, una civilis, altera criminalis. Illa datur in quadruplum ejus quod datum acceptumve est,* leg. ut unius 1. in verb. quadruplũ. leg. sancimus 6. cod. ad L. Jul. repetund. ibiq; Dd. communiter. † *Nec exstinguitur morte rei, sed tran-* 34
sit in heredem, ut ab eo pœna hæc exigatur. leg. ex judiciorum ff. de accusationib. leg. 2. sciant. 2. Cod. ad L. Jul. repet. ibi pœnam abhæredib. *Si tamen pœna hæc intra annum fuit petita à morte ejus, qui hujus criminis convictus est.* Duaren. ad tit. leg. Jul. repet. cap. 3. *Post annum verò ne simplum quidem ab herede exigi posse, cum Duareno dicto loco statuo; nisi quid ad defunctum seu ejus heredem pervenerit.* leg. in heredem ff. de calumniat. tot. tit. de condict. ob turp. vel inhon. cauff. *Hæc sive criminalis actio, publicum judicium quidem constituit, sed extraordinaria & arbitraria est,* leg. lex Iul. 7. ff. ad leg. Jul. repetund. *Et exilio vel relegatione, vel remotione ab officio, nonnunquam morte punitur, si accepta pecunia vel calore iracundiæ, seu inimicitia ductus innocentem ad mortem damnaverit.* d. l. 7. ff. ad L. repet. ibiq; Dd. communiter. *His conjunge, quæ superius fol. 155. usq; ad verb. avaritia non deditũ, congessimus.*

Deren

35 Deren Freyheit ¶ † *Qui enim muneribus corruptus, immunitates reipublicæ Lubecensis, ejusdem statum, dominatum & superioritatem imminuere, corrumpere, jugumq; servitutis obtrudere tentarit; is libertatis proditor, patriæ*
36 *hostis, ac perduellionis reus jure censebitur.* † *Cum crimen sit gravissimum & atrocissimum, pecuniæ gratia immunitates liberæ reipubl. venundare. Et hac de causa prisci Romani perduellionis damnatos, per carnificem publicè trahi, & in crucem in campo Martio defixam agi jubebant, uti ex oratione Ciceronis pro Cajo Rabirio perduellionis Reo. Item ex Valerij libro sexto, cap. 5. Et Dionis libro 37. ubi hoc judicium commemorat, abundè colligitur, & aliàs per se liquet. Similimas namq; pœnas, & hisce ferè graviores dedêre plures perduellionis rei & hujus reip. hostes, quorum meminit Hermannus Bonnus in Enchiridio suo historiæ Lubecensis.*

37 Gerechtigkeit. ¶ † *Cum, proh dolor,* Justitia *mortalibus abdicatis olympum conscenderit, Juris hujus conditores eandem sacramenti mysterio revocare, ac præsidem*
36 *judicij sui constituere cupiêre:* † *unde non tantum graviter, sed etiam prudenter hanc legem tulêre; ut justitiæ sacerdotes quotannis conscientias suas juramento exonerent, se justitiæ administratæ nomine nihil quidquam à quoquam accepisse: uti nec odio, livore, amore jus reddidisse: Cum justitia hinc nomen sortita sit, quod cuiq;, nullo personarum respectu habito, jus sistat; æquè inopi atq; potenti suum tribuat; &*

constantem

ac perpetuam voluntatem juri reddundo servet. leg. 10. ff. de just. & jure princip. instit. eod. tit. *Unde Cotta rectè in principio de natura Deorum negavit, justitiam ibi esse, ubi jus esset nullum. Et prisci justitiam Jovis filiam, ac Deam summoperè colendam finxere; eiq; Sacerdotes justitiæ ceu comites adjunxere, ut castissimæ hujus Nymphæ pudicitiam intactam, & nullatenus à recti tramite deflecterent.* † *Dubioq;* 39
prorsus caret, salubberrimæ hujus constitutionis usum, perpetuo sartum tectum conservatum iri, cum sit anima justitiæ, medulla legum, frenum regiminis & clavis totius gubernationis, quam moderatoribus hujus reipublicæ, ceu hereditario jure à majoribus acceptum, in sui emolumentum nec abrogare nec immutare licet. † *Nec juvat, juramenti generalis se-* 40
mel præstiti religionem hîc prætendere, & repetitionem ejusdem odiosam & supervacaneam allegare; Lacedæmoniorum siquidem Reges, teste Xenophonte, singulis mensibus juramento religiosè se obstringere tenebantur, se, secundum patrias rempubl. gubernaturos leges: † *Uti & Academiarum* 41
Rectores sceptra reassumentes, tactis sacrosanctis Evangelijs, se pro Nosse & Posse *Reipubl. litterariæ utilitati & commodo invigilaturos, jurant.* † *Quinimò in re longè vi-* 42
liori, cives, collectas indictas, singulis vicibus juramento repetito præstare coguntur. † *Tantum itaq; abest, ut hæc con-* 43
stitutio abrogari queat; ut etiam ad tempus intermissa, jure postliminij omninò in usum foret revocanda, & à singulis magistratibus servanda atq; imitanda, cum aliàs rerum

tilium abusus plus nimio assiduus ac frequens reperiatur.

44 Gericht vnd Recht. ¶† *Vox judicium hîc non locum justitiæ denotat, in quo jus reddatur; ut aliàs non rarò accipi consuevit.* leg. ult. ff. de just. & jur. *Sed Munus seu officium*

45† *in tribus hisce verbis,*

DO: DICO: ADDICO.

hodie ut olim exercendum. Et si quis in uno, pecuniæ amore seductus, negligens seu injustus deprehensus fuerit, merito pœnæ judicis, malè judicantis, subjiciatur. Bonus enim JUDEX, *judicium postulantibus* DARE *debet, hoc enim primum & monosyllabicum verbum* DO, *expostulat. Cavebit itaq; ne amore, odio, lucellove tactus, ulli vel civi aut peregrino, ordinarium sive extraordinarium; publicum sive privatum; civile sive criminale judicium deneget, cùm non sibi,*

46*nec homini, sed ipsi* DEO *justitiam administret.* † *Deinde si constans censeri cupit,* DICERE *etiam jus debet, & hoc dissyllabicum verbum* DICO *ab eo exigit.*

Tertiò, ut victori rem ADDICAT, *sontem damnet, insontẽ inservet. Hoc enim trisyllabica vox* ADDICO *desiderat. Etsi verò amor pecuniæ non semper æquè acriter tria hæc requisita impugnet, ut plurimum tamen, in eorum vel primũ, vel secundum, vel tertium irrepere, & virus suum dispergere consuevit. Et hac de causa Senatores Lubecenses, tactis sacrosanctis tabulis, juratò asserunt, se neq; in* DANDO *neq;* DICENDO: *vel* ADDICENDO *justitiæ defuisse; aut ut horum aliquod sinistrè administrarent, se à quoquam cor-*

rumpi

rumpi passos fuisse, ut ita sibimetipsis ac conscientiæ suæ, justitiæ, ac Deo satisfaciant. † Quamvis autem jurisjurandi 47
hujus exactio, ex parte dura, virosq; bonos, præter meritum suspicione gravare videatur: Non tamen eam prorsus iniquam, aut à civili, gentiumq; more alienam esse, ex Romanorum regimine liquet, qui magistratus suos provinciales, simili genere jurisjurandi justitiæ devinxerunt. per leg. sancimus 6, in verb. jurati Cod. ad leg. Jul. repetund. Novell. 8. Petrus Gregorius 36. Syntagm. 28. n. 3. & 4. † Nec ambigendum Deo gra- 48
tiorem victimam offerri haud posse, quàm ut conscientias suas ab avaritiæ crimine puras & immaculatas ipsi καρδιογνώστι ultrò aperiant, & se omni sinistra suspicione liberent. Ajuduce enim de justitia benè administranda: à litigatoribus de calumnia & vitiligio fugiendo; à teste de veritate dicenda, præstitum juramentum, Deo æquè gratum & acceptum accidit, ac si orationem recitaret Dominicam, cùm sit invocatio nominis divini, de aperienda veritate, & justitia facienda. † Perjuri verò & δωροφαγίας veneno infecti, certius ni- 49
hil exspectabunt, quàm quod perjuria sua, ipsis in agone mortis & extremo judicio, nec non & coram tribunali Judicis severissimi, futura sint tremenda fulmina, ac conscientiarum letalia vulnera, nullo, nisi veræ contritionis emplastro delinienda atq; sananda. Cautus itaq; manus suas ab ære ejusmodi alieno, non minus, atq; candenti ferro contineat.

SECTIO XIIX.

ARTICULUS QVINTUS.

VAter vnd Sohn / so wol auch zwene Brüder / können zugleich nicht Rathman seyn / noch gekoren werden: Verstirbet aber deren einer / oder verzeihet sich mit wissen vnd willen des Raths / so mag man den andern / wañ er des Standes wirdig / wol zu Rathe kiesen.

PArens cum filio, uti & bini fratres, ut uno eodemque tempore Senatorio munere fungantur, aut in Senatum legantur haud permittitor. Alterutro verò horum mortuo, aut sciente adstipulanteq; Senatu, se magistratu abdicante, alter eorum, dignus repertus, in Senatum licitè adsciscitor.

SUMMARIA.

1. Articuli V. intellectus.

2. Statuti verba odiosa, & adscensum ad honores præcludentia, strictissimè accipienda.

3. Defuncti fratris filius, unà cum patruo, ad honores admittitur.

1. Der fünffte Articul redet von Follen / auch Halbbrüdern / nicht aber von erkornen oder adoptirten / noch zusamengebrachten Kindern.

2. Alle Statuten vnd ordnungen / so etwas hart der Freyheit vnd dignitæten zu wider ordnen / soll man ausser jhrem rechten wortverstande / nicht extendiren oder außdehnen.

3. Eines verstorbenen Bruders Sohn / kan mit seines Vatern Bruder / zugleich wol zu Rathe sitzen.

4. Affines

4. Affines ulterioris gradus, etiam non repellendi.
5. Inclusio unius, est exclusio alterius, sive expressio firmat regulam in non expressis.
6. Articuli noni, hujus primi libri & tituli sensus.
7. Ubi de ordine Senatorio dignis, fuerit tractatum.
8. In Senatorium ordinem cooptatus non, nisi Senatus autoritate & consensu adspirante, se hoc munere haud abdicabit.

4. Schwägere/ vnd in weiteren Gradverwante/ seynd auch nit außzuschliessē.
5. Was in solchen fällen nicht außbedinget wird / solches ist für zulässig zu halten.
6. Wie der neunde Articul zuverstehen sey.
7. An welchem ort zuvor/ von des Raths-standes würdigen/ gehandelt sey.
8. Wer einmahl zum Bürgermeister/ oder Rathsstand erwehlet ist / kan ohne wissen vnd willen des Raths/ sich dessen nicht begeben noch anderswo verbindlich machen.

ARticulus hicce, tam de uterinis, quàm germanis fratribus, non verò etiam de adoptivis & per secundas nuptias parentum, prolis unione conjunctis, von zweyer Eheleute zusammengebrachten Kindern/ *agit.* † *Verba enim statuti, & quidem odiosa, portamq; dignitatum præcludentia, strictissimè, & nullatenus largè, per extensionem sunt accipienda.* 1 2

Zwene Brüder. § † *Quid de patruo & nepote ex fratre? Illos simul admittendos puto; cum non reperiantur exclusi.* † *Adfines itaq;, & alij ultra sanguinem fraternum conjuncti, qualis est nepos ex fratre, sive patruus, patruelis & similes, seu ulteriores, minimè excluduntur, argumento articuli 7. hujus tituli, cujus permissu consanguinei agnati simul recipiuntur.* † *Deinde per regulam inclusivam, quæ non comprehensos & nominatim expressos excludit.* † *Nec* 3 4 5 6

dubium hîc te reddat nonus, tituli hujus, articulus; tantum enim abeſt, ut huic contrarietur, ut potius noſtram confirmet ſententiam; ſi namq; adfines & agnati, in Senatum non cooptarentur, præceptum illud de ſe abdicando conſilio fruſtraneum foret.

7 † *Qui verò hoc ordine dicantur digni, ſuperius ad articulum primum hujus primi libri prolixius indigitavi, quò lectorem hîc remitto, qui & videat* leg. ſancimus Cod. ad l. Ju-

8 liam repetundarum. † *tàm ex verbis, quàm mente hujus articuli deprehendes, nec Conſulem, nec Senatorem, in ordinem cooptatum, invito vel inſcio Senatu, ſe abdicare poſſe magiſtratu, hîc in verbis:* **Mit wiſſen vnd willen**: *quæ præſcientiam applauſum exprimunt. vid. Antith. noſtram 52.*

SECTIO XIX.

ARTICULUS SEXTUS.

NIemand/der zu Rath oder Bürgermeiſter gekoren wird/kan ſich deſſen wehrē/bey verluſt der Stadt wohnung/vnd zehē marck Lötiges Goldes.

NUllus, in Senatorem vel Conſulem electus, id muneris detractato: ſecus qui faxit, urbis habitatione privator, & inſuper decem auri marcis mulctator.

Summa-

SUMMARIA.

1. NEMO, cujus significationis & effectus hoc in loco sit.

1. Das Wordt niemand/begreifft so wol die schlechten Einwohner als Erbgesessene Bürger.

2. Nec Doctor aut miles ab hoc munenere exemptione gaudet.

2. Alle Bürger vnd Einwohner / ob sie gleich graduirtes oder Adeliches Standes seyn/müssen sich des Raths wahl vntergeben.

3. Incolatus jus ad onera ferenda quemlibet adstringit.

3. Die vergünstigte Stadtwohnung/verbindet einen zu der Stadt bürden.

4. Civitatis commodum ejusdem onus comitari decet, ut umbra hominem.

4. Wor ein Bürger der Stadt freyheit wil geniessen / dar muß er sich auch gemeiner beschwerde nit lassen verdriesse.

5. Decurionatus vel Senatoria dignitas est munus ordinarium.

5. Der mühe des Rathsstandes/vermag sich niemand zuentbrechen.

6. Rationes à Dn. Wesenbecio, pro exemptione à decurionatu allegatæ, juri Lubecensi non quadrant.

6. Die vnterschietliche Vrsachen vom Herrn Wesembecio zusammen getragen / Ob solte ein Doctor wider seinen willen nicht können zum Rathstande erfordert werden/mügen auff das Lübische Recht/vnd ders Stadt Regiment füglich nicht gezogen werden.

7. Manifestò enim in hac republica, & alijs Civitatibus, contrarium & statutum, & observatum.

7. Sintemal im Lübischen Rechte solchs anders verordnet / auch so wol daselbst als in andern Seestädten/das contrarium allezeit observiret worden.

8. Consuetudo & jus statutarium hac in parte juri communi derogat.

8. Eignes / wilkührliches Bürger vnnd Stadtrecht/ wie auch gewonheit vbertrifft in diesem fall das gemeine beschriebene Recht.

9. Quod & in statuto Dn. Wesenbecius haud obscurè admittit.

9. Welches auch der Herr Wesenbech/ so weit es durch Stadt Recht anders eingeführet/selbst nachgibt.

10. In civitatibus maritimis passim exempla, jus consuetudine probatum, docent.

10. In den Seestädten wird dis Lübesche Recht durch vnderschiedliche *exempla illustriret.*

11. Facultas juridica Rostochiensis, ad præscriptum juris Lubecensis respondit.

11. Das löbliche *Collegium* der Juristen Facultet zu Rostock / hat für langen Jahren nach beschriebenen Lübischem Rechte respondiret/daß Doctoren / so vnter der Stadt Obrigkeit seyn / sich der Rathswahl nicht können eussern.

12. Munus Senatorium subire detre-

12. Wer sich in solchem angetragenen

ctanti, interdicitur urbis commoratione, non cætero jure.

13. Longè minor est privatio habitationis, quàm amissio civitatis.

Ampte beharlich vngehorsamb bezeigt/ wird der Stadt Wohnung/ aber nicht des Bürgerrechts verlustig.

13. Ein mercklicher vnderscheidt ists/ einem der Stadt wohnung verweigern/ vnd einem der Stadt freyheit verlustig ertheilen.

1 NEmo incolarum vel civium, Lubecam, seu intra ejus fines cum familia habitandi gratiâ commeantium, si ad hoc onus, quod ab ignotis pro eximio habetur munere, fuerit legitimè vocatus, idipsum detrectare potest. Dictio enim Niemandt sive Nemo, aut Nullus, est vox universalis sive generalis. leg. stipulatio ista §. sed si quis ff. de verb. oblig. Et verbum Nemo, componitur à Ne & Homo, quasi dicas, ne homo quidam excusatur, ut Festus hoc docet; seu pro Nemo omninò. uti Plaut. in Truculent. nulla ominò excusatione valente. sive Nullus i.e. Non ullus, Nicht einer/ uti
2 Cicero de Amicitia id accepit. † Sive itaq; sit gradu Doctorali insignitus, sive cingulo militari decoratus, sive alio titulo, aut nobilitatis genere clarus, si urbem Lubecam, cæteras q; civitates Lubecensi jure utentes, inhabitare constituerit omninò honorem, sive potius onus sibi delatum, in se derivare tenetur. † Ad hoc enim ipsum cogit jus incolatum, quod
3 ad oneris hujus receptionem etiam invitos adigit. leg. privilegio. leg. si in patria Cod. de incolis, lib. 10. † Deinde com-
4 modorum participatio, quæ & incommodorum susceptionem ex æqui-

ex æquitate naturali suadet, leg. secundum 10. π. de R. J.
† *Tum quod & decurionatus sit munus ordinarium, cujus* 5
susceptionẽ nemo detrectare potest. uti Wesenbec. hoc peculiari consilio latius prosequitur. † *Et quanquam præfatus Au-* 6
ctor indistinctè Doctores ab hoc onere eximat; textus tamen ab eo allegati, de Professoribus & Medicis tantum, loquuntur, uti communior Doctorũ sententia habet. Nec est ut quisquam rationes pro contraria sententia adductas, ad hoc jus Lubecense detorqueat; † *cùm hisce in locis, non tantùm* 7
contrarium consuetudine, sed hoc ipso etiam jure statutario, à Majestate Cæsarea confirmato, expressè sit constitutum atq; receptum, uti exempla quamplurima testantur. † *Consue-* 8
tudo verò secundum Albertum de Rosato in repetit. Rubric. de Muneribus num. 3. & 7. *in omnibus ejusmodi casibus servanda.* per leg. Honores, Cod. de Decurionib. lib. 10. leg. Honor. § de oneribus π. de munerib. Joannes de Platea, in Rubric. Cod. Quemadmod. Civil. muner. indic. lib. 10. † *Et licet Wesenbec.*d. consil. 40. n. 69. 9
per omnia consuetudini haud assentiatur, cujus vis tamen permagna est, leg. 2. Cod. *quæ sit longa consuetudo. attamen jam dicto consilio 40. n. 69. haud obscurè fatetur, si scripto jure aliud fuerit statutum, idipsum esse servandum. Cum itaq; hoc in casu jus scriptum exstet, meritò idipsum sequendum venit, & cessant rationes Wesenbecianæ, præfato consilio allegatæ.* † *Quinimò & hoc jus, non solum Lubecæ, sed et-* 10
jam in aliarum Anseaticarum civitatum, jure Lubecensi utentium, judicijs servari experientia rerum magistra testatur. † *Et*

11 tur. † *Et in hanc sententiam Facultas juridica Rostochiensis respondit, Senatui Wismariensi, Doctorem in suum ordinem, licet invitum, cooptanti.*

12 Bey verluſt der Stadt wohnung. § † *Hoc munus detrectanti interdicitur jure habitationis: non verò etiam jure Civitatis.* † *longè enim minus est jus habitationis, quàm civitatis,* § sed si cui habitatio Instit. de usu & habitat. *Retinet itaq; jura agendi, testandi, contrahendi, secundum Civitatis jura. de quibus suo tempore latius.*

13

SECTIO XX.

ARTICULUS SEPTIMUS.

WErde jemandt im Rathe beneñet/den man in den Rath erwehlen wil/ ſo ſollen ſeine Blutfreunde vñ Schwägere im Rathe auffſtehen/ vnd in die Hörkammer gehen/ damit eine freye wahle ſeyn möge.

IN Senatus lectione aliquis nominatus, ordini eorum cooptandus, ejus Agnati & Affines, semet consultatione abdicanto, & pro votorum libertate in conclave silentij secedunto.

Summa-

SUMMARIA.

1. Articulus septimus cum sequente nono conferendus.
2. Jus agnationis, utplurimùm nobis magis cordi est, quàm Jus veritatis.
3. In Senatorium ordinem cooptandi vitia, non minus atq; virtutes, ad amussim sunt examinandæ.
4. Malæ radicis, mali exspectandi sunt fructus.
5. Veritas odium parit.
6. Votorum paritas & dissensus num sorte dirimendus.

1. Der Neunde Articul wird mit diesem Siebenden füglich *conferiret*.
2. Das Geblüth vnd die Verwantnuß gilt offtmals mehr in vnserm Gehirn/ dann das liebe Recht.
3. Einer Person / die in den Rath zuerwehlen/ vitia/ wie er sich von Jugend auff vnd sonst im handel vnd wandel verhalten/ sollen nicht weniger/ als seine virtutes angesehen/ vnnd erwogen werden.
4. Wor die Würtzel des Hertzen in der Jugend / durch vnerbares Lebend ein schandfleckig mahl vberkommen/ davon ist keine gute Frucht zugewarten.
5. Die Warheit gebieret Haß vnd Neidt.
6. In gleichen vnnd zweyhelligen *votis* soll nach der Römer art/ durch das Loß/ die wahl bestetiget werden.

Lieffreunde. ¶ *Collationem † septimi & noni Articulorum, hujus Tit. lectoris diligentiæ & judicio relinquo.* 1

† *Summam verò huic constitutio habet rationem, cum eos quos amamus, seu qui sanguinis vel affinitatis nexu nobis conjuncti sunt, magis juxtà affectus, quàm veritatem commendare soleamus.* 2

Darmit eine freye wahle seyn möge. ¶ *In mores enim eligendi accuratè inquirendum, & tàm vitia quàm virtutes probè examinandæ; cum odorem quo semel est imbuta recens testa diu servet; † Et lolij radix, non violas, non chariophilas aut rosas, sed Zizania producat, ita & pravi vitæ anteactæ mores, perversa gignant consilia, † quarum commemoratio* 3 4 5

6 *apud agnatos odium parere consuevit.* † *Quid autem, si vota Senatorum eligentium, fuerint paria? Sorti negotium rectè committitur, cum hanc à Deo dirigi, divina, civilia & politica jura consuetudine roborata,* probent. Num. 26. & 33. Deuteron. 1. Actor. Apostol. 1. vers. 26. leg. 13. π. de judic. leg. Generaliter, § proinde vers. & fortassis π. de fideicommiss. libertat. leg. 2. post princip. Cod. Quando & quib. quart. pars lib. 10 *Et Romæ dignitates omnes per sortem cuilibet obvenerint.* Livius lib. 2. de sortition. lib. 5. decad. 4. Sueton. cap. 18.

SECTIO XXI.

ARTICULUS OCTAVUS.

WAnn ein Rathman einen oder mehr/ einem andern vor Gericht oder sonsten in handlung beystandt leistet/ vnd alsdann dieselbe Sache vor den Rath gebracht vnnd tractirt wird/ Da sich nu der Rath darüber berathschlagen würde/ so sollen dieselben Rathspersonē

ALiquo vel pluribus Senatoribus alteri in Judicio aut negotii compositione assistentibus, causaque tandem ad Senatum devoluta; in eius deliberatione illi Senatorum, qui antea judiciali actui vel compositionis tractatui interfuerunt, non minus atque

welche hiebevorn vor Gerichte beystandt geleistet/ vnd bey der handlung gewesen/ von dem Rathe in die Hörkammer weichen/ gleich den andern seinen Blutfreundē vñ Schwägern/ Es were dann/ daß sie der Rath darzu verordnet hette.

atque agnati & affines istius recedunto, ni fortē Senatus eosdem actui isti præfecerit.

SUMMARIA.

1. Articuli hujus sanctio judicibus meritò sancta esse debet.

1. Dieser Articul ist allen Richtern sehr hochnötig / vnd gleichsam für heilig zu halten.

2. Sunt qui & Judicis & Advocati personas in una eademq; causſa sustinere consueverunt.

2. Es werden zuweilen erfunden / welche in einer Sachen/ Richterstandt vnd *Advocaten* Stelle / verwalten können.

3. Isti licet lynce acutiores semet putent, talpis tamen cœciores sunt.

3. Ob zwar solche Gesellen vermeinen/ sie treiben solches gantz vnvermercket durch/ so wirds doch zum offtern so grob vnd handtgreifflich / daß es auch die Pauren vnd Kinder vermercken.

4. Judicem & Advocatum simul agere scelus est gravissimum.

4. Zugleich Richters vnd Advocaten Stelle in einer Sachen verwalten/ ist ein Ertzbuben vnd Schelmstuck. Dann erstlich bricht er den Glauben / damit er sich gegen die heilige Justitz verwandt gemachet. Darnach wird er ein Eydbrüchtiger Schelm/ in dem er den Eydt/ so er etwa seinem Herrn oder Regiment geschworen/ schendtlich violiret. Vors dritte/ nimbt er zu besteckung seines gewissens vnd ehrlichen Namens Geschencke oder Hellenküchlein. Zum vierten / erweckt er vber sich Gottes gerechten Zorn. Zum fünfften/ betrübet vnd betreuget er seinen Nehesten. Zum sechsten/ hanget er seinem Nahmen vnd Leumuth selbst ein Schand: vnd Brandtmahl an. Zum sibenden / bringet er sich vnd die seinen in das eusserste verderb/ wo nicht gar vmb die Seeligkeit.

1 PErquam necessaria est, † non Lubecensium duntaxat, sed & sublimiorum judiciorum moderatoribus nonnullis, sacratissimæ hujus constitutionis assidua perlustratio &
2 ruminatio; † cùm non rarò inveniantur, quos avaritiæ & nummorum amor, adeò occupavit & excæcavit, ut non suis solum, & quibus favent, jus reddant, sed & ejusdem causæ patrocinium & judicium in se recipiant, & sic patronum & judicem, contra Edicti prohibitionem, cujus Vlpian. in leg. qui jurisdictioni 10. π. de jurisdict. mentionem facit, si-
3 mul agant. † Et licet arbitrentur, se hoc ita callide, astutè & clanculum peragere, sæpius tamen perfidiæ, sive potius perjurij & sceleris hujus adeò luculentia exstant documenta, ut quilibet Mœlibeus hocipsum olfaciat, nedum
4 ut sagaciores id persentiscant. † Grave autem, imò execrandum hoc esse scelus omni dubio caret; cùm fidem justitiæ juratam frangant, leg. 1. de pactis. Juramentum Domino & Reipublicæ præstitum violent; Munera contra conscientiam capiant; Deum offendant; Proximum lædant; Conscientiæ suæ & famæ notam ignominiæ & perpetuæ damnationis inurant. Væ enim qui spolias; spoliaberis enim vicissim, extremumq; exitium, teste Psalte, hymno 37. tibi tuisq; accelerabis.

SECTIO

SECTIO XXII.

ARTICVLUS NONVS.

Vnter den Blutfreun-den vnd Schwägern/ welche sich des Rath-schlages wegen jhrer Freunde zu eussern schüldich/ sollen die jenigen gemeinet seyn / welche einander im dritten Gliedt gleicher Linien/ wie in Ehesachen/ so wol der Blutfreundschafft als Schwägerschafft verwandt seyn.

GRadus agnationis & affinitatis à consilijs aliquem excludens, in tertio geniculo lineæ æqualis computator, quo in causis matrimonialibus agnatorum & affinium præsentia interdicitur.

SUMMARIA.

1. Quid Nonus hic articulus complectatur.
2. Gradus vocabulum quomodo hîc accipiendum.

1. Was dieser Reunde Articul in sich begreiffe.
2. Wie das Wörtlein Gliedt allhie zuverstehen sey.

EPilogus hujus Noni articuli rem ipsam aliquantò latius, quàm nudus verborum cortex promittere videtur explicat.

plicat. Non enim ad hanc prohibitorum classem, ij saltem & strictè, qui in tertio agnationis & affinitatis gradu sunt, referuntur, sed & insuper omnes, inter quos justæ nuptiæ minimè consistunt. Qualis est gener, socer, vitricus, privignus, sobrinus, &c. leg. Lex Cornelia. §. π. de injurijs & famosis libellis.

2 Welche einander im dritten Gliedt. ¶ † *Gradum hîc haud cum Civilis, sed Canonici juris atoribus accipies & computabis. In matrimonialibus enim non tertius gradus juris Civilis sed Canonici attenditur, licet consistoria nostra etiam in tertio gradu lineæ inæqualis matrimonia ex causa tum admittant, ut suo loco docebimus.*

SECTIO XXIII.

ARTICVLVS DECIMVS.

SO ein Rath ein oder mehr Rathspersonen zu einer Legation verordnen würde / zu Wasser oder zu Lande / es sey wohin es wolle / die sollen sich solcher Reise nicht verweigern / es verhindere sie dann solche

UNi vel pluribus Senatorij ordinis legationis munere terra marive, vel quocunque id sit, à Senatu injuncto, iter illud nequaquam detrectato, ni valetudo adversa, aut legale impedimentum, Senatui probatum, eosdem excuset; quo

solche Kranckheit oder Ehehaffte noth / die dem Rathe erwiesen ist / so stehet es alßdann bey dem Rath / ob sie die Personen der Reise erlassen wollen / So wol auch / ob nach ihrer widerkunfft sie davor verehret werden sollen / oder nicht.

set; quo tamen casu Senatus arbitrio permittitor, an personis Electis vacationem indulgere, uti & reversas, honorario afficere, velit aut nolit.

SUMMARIA.

1. Quid hicce Articulus tractet.
2. Cui magistratui seu ordini Senatorio competat legationem instituere.
3. Quot numero, Legati mittendi.
4. Legationis munus arduum.
5. Vocabulum Senatorum uti hic accipiendum.
6. Prima Legati qualitas, sit fides & taciturnitas.

1. Worvon dieser Articul handele.
2. Welcher Obrigkeit nachgegeben / eine Legation zuverordnen.
3. Vber drey Personen / sollen zur Legation nicht verordnet werden / Es erfordere dann der Sachen wichtigkeit vnd auctoritet.
4. Weil Legationes viel auff sich tragen / seynd darzu solche Personen zuverordnen / von denen man keinen schimpff / oder vnglimpff zugewarten hat.
5. Das wort Rathsherrn / was es alhie vor Personen in sich begreiffe.
6. Solch eine Persone / der heimligkeit zuverschweigen vnd bey sich zubehalten schwer fellet / ist durchauß / zu keinem offentlichem Ambt / oder Legation / viel weniger zu wichtigen händeln / zuverstaten / noch zuberuffen / weil dem Regiment keine grössere gefahr / alß von solchem Menschen / er sey auch sonsten qualificiret wie er wolle / kan zustehen.

7. Ut non sobrius saltem, sed & ebrius linguæ moderari sciat.

8. Legatus nihil diligentiæ in se desiderari patietur.

9. Legatum facundia & eloquentia plurimùm: loquentia parùm ornat.

10. Avaritiæ vitium fugiet.

11. Ordinis Senatorij splendor, quemlibet etiam de collegio, etiam invitũ, ad munus hoc suscipiendum, cogit.

12. Morbus, grandior ætas, & odium, præstant excusationem.

13. Animosus, non supercilios us ut sit Legatus, omninò necessum est.

14. Nec is mittendus, cui aditus, ab eo ad quem extrudendus, sit præclusus.

15. Legatione expedita, missionis eventum fideliter enarrabit.

16. Reipubl. expedit, secretiora Legationis, non toti ordini, seu pleno consessui: sed directoribus negotij referre.

17. Senatus arbitrio datur, legatione expedita, missos honorare vel vacuos domum remittere.

7. Es muß auch solch eine Persone / seinem Maule wissen zugebieten / weil nichts leichtlichers / dann beym Gesoffe / des Hertzen grund zuerfischen vnd zu fangen.

8. Ein Legat muß mit bedechtlicher Eil / vnd fleiß / seine Gewerbe verrichten.

9. Einem Legato / stehet nichts bessers zu / denn daß er ein zierlicher Redener / aber kein Schwetzer sey.

10. Kein Legat soll sich mit Geschencken bestechen lassen / dadurch heimligkeiten von jhme können erpresset werden.

11. Alle Rathspersonen / vnd Bediente / seynd verbunden / auch wider jhren willẽ / sich mit solcher mühe beladẽ zu lassen.

12. Erweißliche schwacheiten hohes Alter / vnd das einer an dem ort / dahin er zuverordnen / verhessig ist / entfreyen von der Legation.

13. Ein Legat muß behertzigt / aber nicht frech seyn.

14. Man soll auch solche Personen nicht schicken noch verordnen / welchen der ort / dahin sie zu ordnen / ist verbotten.

15. Der Legat soll nach verrichteder Legation / getrewlich den außgang der Legation / vnnd vmbstendlich referiren.

16. Es ist rathsamer vnd sicherer / das wichtige händel / nicht im gantzen sitzenden Rath / sondern etzlichen oder den *Directoribus* / mũge *referiret* werden.

17. Ob die Legati nach jhrer widerkunfft zu verehren / stehet zu des Raths *discretion*.

1 *DEcimus hic Articulus, insigne Legationis munus, ac cui idipsum; & à quibus injungatur, quaq; fide & dexteritate id expediri debeat, tractat.*

† Do ein

† Do ein Rath. ¶ *Senatum Lubecensem, penes quem* 2
non etiam penes populum hujus reip. cura est, Legatos decernere, personas ad hoc munus idoneas seligere, eosq; literis fiducialibus sive credentialibus vulgo dictis, instruere posse, textus noster manifestò probat, & juris ratio atq; dispositio prolixè testatur.

† Einen oder mehr Rathspersonen. ¶ *Jure Romano* 3
ultra tres, haud mittebantur, nisi legationis splendor, dignitas, vel necessitas, aliud suaderet. leg. 4. π. de legationibus. *Et hic numerus sufficit, si* Animi & Corporis *dotibus, ij qui mittuntur, ornati fuerint.* † *Legationis enim munus, ut non* 4
est vile, sed præclarum, sic non vulgaris, sed excellentis ingenij viros requirit. In legendis itaq; legatis, magna cura & maturo consilio opus est, ne te electionis pæniteat, aut pudeat, uti Cominæus lib. 8. de Ludovico II. Galliæ Rege notat, *qui Olivarium tonsorem, eximio legationis muneri, ad Burgundos, non sine risu, & deligentis pudore præfecit: obiter injiciendum, heroica ingenia in extrudendis personis utplurimùm, ranam putare Dianam: Et quo ingenia sunt audacioria, hoc censeri præclariora.*

† Vocabulo verò Rathspersonen *seu Senatorum, hîc non* 5
strictè includes eos, qui vulgò Senatores dicuntur, sed qui sunt de Corpore & collegio Senatus: sive Syndici, sive Advocati & reip. patroni, sive à Secretis, existant, nam & hi æquè juramento corpori, Reipubl. sunt obstricti, atque isti nec qualitatibus illis cedunt. Ut verò animi dotes commodius explo-

res, non abs re, ad hanc quasi trutinam mores mittendi examinabis.

6 † *Primò, Ut de fide & taciturnitate eligendi constet. Cui enim tacere grave est, munus hoc nequaquam committendum. Nihil enim Reipubl. pestilentius, & exitiosius, homine rimarum pleno, cum hoc vitium loquaci ut lepra leproso adhæreat.*

7 † *Deinde, ne saltem secreta sobrius, conticere norit, sed ut nec mero perfusus, hac atq; illac perfluat. Cum hic ab illo nihil differat, nisi quod is dolo, hic culpa peccet.*

8 *Tertiò,† ut taciturnitas comitem habeat sedulitatem, ni enim mandata fidelissimè & citissimè, pro re nata, exequatur, haud parem se muneri suo præstabit. Legatos itaq; imitari decet Atheniensem Legatum Xenocratem, qui referente Plutarcho, in pænulo mensæ assidere recusavit, priusquam legationis suæ capita exposuisset: Idem & sacræ pagellæ de Abrahami proxeneta Eleasaro perhibent.*

9 *Quartò,† Ut facundiâ linguæq; promptitudine polleat, hinc enim dicuntur oratores, ut eleganti oratione, legationis munus expediant.* leg. lex Julia ff. ad leg. Juliam de vi publ.

10 † *Quintò, ne δωροφαγίας vitio deditus, hosti secreta suæ Reipubl. & legationis prodat.* leg. 2. § 3. ff. de offic. proconsul. *Proinde Venetorum legatis capitale est, in legatione munera contrectare Hermolaus Barb. de Republ. Venetorum, qui ipse ob eandem causam exulatum ire jussus est;* Bodinus 3. de Republ. cap. 1. *Quod tamen cum mica salis accipiendum: Num*

dum: Num munera ad corrumpendum Legatos, An verò testificandæ benevolentiæ & honoris causa, oblata sint? Hoc enim casu sunt licita: Illo minimè; Et dicitur Legatorum privilegium, si quid ijs fuerit donatum, cum id non leganti sed ipsis legatis, jure acquiratur, utut legantis contemplatione donatum videri queat. Glos. in leg. si verò § Item ubi Bartol. num. 3. π. solut. Matrimon. Gloss. in leg. qui proprio 46. § procurator π. de procurat. Cynus in leg. Manifestissimi num. 4. Cod. de Furt. Matth. Wesenb. in tit. π. de legationib. in fin.

† Die sollen sich solcher Reise nicht verweigern. § 11

Non enim ordo Decurionum saltem, unumquemq; Curialium seu singulos ex Senatoribus, ad functionem legationis adstringit, sed & autoritas & præceptum superioris & Consulum, qui caput Reipubl. præsentant, imò ad subeundam Legationem juramentum Senatorio ordini præstitum eos cogit. Argumento leg. 4tæ π. de legationib. *Quippè invitus hoc munus legationis suscipere cogitur, nec allegatione damni, in re domestica metuendi, excusatur.* leg. Paulus π. de legationib.

† Es verhindere sie dann Kranckheit oder Ehehafft. § 12

Excusationem præstat morbus naturalis, & civilis, persona enim delegati minus accepta, sed ingrata, & domino ad quem, invisa existente huic æquè liber & promptus, ac Antoniano Porcello Synagogam Hebræorum ingredienti aditus patebit: Quinimò, causa quamvis per se bona & grata—, ingrati hospitis præsentia redditur ingratissima—.

Si quoque † Legato, non sit robur & æs triplex circa— 13

pectus, ut torvo aspectu cujusvis deterreatur, ei, ut planè inidoneo, munus hoc minimè committendum, Dann durch Memmen können keine rühmliche thaten verrichtet werden. Docet quippè negare, timidè rogans. Senec. in Hipp. ij enim qui cum ratione audaces sunt, fortunam pedissequam habent; Et sic accipiendum illud tritum, Audaces fortuna juvat: Confidentia siquidem animi, & ornatum & spem addit. Quinimò circumspectus, cautus, & Heroicus animus, ex trepidatione vocis, oculorum præcipiti volatu, seu levi & indecoro motu, vultusq; mutatione, & similibus indicijs ceu in speculo observabit & intelliget perorantem propriæ causæ diffidere, aut Reipubl. suæ timere; cum principes & magnates sedulò ac summè acuti sint in mores, gestus & affectus legatorum, ad se missorum. Vt Comminæus in Senatu Veneto aliàs prudentissimo simile quid observavit. Caveat autem Legatus ne superbiam ac animi ferociam, seu fastum, & thrasonicam jactantiam, animi constantiam, seu animositatem credat: Hoc enim est vitium summoperè detestandum. Nam quo magis animi constantia modestiæ sale est aspersa, hoc magis magisq; laudanda.

14 Excusat † insuper. Si is ad quem Legatio directa est, adventu, mittendo interdixit: Quanquam enim Politici distinguant, inter casus quibus hosti licitum est vetare, ne legati accedant: Et casum, quo prohibitionis causæ minus sunt justæ & legitimæ: Et hoc etiam casu legatorum personas sanctas & inviolabiles esse & manere statuant: Illo a. minus.

Georg.

Georg. Schonborn. polit. lib. 3. cap. 27. de usu legator. vers. Quid de ijs. *Neminem tamen, dubij periculi eventum, ut subeat cogi posse autumo, nisi de salvo conductu ipsi sit prospectum.*

Nach ihrer widerkunfft. ¶ † *Expedita legatione fide bona, Senatui à quo ablegatus fuit, rem omnem exponet, sedulò cavendo, ne odio, ira lucellove permotus: durius se habitum, auditum, & exceptum, narret, quàm res se habet ipsa, ne ignem igni addat, facilius enim excusabitur res odiosas extenuando quàm oleum Camino aspergendo retulisse, cujus rei exempla quamplurima affert* Aristot. 5. polit. pag. 404. & 424. 431. *siquidem exigua scintilla siniſtræ commemorationis, sæpius in flammam ardentem excrevit; Duorum enim Adolescentulorum de rapta virgine contentio, turbavit, Syracusanam Rempub. inter Ætolos & Arcados Apri caput: Inter pictos & Scotos, ereptus canis, cruenti belli causa fuit: Sic nostro seculo, caputium morionis, inter vicinos heroes, magnæ cladis initium extitit. Vt taceam Doxandrum ob repulsam filiæ passam Athenienses in Mitylenæos armantem. Haud incognita est levis causa, inter nobiles Florentinorum familias, factionis semina spargens, quod Buondelmontius virginem sibi desponsatam repudiaret, taceo innumera alia exempla.* 15

† *Satius quoq; existimatur, ut à legatione domum reversus, à principe solo, & in Rebuspubl. ac civitatibus à consulibus solis, primò audiatur: ne forsan minus grata & jucunda referens, multitudini metum incutiat* Philipp. Comminæus lib. 1. pag. 339. 16

So woll

So wol auch verehret werden sollen. ¶ *Honorantur*
17† *Legati vel beneficio Juris: vel liberalitate mittentis. Juris beneficio, tria apud Romanos præstita erant præmia: Locus: Lautia: Munera: De loci præmio hæc scripta extant: Ob quod meritum & immunitas illis decreta, & locus spectaculorum in Senatu datus. Ita Hircano ejusq; filijs, item legatis pugnas gladiatorum & ferarum spectantibus, in sedibus Senatorum locus concessus* Justin. de Mossilienſib. lib. 43. Josephus lib. 14. cap. 17.

Lautia erant Xenia, dona & munuscula legatis domum reversis decreta, Plutarch. in problematib. *Dicebantur & Latiæ teste Budæo.*

Munera conferebantur ex publico dato aureo annulo in signum rei probè gestæ, quem palam gestabat, eoq; postea deposito, ferreus digito ducebatur Plin. lib, 33. cap. 1.

SECTIO XXIV.

ARTICULUS UNDECIMUS.

WAnn jemandt vom Rath oder wortha, benden Bürgermeistern Gleid gegeben wird / in die Stadt zu kommen / vnd dem jenigen / welcher

PEr salvum conductum, aliquo à Senatu vel Consule fasces tenente, in urbem recepto, adversarius illius hac de re certiora-

tus, omni,

mit der vergleideten Personen in widerwillen steht/ angekündiget wird/ so ist er auch gegen jhm Gleidlich zuverhaltē schüldig/ Bricht er aber an jhm das Gleid/ also/ daß er jhnen mit den Fronen angreiffen vnd einziehen/ vnnd sonsten mit Stadtrechten vornehmen wolte/ so soll er zehen marck Silbers dem Rathe wettē/ vnd einer jtzlichen Rathsperson einē Lübischen Gülden an Goldt/ vnnd dem vorgleidten 7½. Lübische Gülden an Golde. Wann sich auch die vorgleidte person nicht gleidlich noch friedlich halten würde/ sondern in straffbahren thaten

tus, omninò se legibus salvi conductus conformem gerito. Secus si faxit, ac per lictorem illum apprehendere, aliove modo judicialiter eum persequi tentarit; decem argenti marcas Senatui, & cuilibet Senatorum Lubecensem florenum aureum; ac personæ in securitatem receptæ, septem cum dimidio florenos aureos pendito. Salvo autem conductu donato, leges tutelares transgrediente, ac in excessu deprehenso aut convicto, salvi conductus be-

betroffen oder vberzeuget/ dem kan sein Geleid nicht dienen / sondern soll nach gelegenheit der that gestraffet werden.

ctus beneficio privator, ac pro delicti qualitate pœnæ subjicitor.

SUMMARIA.

1. Salvi conductus usurpatio Civitatibus competens, earundem statum sublimiorem probat.

1. Daß die Reichs vnd andere Städte dieser zeit / können sicher Geleid ertheilen / darmit wird vnter andern behauptet / daß die Städte dieser letzten Monarchey in viel höherm stande seyn / wie sie bey der Römer zeiten nicht gewesen.

2. Jure Romano, solus Imperator salvi conductus securitatem præstitit.

2. Bey der Römer zeiten hat nur allein d Keyser dz sicher Geleidt ertheilē könnē.

3. Quibus jus asyli non competit, ijsdem nec salvus conductus est impertiendus.

3. Welche der wolthaten befreyter örter vnfehig seyn / denselben mag auch kein sicher Geleidt zugehalten werden.

4. Salvi conductus definitio.

4. Das Geleidt ist eine von der Obrigkeit verheissene sichere vergeleitung / vor vnrechtmessigen gewalt zum rechten.

5. Salvi conductus divisio.

5. Es seynd vnderschietliche art vnd formen zuvergeleiten / weil die vorgleitung entweder mit gewisser condition vnd beding / oder schlecht ohn einiges reservat geschihet. Oder einer auff gewisse zeit / ort vnd masse. Oder ewig ohne vorbehalt wird vergleitet / wie dessen vnterschiedliche modi gehalten werden.

6. Conductus purus quis?

6. Was ein frey vnd vnbedingliches Geleidte sey.

7. Conductus conditionatus qualis?

7. Ein bedingliches Gleidt ist / welches auff gewisse masse geschihet / als nemblich / wofern sich die Sachen / darauff Geleidt ertheilet / berichteter massen erhalten: oder dieses vnd jenes wird geleistet werden.

8. Harum conditionum nulla existente salvus conductus vires suas amittit.

8. Da einiger mangel an dem *conditionirten* Gleidt erspüret wird / ist die versprechung nichtig / vnd das Gleidt vnbündig.

9. Causa

9. Causa destructa, etiam inhærens eidem corruit.

10. Conductus temporaneus quis.

11. Conductus perpetuus quis.

12. Jus perpetuum quid.

13. Edicta perpetua, quomodo accipienda.

14. Dictio Quispiam, quomodo accipiendum.

15. Salvus conductus omnibus, in jure non expresse prohibitis, conceditur.

16. Salvus conductus quibus detur.

17. De consuetudine Germaniæ, facinorosis, convictis, & dolosis, salvus conductus minime datur.

18. Securitas, negotio non plenè discusso non tenet.

19. Salvo conductu non obstante, in casib. quibus certò pœna capitis inferenda venit, incarceratio locũ habet.

20. Quibus in casibus salvo conductui non sit locus.

21. Læsæ Maj.tis crimen salvum conductum non admittit.

22. Licet Maj.tis læsæ crimen, olim adversus solũ Imperatorem commissum fuerit, hodie tamen etiã in inferiores status cõmissa, arbitrariè puniuntur.

23. Nec proditoribus patriæ, salvus conductus conceditur.

9. Wor die Heuptvrsach zergehet/da zerfellet was darauff gegründet ist.

10. Ein Gleid auff gewisse zeit/wie es zuverstehen.

11. Wie ein jmmer wehrend Gleid zuverstehen.

12. Was ein jmmerwehrends Recht sey.

13. Was jmmerwehrende satzungen seyn.

14. Das Wort jemandt/bedeutet so wol Mann/als Frewliche Personen.

15. Allen Personen/denen das Geleidt in Rechten nicht außdrücklich vntersagt/kan dasselbe ertheilet werden.

16. Das Gleidt kan ertheilet werden/ Todtschälgern/Ehebrechern/Zeuberinnen/ welches eines falsi beklagt/vnd in dergleichen Peinlichen fellen.

17. Offendlichen/vnnd vberwundenen Vbelthätern/mag kein sicher Gleidt gegeben werden.

18. Ein Geleidt/welches ohn rechtmessige erkandnuß erpractisirt wordẽ/ist nichtig.

19. Alles Geleits vngeachtet/kan der Vergeleeteter zur Hafft geführet werden/wo auß der Zeugen kundtschafft/oder sonsten vnleughar/das der Verbrecher am leben zu straffen.

20. In was fellen kein Gleidt zuertheilẽ.

21. Wer sich an Kay: Mayt: vnd dessen Reich böβhafft vergreifft/kan keins Gleidts genieβen.

22. Ob zwar zu der Römer zeit/diß hochstraffbare laster/allein wider den Käyser verübet worden/So wird doch anjtzo/was wider einen Fürsten/oder Stadt/böβlich verwircket/nach willkühr gestraffet.

23. Es wird den böβlichen Stadtverrätern/kein sicher Geleit eingeremmt.

24. Jus Lubecense his nonnunquam gratiam indulget.

25. Nec publicis latronibus, etiam ordine claris.

26. Nec piraticam exercentibus.

27. Latronum ac piratarum vita omnium manibus est exposita.

28. Neq; Assassinis.

29. Nec homicidæ, ex proæresi dolosum homicidium committenti.

30. In culposis & causalibus homicidijs secus est.

31. Licet quidam Juris interpretes contrarium opinentur, usu tamen prior prævalet.

32. Hujus in Megapoli quamplurima extant præjudicia.

33. De jure veteri, nemo præterquam Imperator salvum conscedebat conductum.

34. Imperij facie mutata; Regia hæc potestas, etiam superiorem recognoscentibus competit.

35. De personis Electorum, principum & liberarum civitatum non est ut quisquam dubitet.

24 Das Lübische Recht nimbt zuweilen solche außgetretene wider an/ die nicht gantz frey ent: vnd boßlich sich dem Regiment nidersetzet/ sondern mehr auß vnbedacht/ als auß ersatz/ schaden verursachet haben.

25. Keinen offenbaren vnd vberzeugten Strassenreubern/ Adeliches oder Vnadeliches Geschlechtes/ welche mit gewaldt die Landtstrassen berennen vnd bestreiffen/ mag sicher Geleit gegeben werden.

26. Auch keinen Meer oder SeeReuber/ die dem armen Seefarenden Man schaden zufügen.

27. Offenbarer Strassen vnd Seereuber Leib vnd Leben ist menniglichem/ so sie vberkompt/ so frey/ wie der Vogel in der Lufft.

28. Auch keinem Meuchelmörder/ der mit Gelde sich zu jemands tödtung hat erkeuffen lassen.

29. Einem bößhafftigen vndvorsetzlichen Todtschleger/ der einen andern ermordet/ vnd damit die that vollnbringet/ ist kein Geleid zuhalten.

30. In gemeinen Todtschlegen/ worbey zwar etwas schuldt/ oder welche ohne vorsatz geschehen/ wird billig auff geleistete Caution Geleidt ertheilet.

31. Ob zwar viel der Rechtslehrern erachten/ daß kein Todtschleger zuvergleiten/ so wird doch fast in gantz Teudtschlandt das contrarium gehalten.

32. In Mechelnburg seyn vnderschiedliche viel todtschleges Fälle/ noch anitzo rechtschwebig/ in welchen auff Caution/ die Thäter mit Gefengnuß verschonet seyn.

33. Nach der Römer satzung/ stundt die vergleitung niemandt als dem Käyser allein zu.

34. Nach gelegenheit jtzigen zustandes Römischen Reichs/ wird diese herrligkeit von allen Stenden gebraucht.

35. Welches von Churfürsten/ Fürsten/ vnd Freyen Reichsstädten/ gar keinen zweiffel hat.

36. Nec

36. Nec de medijs Civitatibus hæsitandum.

37. Totius ferè Germaniæ consuetudo hoc probat.

38. De Rostochiensium & Stralsundensium jure, vide Antithesin 44.

39. Consul Lubecensis fasces pro tempore tenens, salvum cõductũ cõcedit.

40. Aut, particula, quomodo hic accipienda.

41. Articulorum Lubecensium non verba singula & expressa solum, sed & mens eruenda.

42. Interpretum quidam judici facultatem salvum conductum concedendi negant.

43. Horum tamen doctrina, ad consules Lubecenses minimè extendenda.

44. Collegiorum nonnulla jus habent Comitivæ.

45. Consuli verbi potenti, jus quasi Comitiorum sive dictaturæ defertur.

46. Consul Lubecensis verbipotens jus cudendi monetam habet.

47. Jacobi Bordingi memoria Facultati Juridicæ Rostochij relicta.

36. Es haben auch nunmehr solches die Fürsten Städte.

37. Im gantzen Romischen Reich wirds fast anders nicht gehalten.

38. Die Stadt Rostock vnd Stralsund/ wie auch andere mehr / haben gleichliche Obrigkeit.

39. Der Lübische worthaltender Bürgermeister / kan Geleit vergönstigen.

40. Das wort/oder/des IX. articuls/was es für eine wirckung habe.

41. Es müssen im Lübischen Rechte/nit allein die wort/sondern auch derer rechter verstandt/sehr wol erwogen werden.

42. Vnter den Rechtsgelahrten werden etliche gefunden/welche dem Richterlichen Ampt das Geleidt nicht nachgeben.

43. Deren meinung kan gar nicht auff die Bürgermeister/ weniger den Rath zu Lübeck gezogen werden.

44. Etliche *collegia* vnd *faculteten* haben *Comitum dignitatem*/welche Ehr vnd *dignitet* dem *pro tempore Decano* auff gewisse zeit auffgetragen wird.

45. Dem Worthabenden Bürgermeister zu Lübeck/wird gleichsamb das Regiment vnnd direction oder Oberauffsicht anbefohlen.

46. Dem Eltisten Bürgermeister zu Lübeck ist vergönnet/ zu bezeugung seiner herligkeit / so er vber vnd für andern seinen collegen hat/ sonderbare Goldt vnd Silbern Müntz zu schlagen/ vnd in einem kleinen Gepreg / sein Wapen darauff setzen zu lassen.

47. Der Seliger Herr *Bordingus* / weyland vornehmer Bürgermeister zu Lübeck / hat Anno 1582. von dem Kayser Rudolpho zu Augspurg/ der Juristen Facultet zu Rostock erhalten / das sie jus Comitivæ oder Comitis Palatini haben.

43. Roma duos quidem habuit Consules, non tamen parili auctoritate simul dotatos.

43. Zu Rohm hat vnter den zween Bürgermeistern / nur einer das Regiment geführet.

49. Quatuorviri Consulares, nostrarum rerump. non pari fruuntur auctoritate.

49. Ob gleich in vnsern Regimenten vnd Städten / vier Bürgermeister erwehlet werden / So ist doch die Regierung vnd das Worthalten nur bey einem.

50. Et hic vel semestre, vel quadrimestre, vel menstruum gerit Imperium.

50. Dieser Worthabender Bürgermeister / gebraucht sich seines Regiments vnd gewalts / etwa auff 6. 3. oder ein Monat / vnd vberlests alsdann seinem successori.

51. Hinc cæteri tres, nisi extrema necessitate cogente, conductum non impertiunt.

51. Dannenhero die vbrigen drey Bürgermeister nit macht haben / sicher Gleit zuertheilen / es erfordere dann die höchste noth.

52. Emphaticum enim illud epitheton verbi potens, significatione sua hoc docet.

52. Sintemal nicht ohn erhebliche vrsach einer dieser vier der Worthaltender genandt wird.

53. Imperio depositio, etiam exinde dependentia deposita censentur.

53. Mit dem Ampte / hört zugleich die Gewalt auff.

54. Non personæ sed muneri assignanda est auctoritas.

54. Der du in einem Ehrenstande sitzest / glaube nur nicht / das deinem gelben Haer / sondern dem Göttlichen Ampt / welches dir anbefohlen / die macht vnd Ehr zustehe / vnd gebühre.

55. Morte concedentis exspirat salvus conductus.

55. Wann der jennig / der das Gleidt ertheilet / verstirbet / so stirbt zugleich auch das Geleite mit.

56. Concessio salvi conductus quomodo impertienda.

56. Es kan keine hohe oder niedere Obrigkeit / nach seinem Gehirn / oder blossen wahn / sondern nach verordnung vnd zulassung der Rechte / das Geleite ertheilen vnd geben.

57. Ad formam salvi conductus, quid requiratur.

57. Ehe das Gleidt ertheilet wird / soll vorhin *summariè* erkündigung angestellet werden / wie es vmb des vorgleiteten Person mißethat vnd leben eine beschaffenheit habe / Sonst wird es billig dafür geachtet / das der Richter / in ertheilung des Geleits / verleitet sey.

58. Pro impetrando salvo conductu satisdatione opus est.

58. Es muß auch der vorgleitete / dem Gerichte mit genu ghafften Bürgen / oder Gütern / einen vorstandt thun / daß er alle das jennige / was ihm bey der vorgleitung anbefohlen wird / vnverbrüchlich / vnd bey wilkührlicher oder benandter Poen wolle halten.

59. Cum

59. Cumprimis, se ad definitivam audiendam, coram tribunali compariturum.

59. Vornemblich aber daß er sich persönlich bey der Endtvrtheil oder *definitiva* stellen wolle.

60. Urbis districtus, quatenus hoc casu sese extendat.

60. Das wort dieses articuls/ in die Stadt/ seynd nicht weiter/ dañ biß zur Stadt Mawr vnd Thor zuverstehen.

61. Particula IN, terminum determinat.

61. Das Wörtlin IN/ beschleust den begleiteten in der Stadt.

62. Terminum hunc excedens, semetipsum in periculum præcipitat.

62. Wofern ein vergleiteter auß den Schrancken vnd orte seiner vergleitung nur auff einen Fußbreidt fürsetzlich schritte/ machet er sich dadurch des Gleidts verlustig.

63. Accedens tamen & recedens in itinere etiam extra terminos tutus est.

63. In dem An: vnd rücktritt seines Geleits/ ist er auch auſſer der Stadt sicher/ wofern er in seinem wege verbleibet.

64. Certo loco expresso, is strictè servandus.

64. Wann einer zum gewissen orte/ daß er irgend auß seinem Hause/ Herberg oder Losier/ nicht gehen solle/ sondern von dannen allzeit zur Gerichtsstadt erscheinen/ der kan sich ohne gefahr nirgend anders hin begeben.

65. Termini enim extensio & restrictio in arbitrio concedentis.

65. Es stehet bey der Obrigkeit/ wie weit oder eng/ sie den vergleiteten wollen einspannen.

66. Senatus Lubecensis, extra territorium salvum conductū non concedit.

66. Ein Rath der Stadt Lübeck kan weiter nicht/ dann jhr Weichbild/ Feldtmarck vnd Grentzen sich erstrecken/ Geleit verleihen.

67. Extra territorium jus dicens, saltem aërem verberat.

67. Wer ausserhalb seiner Bottmessigkeit wil gebieten/ der betreugt sich nur selbst.

68. De vi sibi metuenti, quomodo prospiciendum.

68. Wann einer/ der vmb Geleite ansucht vnd es erlanget/ sich besorget/ daß er in ander Herrschafft gebiete müge auffgefangen/ vnd gefähret werden/ der kan von des orts Obrigkeit/ oder dem superiore vnd Oberheupt ein general Geleit suchen/ durch welches er auff solchen fall gesichert.

69. Effectus salvi conductus quis?

69. Das Geleite hat diese krafft vnd wirckung/ daß der jenig/ so es erhalten/ sicher zum Gerichte vnd seiner verantwortung kommen/ vnd hinwieder ohn gefahr zu rück vnd weg ziehen/ vnd so weinig in seinem Hause/ Herberge vnd Losier/ als auff freyer Strassen angegriffen/ oder gefehret werden kan/ es were dann ein anders in dem Geleitsbriefe oder forma enthalten.

70. Exce-

70. Exceptio loci non tuti, tam antequàm post litis contestationem opponitur.

71. Et hoc tam in civilibus, quàm criminalibus causis obtinet.

72. Salvo conductu sine justa causa denegato, Reus jure judicium fugit.

73. Exceptione loci minus tuti opposita, Judex nihilominus procedens, nullitatem committit.

74. Et hoc etiam de jure Saxonico.

75. Quid Marchiaca privilegia de salvo conductu ferant.

76. Securitatis privilegium exspirat, simulac Reus de crimine plenè est convictus aut confessus.

77. Secundò fallit, ubi quæstio seu tortura, accusato inferenda, est decreta

78. Torturæ subjiciendus, elabendi facultate concessa, indubitatò se cruciatui subducet.

70. Die *Exceptio* des nicht erhaltenen Geleids / oder vnsicherheit des orts / darein der beschüldigter / wegen eines gewaltsamen angriffs / sich muß befahren / kan vor vnnd nach der Kriegsbefestigung gerichtlich eingewandt werden.

71. Vnd wird solchs so wol in Peinlichen / als Bürgerlichen oder geringer Klage *observiret*.

72. Wor einem das gebetene Geleid in fällen / da es Rechtswegen statt hat / versagt / vnd abgeschlagen wird / da kan der Beschüldigter sich des Gerichts füglich eussern / vnd ist nicht schüldig zu erscheinen.

73. Wor ein Richter / für gegebenem vnd mit vnfuge verweigerten Gleide / nichts weniger wider den Beschüldigten / Peinlich oder Bürgerlich verfahret / So ist solcher gantzer Proceß vnrechtmessig / vnd von keinen würden.

74. Nach Sachsenrechte / wor sich einer zur defension erbeut / dem soll man kein Geleidt versagen / sondern Fried wircken.

75. In den Marckischen Privilegien / so die Geist: vnd Weltlichen Praelaten / Herrn vnnd Ritterschafft / Anno 1534. 1538. 1550. 1572. theur erworben / ist zubefinden / daß Churfürstl. G. vnerhörter Sache / Vnderthanen gegen ihre Obrigkeit vnd Herrschafft nicht können vergleiten.

76. Sicher Geleidt kan nach der zeit / wañ der Beschüldigte / wie recht / vorwiesen / oder die missethat zugestanden / nicht mehr für gültig angezogen werden.

77. Der Begleiteter hat sich auch des Geleidts nicht zugebrauchen / wañ in der Sachen gerichtlich erkandt / daß durchs mittel scharpffer Frag / die Warheit solle erkündiget werden / auff solchen fall / kan der Angeklagter wol in custodiam genommen / vnd damit er nicht außtrette / verwahrlich gehalten werden.

78. Wo einer Personen / welche auff die Volter oder Marterbanck gebracht werden soll / raum vnnd gelegenheit zum außtritt gelassen wird / dieselbe wird ohnzweiffendlich / zu entfliehung der grossen Marter vnd Pein / so die schwerer dann der Todt selber ist / nicht lange seumen / sondern ehister müglichkeit außtretten.

79. Salvus

79. Salvus conductus non vim sententiæ, sed vim injustam impedit.

80. Nec per securitatis medium concessum, excluduntur legitimi probationum modi.

81. Materiam salvi conductus, articulus hicce XI. exprimit.

82. Quando, in Civili negotio seu judicio salvus conductus detur.

83. Judex nonnunquam invito creditore debitori salvum conductum concedit.

84. Non concedendus salvus conductus, in debito, jure jurando confirmato.

85. Nec in debito privilegiato.

86. In eos, qui salvo conductu munitos, lædunt, nonnulli statuunt pœnam læsæ majestatis quadrare.

87. In violatores Electorum ad Comitia eligendi Imperatoris gratia excurrentium Majestatis pœna est constituta.

79. Sicher Gleidt behindert nicht dem Rechte/ sondern vnrechtem gewalt seinen lauff.

80. Gleidt hebet auch nicht auff die mittel / dadurch die Warheit an des tages Liecht muß gebracht werden.

81. In welchen sachen das sicher Gleidt zuertheilen / wird in diesem XI. Articul angedeutet/ nemblich in Pein: vnd Bürgerlichen.

82. Wann in Bürgerlichen Sachen/ das Gleidt zuertheilen.

83. In gewissen fällen vnd geringschetzigen Geldt: vnd Bürgerlichen Sachen/ kan ein Richter / des Glaubigers contradiction vngeachtet/ Gleidt ertheilen / vnnd kan dahero nicht belanget werden.

84. Wann ein Schüldener/ sich bey seinem Corperlichen Eyde verschrieben/ so kan dem Eyde zu widern jhme auch auß Richterlichem Gewalt kein sicher Gleidte ertheilet werden.

84. Auch hat in befreyeten Sachen/ Gleidte nicht statt.

86. Ob zwar etliche vornehme Rechtslehrer es dafür halten / wann jemandt einen von Käy. Mayt. Vorgleiteten betrübt / oder gefenglich einzihet / daß derselbe mit der *Pœn criminis læsæ Majestatis* zubeleggen. So kan doch der Text anders nicht dann von den jenigen / so zugleich den Landfrieden gebrochen/ verstanden werden.

87. Wider die jennen/ welche die Chur-Fürsten/ dero Gesandten/ so zu erwehlung eines Römischen Käysers auffziehen/ im geringsten beleidigen jhnen kein sicher Gleidte wollen versprechen/ noch halten / die werden zuforderst für Eydtbrüchige/ vnd daneben jhrer Lehen vnd Güter verlustig erkleret/ aller digniteten/ würden/ privilegien vnd begnadung vnfehig ertheilet/ vnd wird wider sie mit der acht verfahren / wie solches Käys. Carols des vierdten Bulla/ heilsamb geordnet/ vnd billig in jtzigen letzten geschwinden leufften observiret wird.

88. Quæ pœna, de jure Saxonico in violatores salvi conductus, est constituta.

88. Nach Sachsen Rechte/ soll der jenig so eine Vorgeleitete Person vberweltiget / das Lehen verwircket haben/ vnd wird vom Glossatore vber diß Recht hinzu gethan/ das solches in vblicher observantz gehalten werde. Der Herr Coltrus aber restringiret diß billig auff die / welche zugleich den Landtfrieden brechen / vnd mit bewehretem hauffen einen begleideten beschädigen.

89. Salvus conductus à Senatu indultus, ad minimum à majori parte approbandus.

89. Ein Gleidte/ vom Rathe ertheilet/ soll zum wenigsten von dem mehrerntheile desselben *approbiret* seyn.

90. Quod major pars ratum non habuit, Senatusconsultum dici nequit.

90. Was des Raths mehrertheil nicht beliebet/ kan für keinen Rathsschluß geachtet werden.

91. Vafra nonnullorum consilia indigitata.

91. Es werden zuweilen Fuchslistige vnd gefehrliche gemüter gefunden/ welche infallen/ da sie wissen/ das ehrliche Hertzen in jhre bösen Rathschläge nicht werden noch wollen verwilligen / der zeit gewahr nehmen/ wann etwa wenig/ vnd zwar jhre favoriten zur session kommen / solche consultation fortzustellen/ vnd darüber bald den schluß zu machen/ Weil aber solche Rathschläge wider eines ehrlichen Biedermanß Ambt vnd gebühr / darnach auch wider öffentlichen geschwornen Eydt/ das man niemandt zu lieb vnd leidt wolle rathen / oder tückischer weise etwas fürnehmen/ demnach seynd auch solche Senatus decreta/ an sich nul/ nichtig/ vnd gar von vnwürde

92. De jure Lubecensi conductum impetrans, legibus securitatis se conformem gerat, necesse est. Idem & jus civile statuit.

92. Ein Begleiteter / muß sich gleidlich verhalten/ vberschreitet er das Gleidte/ So ist er dessen verlustig / vnnd kan Handt oder Fuß fast gemacht werden/ wie auch dieses die Käyserrechte ordnē.

93. Regula Megalotti.

93. Es wird diese regul in Gleidtsachen vnd dessen vorscherzung gemacht / daß sich einer in den fellen selbst des Gleidts verlustig mache/ in welchen einer auch wider des gegentheils willen / mag von Pacten vnd contracten abtreten.

94. Violat securitatis legem, qui singulis juridicis se judicio non sistit.

94. Das Gleidt wird auch dadurch gebrochen / wann einer sich alle Rechtstage nicht im Gerichte stellet/ vnd ohne Ehehaffte ausenbleibet.

95. Vel qui fugam adornat.

95. Wer auff der Flucht wird betretten.

96. Vel

96. Vel aliud delictum committit.

97. Vel nova debita conflat.

98. Liberæ Imperij Civitates quinquennij spatium debitoribus indulgere possunt.

99. Modo fiat cum causſæ cognitione.

100. Debitor hoc moratorium beneficium petens, satisdare tenetur.

101. Judex cautionem hanc negligens alienam litem suam facit.

102. Juratoriæ cautioni, locus minimè datur.

103. Interusurium medij temporis solvit.

104. Prodest fidejussoribus.

105. Utrum major pars in præjudicium pauciorum consentire queat.

96. Wañ der Begleidere/ newe vnd mehr vbelthaten/ in zeit der Begleitung begehet.

97. Oder newe vnd mehr schülde macht.

98. Die Reichsstädte/ können auß erheblichen vrsachen/ nicht weniger/ als Reichsfürsten/ das *quinquennal* erleubē.

99. Aber doch/ das es auß zu Recht gültigen vrsachen geschehe.

100. Wer das *quinquennal* bittet/ muß seinen Gleubegern durch Bürgschafft versichern/ daß nach 5. Jahren sie sollen bezahlet werden.

101. Ein Richter/ so ohn bestelte *caution*, dz *quinquennal* ertheilet/ ist auff den fall nicht erfolgter bezahlung/ den creditorn verbunden.

102. Eydtliche *caution* ist dißfals nicht genug.

103. Der das *quinquennal* erhalt/ muß nichts weniger den follen zinß geben.

104. Wann der *Principal* das *quinquēnal* erlanget/ können inmittelst seine Bürgen nicht gemahnet werden.

105. Ob der *Creditorn* mehrer theil/ den wenigern mit erleubung des *quinquennals* können vergreiffen.

INsigne consularis dignitatis τεκμήριον est, Consuli verbipotenti, competere salvi conductus indulgentiam. Cum ejus concessio sit regalis dignitatis tessera. Unde auctoritatis ejus, eminentia patet, cum majora, quam quæ sunt voluntariæ jurisdictionis, in vim consularis auctoritatis expedia. 1

Deinde Reipublicæ Lubecensis, cæterarumq; Imperij civitatum sublimiorem statum, docet salvi conductus concessio † Jure enim Romano soli Imperatori salvaguardiæ, seu securitatis concessionem fuisse reservatam, leges, earumq; Interp. 2

probant. leg. relegati 4. in fin. π. de pæn. Damhaud. in prax. criminal. cap. 26. de publica fide Farinat. lib. 1. Tit. 4. Quæstion. 29. *Quippe nonnulli statuunt salvum conductum ab inferiore magistratu concessum non subsistere, licet. Juramento sit firmatus.* quos citat. Farin. in pract. crimin. quæstion. 29. num. 80. tit. 4. lib. 1. *Verum horum opinio, uti Arumæus rectè statuit, experientia quotidiana, quæ vel stultorum magistra esse solet, satis superq; refellitur. Videmus enim quotidie, etiam principes recognoscentes Cæsarem, imò Comites, Barones, Civitates & nobiles, merum Imperium habentes, salvum conductum concedere. Et rationes hujus sententiæ prægnantes subjicit, quas ibidem indagare licet.* Arumæ. d. Discurs. 1. th. 18. fol. (mihi) 28. & seqq.

3 † *Im materia hac salvi conductus, regulæ vicem tenebit axioma: Nemini cui jus Asyli* ex tit. Cod. de his qui ad Eccl. confug. & tit. ejusd. lib. de statuis & imag. *non competit, nec ei salvi conductus securitatem concedendam. Quinimò eodem, per veri suppressionem impetrato, non fruuntur.* vide Damhaud. in prax. crimin. cap. 26. n. 5. Adde Megalottum in tractatu de securitate & salvo conductu, plenè hanc materiam discutientem.

4 † *Definimus largiori descriptione securitatem à superiore seu magistratu personæ suppliciter roganti, vel sibi suisq; metuenti de carcere, vel injusta vi, tam à judice quam ab adversario, sub fide datam & acceptam.* Ein sicher Gleidt vor Vnrechtmessigen Gewalt zum Rechten.

5 † *Dividitur variè. Nam est vel generalis, quem omnib. per Imperium peregrinantibus præstare jussit. Carolus V. Imp. Rom.*

Imp. Rom. Anno 1548. vers. Ferner zu noch mehrer. *Vel specialis, qui ab Electore, duce, civitate vel magistratu conceditur.*

† *Deinde est vel* purus, *aut* conditionatus, *vel etiam* perpetuus, *aut* temporaneus. *Est & alius, qui propriè dicitur salvus conductus, adversus judicis vim injustam petitus. Nec non & alia securitas sive cautio de non offendendo, contra adversarij machinationes, forsitan necem nobis minitantis quæsita. De quarum differentijs vide* Matth. Coler. in proceſſ. execut. part. IV. cap. 1. num. 174. Et Franciſc. Herculan. in tractat. cautionis de non offendend. Et Guilhelm. de Cune. in tractat. ſecuritat. 6

Purus autem dicitur, cui nulla adjecta est vel inesse censetur, tacita vel expressa conditio, cujus auctoritate seu fiducia confestim impetrans, se fidei concedentis committit. arg. l. 2. π. de V. O. *Huic annumerato, qui datur Electoribus ad Comitia properantibus.* de quo vide Aur. Bul. Carolis IV. § ſi qui vero alij principes. *Alijsq; principibus, eorumq; ac Civitatum legatis.* Welches zugleich von Fürſtlichen Gleidten zuverſtehen/ *qui sancti habentur etiam jure Gentium* Et latius vide Dn. Arumæum in diſcurſ. ad Aure. Bull. 1. cap. 1. th. 10. & ſeq. *Et hic salvus conductus latissimam recipit interpretationem; ut persona conducta nullo jure, prætextu, aut interpretatione detineri aut arrestari contra fidem datam queat.*

† *Conditionatus, qui sub certa conditione indulgetur. Si* vel debitor *suis satisfecerit creditoribus; vel criminis insimulati expers fuerit repertus. Vel crimen tale sit, quod con-* 7

ductū salvum prorsȝ respuat: tacitè enim hæc clausula semper
8 *inesse censetur.* † *Ni enim conditio adimpleta fuerit, licitè capitur, ac carceri mancipatur, nulla obstante fide & securitatè.*
leg. Thais. ancilla π. de fid. libert. leg. legata sub conditione π. de conditionib. & demonstrat. Cephal. consil. 207. n. 52. lib. 2.

9 † *Deficiente enim conditione, salvo conductui apposita, perinde est ac si nunquam concessio fuisset impertita* —.
l. pecuniam π. si cert. petat. l. necessario § Quod si pendente. π. de peric. & commod. rei venditæ.

10 † *Temporaneus, qui ad certum tempus, vel designatum actum sive locum est concessus.*

11 † *Perpetuus, qui quidem non ad vitam, sed in omnem* —
causam, omnem litis partem datus est, ut causa indiscussa —
12 *pendente, ejus renovatione minimè sit opus.* † *Sic dicimus perpetuum jus, non quod temporis consideratione sit immutabile, sed quod est certum, & in omnes causas scriptum* —.
leg. 8. Cod. de pignorat. action.

13 † *Ita Prætoria Edicta, dicebantur perpetua, quod in* — *omnem causam & tempus essent proposita, & juris perpetui causa scripta* —.

14 Wann jemande. § Vox jemande/*si cuipiam indefinitè*
15 *tam de masculino quam fœminino sexu accipitur.* † *siquidem salvus conductus omnibus, in jure expressè non prohibitis, conceditur: & delinquentibus sive sontibus, & insontibus citra fidei mutationem inviolabiliter servandus.* Nellius in tractat. de Banit. in 2. part. 2. temp. quæst. 11. vers. & circa primum. Paris. cons. 68. n. 178. lib. 4. D. Berbazz. Ferrar. in cons. 359. n. 1. & seq. vol. 2.

qui re-

qui regulam hanc ampliat docendo: à Principe salvum conductum habens, nec directè nec indirectè molestari debet vide Farrinac. in pract. criminal. lib. 1. Tit. 4. quæst. 29. Borchol. 2. vol. consil. 2.

† *Datur verò homicidis, & sicarijs, adulteris, venefi-* 16
cis, parricidis, criminis falsi repetundarum, annonæ, vis publicæ & privatæ, peculatus, ambitus, plagij, alterius ve criminis insimulatis, salvus conductus. **Zu Recht für Unrechtmessigen Gewalt.** *Licet verò § sed neq; homicidis, cum gloss. contrarium, de non præstanda facinorosis securitate statuere videatur.* † *Hoc tamen cum communi & to-* 17
tius Germaniæ, recepta consuetudine, accipies de facinorosis convictis & dolosis, Qui enim ex proæresi, dolo, & animo deliberato, homicidium vel aliud facinus capitale committunt, nulla securitate gaudent. † *Vel ubi inconsultò, & citra* 18
caussæ cognitionem securitas fuit extorta, per ea quæ notat. Colerus in de tractat. de processib. executi part. 4. cap. 1. num. 186.
† *vel etiam ubi ex actis, vel testium dictis jure jurando con-* 19
firmatis, alijsve legitimis probationibus constat accusatum capitis pœna damnatum iri, non obstante fide data, Judex pronunciare potest, eum carceri mancipandum esse. salvus n. conductus excludit vim non sententiam. Et hanc sententiã de jure Saxonico & communi observãtia indubitatã esse tradit Matth. Colerus decis. 165. n. 2.

Quibus verò salvus conductus minimè concedatur pau- 20
cis investigemus. † *Et primò quidem non impertitur crimi-*

nis læ-

nis læsæ majestatis Reis. Angel. de Malef. in verbo fama publica præcedente n. 6. Nellius in tractat. de Bannit. in 2. part. 2. temp. quæst. 15.

22 † *Tametsi vero adversus solum principem supremum, hoc crimen committatur.* leg. 1. π. ad leg. Jul. Majestat. § publica Institutt de public. judic. *Si tamen adversus Rempub. quid admissum fuerit, pro judicio judicis punietur.* Farinac. supraalleg. quæst. 29. n. 14. Coler. part. 4. cap. 1. n. 229. de processibus executivis.

23 † *Nec patriæ proditoribus. Cum his odium in patriam conceptum haud facilius ac lepra leprosi exstinguatur, neq; occasionem nocendi prætermittant.* art. 3. lib. 1. tit. 2. Paris de puteo in tractat. Syndicat. in verbo salvus conductus, capite 1. n. 2.

24 † *Tametsi jus Lubecense nonnullis, facilitate magis quam dolo lapsis gratiâ faciat, eosq; quasi postliminij jure recipiat,*

25 *d. art. 2.* † *Nec publicis latronibus qui cum violentia in vijs regijs ac publicis grassantes deprædantur,* offenbare / böß-hafftige Landt vnd Straſſenreuber / *quorum fit mentio in* Caroli V. Peinlicher Halsgerichtsordnung / art. 126. & art. 137. leg. capitalium. § grassatores π. de pœnis. leg. 2. § viarum π. ne quid in loco publ. Anthent. sed novo jure Cod. de servis fugit. cap. inter alia, de immunitat. Eccles. Tiber. Decian. in pract. criminal. lib. 6. capit. 48. numer. 2. *Hi enim impunè non à magistratu solum, sed quovis privato occiduntur, nullibiq; refugio tuto gaudent.* Recess. Imp. de An.

26 555. § vnd damit angeregt. Geil. de pac. pub. l. 1. c. 4. n. 39. † *Nec piratis, qui excursionibus mare infestant, ac navigantium bonis inhiant, eaq; deripiunt. Auth. sed novo jure,* Cod. de serv. fugit. auth. navigia Cod. de furtit. Jac. Middendorp. ad quæst. 5. hist. Aristæ.

27 † *Cum hi non minus atq; aves sylvestres in mari à quovis capi, trucidari ac submergi queant.* Was kundtbahre Freybeu-

Freybeuter vnd Seereuber seyn. † *Nec assassinis, qui pecu-* 28
nia accepta hominem jugulando necant, cap. 1. de homicidis in 6. Exodi 21. Dicad. Covar. lib. 2. var. resolut. cap. 10. n. 9. & 10. Decian. in pract. criminal. cap. 28. einen Meuchelmörder. † *Nec ma-* 29
litioso homicidæ, deliberato alterius vitæ insidianti der einen vorwegelagert. cap. 1. X. de homicidio. Decian. d. cap. 28. † *In* 30
homicidio enim simplici, culpa seu fortuito casu commisso secus est, ut supra traditum. Covarr. variar. resolut. cap. 20. num. 3. 7. & seq. & communiter Canonistæ. † *Et quanquam juris Cæsarei inter-* 31
pretes contrarium sentiant, tamen in tota ferè Germania simplices homicidæ salvi conductus beneficio gaudent, quæ & *æquior est, cum hoc ipso non à pœna sed carceris saltem metu liberentur.* † *Illustre Megapolitanum judicium præstita* 32
cautione hosce, qui culpa & fortuito casu, non dolo hominem interimunt carcere eximit ut innumera exempla, prolatu odiosa, probant.

† Von dem Rath. ¶ *Quanquam salvi conductus con-* 33
cessio, ut superius innuimus, sit de reservatis soli Imperatori competentibus. † *Hoc tamen tempore, quo facies Romano* 34
Germanici Imperij plane immutata reperitur, regium hoc munus, ad omnes omnium statuum ordines ferè devolutum est. † *In dubium enim hoc de Electoribus, Principibus, Du-* 35
cibus, liberis Imperij civitatibus, revocare velle, manifestum foret indicium ignorantiæ hodierni Juris & facti. per ea quæ tradit Prosper Farinac. lib. 1 tit. IV. quæstion. 29. n. 103. & seqq usq; ad finem.
† *De Civitatibus medijs superiorem recognoscentibus,* von 36

den Fürsten Städten/*nec hoc seculo dubitandum. Ita enim de his scribit Farinac. d. loco n. 103. Quilibet Senatus, quilibet populus, & quælibet Civitas, etiam recognoscens superiorem, potest salvos conductus concedere, dummodo à Principe habeat potestatem ardua explicandi.* Tiberio Decian. consil. 96. num. 1. vers. attamen quælibet Civitas, lib. 3. ubi multos allegat, eundemq; sequitur Bursat. consil. 345. num. 1. lib. 4. Et Bartol. in leg. Relegati n. 4. vers. idem puto. ff. de pœnis docet. *Civitates jus & auctoritatem condendi statuta habentes, salvos conductus rectè cõcedere, quamvis superiorem recognoscant. Hunc sequũtur* Francus, in cap. ex parte, l. 1. n. 23. extra de Appell. Ceph. cons. 304. n. 133. lib. 1.

37† *Et hanc sententiam sequitur notoria fere totius Germa-*
38 *niæ consuetudo.* † *Rostochium enim Stralsundium & cæteras Civitates Anseaticas habere Jus salvi conductus, in Antithesi nostra 44. tradidimus, & aliâs diversa meminimus exẽpla & casus, quibus ad illustrissimorũ intercessionẽ homicidis salvus conductus fuit cõcessus. Eodẽ & quidẽ sublimiori jure fruitur Academia patria Rostochiana, non saltem quod merũ mixtumq; habeat Imperium, sed jus sceptrorum actu ipso usurpet, de quo suo loco. Quinimò & hi qui principis vices gerunt,* die Fürstlichen Stadtvögte / *salvum conductum concedendi auctoritatem sibi sumunt.* Farinac. d. lib. 1. tit. 4. quæst. 29. n. 103. versic. Quod si eandem.

39 Oder Worthaltender Bürgermeister. ¶ † *Vox alternativa AVT, eandem potestatem confert dictatori Lubecensi, seu verbipotenti Consuli, quam Senatui tribuit.* art. 2. tit. 2. lib. 4. de rapina J. L.

† Conjun-

† *Conjunctio enim AVT, hîc facultatem concendi sal-*40
vum conductum non disjungit, sed conjungit, & non siniſtrè
pro SIVE accipitur, Vom Rath oder Worthabenden Bür-
germeiſter. *uti hæc vox in legibus quoq; accipitur.* leg. debito-
bus. 31. π. de Re judicat. leg. penult. § final. π. de action. empti.
† *Non enim legum ſeu articulorum Lubecenſium verba*41
tantum, ſed & mens eorundem ſtudioſiſſimè inveſtigari con-
venit. per leg. nominis § verbum ex legib. π. de V. S. † *Etſi quidem*42
nonnulli interpretum ſtatuant, judicem Bannitis, exulibus
confinatis ſecuritates concedere haud poſſe, ut Salic. in leg. cum
indulgentia. Cod. de ſententiam paſsis. † *Hoc tamen neutiquam*43
extendas ad Conſulem Lubecenſem pro tribunali ſedentem:
huic enim æquè larga atq; Senatui indulta eſt concedendi
venia, per textum noſtrum. † *Quemadmodum enim non-*44
nulla collegia regia gaudent Jure Comitivæ, in quibus hic ho-
nos per vices Decano collegij confertur. † *Sic Conſuli Lube-*45
censi, pro tempore negotia Reip. dirigenti defertur munus di-
ctaturæ, cujus beneficio cæteros auctoritate præeminentia
& Imperio ſuperat, & quæ voluntariæ jurisdictionis ſunt,
expedit. † *Quippe hujus ordinis magiſter jus condendi mo-*46
netam peculiarem, eandemq; aſteriſco notula ſuorum inſi-
gnium incluſa exprimendi habet; quod haud leve ſuperioris
& ſublimioris juris indicium exiſtit. † *Ita Dn. Doctor JA-*47
COBVS BORDINGVS, profeſſor quondam Aca-
demiæ Roſtochienſis celeberrimus, Cancellarius Megapo-
leos Magnificus, & deniq; Conſul Lubecenſis Ampliſſi-

mus præclareq; de illa republ. meritus, Facultati Juridicæ Academiæ Rostochiensis Comitivam ab invictissimo quondam Heroe Rudolpho II. Germanorum Imperatore piè defuncto legatus obtinuit.

Habetur in articulo IX. hujus tituli, **Worthaltender Bürgermeister.** ¶ † *Roma licet binos agnosceret consules, fasces tamen non utriq; simul sed alteri tantum per vices præferebantur.* † *Eundem in modum etsi nostræ Respublicæ ut plurimum quatuor viros consulares admittant, non tamen eorundem semper una eademq; est potestas.* † *Is enim cui ad semestre seu quadrimestre, vel mensis spatium faces sunt demandatæ, vel qui verbum tenet, aut verbipotens est, solus fascibus, id est, consulari auctoritate potitur.* † *Quocirca tantisper, dum consul fasces tenet, salvum conductum concedit; ijs verò depositis, successoriq; traditis, salvus conductus non denuo impetratus exspirat, non secus ac si morte consul exstinctus esset.* † *Energia enim vocis* **Worthaltenden/** *expresse inducit,* **So lang er das Wort helt/** † *Imperio enim depositio, & ea deposita censentur, quæ exinde dependent.* † *Non enim* Personæ, *sed* Officii *munus est, securitatem tribuere.* † *Morte quoq; concedentis exspirare salvum conductum certa est opinio Megalotti* in tractat. de salv. cond. part. 4. in pr. Franc. Hercul. tract. de caution. de non offend. cap. 37. rubric. de salv. cond. n. 21. Mænoch. de arbitr. jud. quæst. lib. 1. quæst. 69. n. 5. *Secus si à Senatu datus sit. Ordo enim Senatorius non dicitur mori.*

Gleidt

Gleidt gegeben wird. ¶ † *Ratio & conceſsio ſecuritatis* 56
non an placidum & nudum arbitrium concedentis, ſed cum
primis ad formam legis fieri debet. † *Ad formam verò ſalvi* 57
conductus primò requiritur, ſummaria cauſſæ cognitio; ni e-
nim criminis admiſsi, ſeu facti, ejuſq; qualitatis indagatio
præceſſerit, ſalvaguardia, inconſideratè & obreptitiè data
atq; extorta cenſetur. † *Secundò, ſatisdatio, ut ſalvum con-* 58
ductum petens, ſufficientem & idoneam pignoribus vel fide-
juſſoribus præſtet cautionem, ſe in quavis parte litis, † *& in* 59
primis definitivæ pronunciandæ tempore in perſona compa-
riturum. Lipſ ns deciſion. 113. volum. 2. Matth. Coler. deciſ. 165. n. 6.

In die Stadt zu kommen. ¶ † *Vrbis ſecuritate conceſ-* 60
ſa, eam non indeterminatè accipies. Vox ſiquidem Civita-
tis hic non ad ultimum ejus terminum, ſed locum muris por-
tisq; clauſum. Hoc enim expreſsè probat particula IN, quæ
certo urbis circumſcripto loco ſecuritate donatum includit.
† *Extra oleas itaq; ac portas Civitatis vagantem ſecuritas* 61
non comitatur, ſed judicis & adverſarij poteſtati de ſe ap-
prehendendo ſemetipſum objicit. † *Interim tamen is, cui ſal-* 62
vus conductus impertitus eſt ad judicium ſe conferens, in-
deq; recedens, intermedijs in locis, etiam extra urbis Lube-
cæ territorium ſitis, tutus perſiſtet. per ea quæ Arumæus de deciſ.
3. ad aur. Bull. th. 19. fol. (mihi) 30. notat † *Quod ſi verò determi-* 63
natè & circumſcriptè ſalvus conductus ad certam domum
vel curiam reſtringatur, extra eandem non ſine periculo con-
ductus ſeſe movebit. † *Arbitrio enim concedentis relinqui-* 64

tur, quem terminum & modum legi conductus adjicere ve-
65 *lit. Et ejusmodi conductus dicitur conditionatus.* † *Senatus autem Lubecensis extra territorium suum debitori aut de-*
66 *linquenti salvum conductum præstare nequit.* † *Cum extra metas territorij jus dicenti impunè non pareatur.* l. fin. π. de
67 jurisdict. leg. in agris limitatis π. de acquirend. rer. domin. † *Proinde, si impetrans sibi metuat, ne per aliorum principum ac civitatum territoria iter faciens, arresto vel reali citatione, ad instantiam adversarij detineatur: is cujus territorium peragrandum, vel omnium supremus Imperator adeundus, argumento eorum quæ tradit Colerus* d. tractat. de process. executivis part. 4. cap. 1. num. 177. Jul. Clarus lib. 5. receptar. sententiarum § fin. quæst. 32. num. 13. Francisc Hercul. d. cap. 37.

68 †**Zu kommen.** § *Verbum hocce* **kommen**/*sive venire, non ad nudum corticem sed arboris legalis medullam accipi debet: cum non saltem liberam veniendi sed & recedendi facultatem præstet. Non enim de corporis solum incessu, sed ingredientis libertate intelligendum est.* Bartol. in leg. utimur eo jure, num. 1. π. de sepulch. viol. Nellus in tractat. de Bannit. in tertia parte secundi temporis quæst. 17. n. 18. Felin. num. 1. extr. de Tregna & pace cap. qui per diversitatem, § tempus, in verbis Accessit, permansit & recessit. de concess. præbend. cap. statutum § in verbis, veniendo, stando & redeundo, de rescript. in 6. leg. 1. ibi venientes & remeantes omni securitate potiri. Cod. de Navicul. lib. 11. *Deinde hæc phrasis,* **In die Sadtt zu kommen**/ *concedit quidem liberam accedendi ac recedendi potestatem,* uti nuper Dn. Arumæus in suo discurs. 1. th. 26. fol. (mihi) 32. id probavit. *non vero perpetuum sed ad tempus conductum; cum ad tempus liti præfinitum concessus sit.*

Cautum

Cautum itaq; se accusatus sive reus præbebit, ne formam sive metam salvi conductus transiliat, sed si simpliciter ad causam suam dicendam citatus fuerit, das er seine *defension*, wie recht/möge vorbringen/*finitis terminis judiciarijs sive mora recedendo, seq; subducendo, apprehensionis periculum evitet.* Vide quæ in simili tradit Matth. Colerus tractat. de processib. Execut. part. 4. cap. 1. num. 199.

Vnd dem jennigen/ welcher mit der Vorgleideten Person in widerwillen stehet/ angekündigt wird/ so ist er sich gegen jhm gleidlich zuverhalten schüldig. ¶ *Hæc verba effectum salvi conductus explicant, ut nimirum salvi conductus clypeo tectus tutus sit in ipso aditu, mansione & recessu sive discessu, tum in proprijs & alienis ædibus, tum in locis privatis & publicis, nec non & in itinere, in ipsa concessione haud exceptis, vel se itinere accingens. Vbivis enim data securitas eum tuetur ab omni injuria verbis aut facto inferenda. hîc art. nostro XI.* Gleidtlich zuverhalten schüldig. *Quod verbum* schüldig */ est præceptivum, Imperativum, & obligatorium, quod probatur legibus civilibus,* lege legato; leg. qui mittuntur. § sed & si, ubi gloss. in verbo agere. ff. ex quib. caus. major. Angel. consil. 363. incipiente. Quicquid addo Mænoch. de arbitrar. jud. quæstion. lib. 2. casu 336. n. 18.

† *Ad effectum hujus materiæ & hoc adjiciendum, Etsi* 69
oppositio loci non tuti seu securitatis petitio sit exceptio dilatoria: tamen quia periculum quovis momento metuendum, sive gravamen successivum continet, tam ante quam post litis contestationem, & ita in quavis parte judicij opponi potest

Bald. in

Bald. in l. peremptorias num. 17. Cod. sentent. rescind. non poss. Joan. de Imola in cap. ex parte tua. 1. Ibiq; Decius, num. 2. Extra de Appellat. Felin. in d. cap. Accedens n. 16. Extr. ut lite non contestata.

70 † *sive salvus conductus impetretur in causa civili vel criminali.* Matth. Coler. de process. execut. part. 4. cap. 1. n. 169.

71 † *Salvo conductu sine justa causa denegato Reus sive*

72 *Accusatus se coram tribunali sistere non tenetur.* † *Et si judex nihilo minus processerit, totus actus judiciarius dicitur*

73 *nullus.* qua de re videatur Coler. d. part. 4. cap. 1. n. 1. † *Et hoc maximè obtinet de jure Saxonico* Landrecht lib. 2. art. 14. § kommen sie dann nicht/ *ubi statuitur, Accusato se defensioni offerente, salvum conductum esse concedendum,* Man soll jhm frieden wircken. *Concordat. cum art. 4. in pr. ibiq; gloss verb.* Wer sich einer bezichtigung entreden will / den soll der Richter darzu vorgleiten. *Quod tamen cum mica salis accipiendum.*

75 † *Marchiaca privilegia, magno utriusq; tam clerici quam laici ordinis onere, Annis 1534. 1538. 1550. & 1577. obtenta probant, serenissimum Electorem nemini subditorũ, mediatè Electori parentium, in dicta causa salvum conductum concedere posse; attestante Lamberto Distelmejero, in* consuetudinibus Marchiæ à Scepelitzio collectis. part. 2. tit. 12. § 1.

76 † *Fallit effectus securitatis si delicti ob quod accusatus erat; vel propria confessione, vel testibus aut alio legitimo modo quis convictus fuerit. In confitentem enim & legitimè convictum, nullæ sunt aliæ judicis partes, quam ut ad condemnationis actum procedatur.* leg. proinde in fin. π. ad leg. Aquil. Clarus in practis

in pract. criminal. § fin. quæst. 65. *Ubi dicit hanc esse communem opinionem, quam servat totus mundus. Securitas enim data, solam facti, non etiam juris vim excludit.* Schützet nur biß zu Rechte/ vnd vor Vnrechtmessigen Gewaldt. *Ita responderunt Scabini Lipsenses, Senatui Northusano. teste* Daniele Mollero, d. lib. 2. semestr. cap. 1. n. 2. vers. cæterum.

† *Majoris dubij & periculi est hæc quæstio, Quid juris in casu, quo contra Accusatum, qui fidejussorum interventu, à carcere liberatus est decernatur quæstio sive tortura? utputa in homicidij caussa, alijsq; criminibus, quotidiè occurrit: num è vestigio pronunciatæ sententiæ, carceri mancipari, seu ita custodiri debeat, ne elabendi periculum metuatur,* † *Quod equidem statuo, cum extra dubium accusatus ad effugiendum quæstionis cruciatum, omnino se subducturus, ac per hoc medium vitæ ac famæ consulturus sit: Tortura enim ipsa capitis pœna gravior est, atq; intolerabilior.* Farinac. in praxi criminal. lib. 1. tit. 5. Quæstion. 37, de indicijs & tortur. *atq; ita delictum maneret impunitum.* † *Deinde salvus conductus non juris, sed violentiæ effectū excludit, sed potius suspendit.* Weil es heist vor Gewalt biß zum Rechten/ † *Nec concessa securitas modos probandi rejicit, quod fieret ni medio torturæ veritas indagari posset. Et quanquam Mollerus in suis semestribus* lib. 2. cap. 1. *de contrario pronunciato testetur, innuit tamen, eo casu nullam fugæ suspicionem exstitisse.*

Bricht er aber an jhm das Gleidt/ das er jhn mit dem

Fronen angreiffen/vnd einziehen/ vnd sonsten mit Stadt-
81 recht vornehmen wolte. § *Verba hujus §. innuunt, materiam salvi conductus, cujus gratia hæc securitas est adinventa, nempe negocia criminalia, in verb.* mit dem Fronen angreiffen/vnd einzihen/ *vel civilia esse, in verb.* vnnd sonsten mit Stadtrechte. *Quando autem & quoties, in criminalibus concedendus sit salvus conductus, superius explicatum*
82 *est. Jam itaq; de civilibus.* † *Et primo quidem, si debitori, in causa civili ad modicum tempus, puta 30. dierum, ne ad præscriptum juris Lubecensis.* sub tit. de his qui sunt sui vel alieni juris art. 1. *in carcerem detrudatur, securitas detur; hoc etenim casu fides servanda est.* § sed neq; in Authent. de mandat. princip. hoc § nostro juris Lubec. *ad quem omninò vide Farrinac. in*
83 prax. crimin. lib. 1. tit. 4. quæstion. 29 n. 21. † *Et judicem, creditore invito, ex justa tamen causa salvam guardiam, ad breve tempus indulgere posse, nec ob id statim syndicatus reū fieri, tradunt Paris de Puteo,* in tractat. de syndicat. in verb. salvus conductus. cap. 1. n. 2. vers. quæ nota. Jacob. Novell. Regul. 182. salvus conductus à solo Principe in 1. & 2. amplicatione. *Et addit Farrin.* in pract. criminal. lib. 1. Tit. 4. quæstion. 29. n. 21. in fin. *Consiliarius urbis Venetiarum, & supra Consules, quibus auctoritas hæc est concessa, omnibus fallitis, etiam Judæis fidentias & salvos conductus concedere posse: ubi tamen plures casus exceptos seu fallentias, subjungit, quibus non remorante salvo conductu incarceratio sit decernenda.* Farinac. jam dicto loco.
84 † *Videlicet, ni jure jurando debitor se ad solutionem*

adstrin-

adstrinxerit, hoc enim casu nec supremus magistratus, ob animæ periculum, invito creditore salvum conductum concedet, de qua quæstione vide à Farrinaceo magno numero allegatos d. loco n. 22. † vel debitum privilegio juris sit vallatũ. 85
quale est 1. Ecclesiarum. 2. Pupillorum. 3. Xenodochiorum, 4. miserabilium personarum. 5. Scholarium. 6. famulorum. 7. hospitum ex cibo & victu subministrato agentium. 8. uti & eorum qui in funus quid crediderunt. arg. artic. XI. lib. 3. tit. 1. Aut causa ex qua salvus conductus petitur, hæresin damnatam redoleat. Hæreticis impœnitentibus & iure damnatis salva guardia nullatenus concedenda. Si verò hæretico data sit, omnino servanda est, propter fidem datam, quam summus Jehova nobis omnibus, etiam nondum reconciliatis servavit.

So soll er zehen Marck Silbers dem Rathe wetten. ¶

† Nonnulli interpretum tradunt, si quis aliquem, qui à Prin- 86
cipe salvum impetravit conductum, offenderit, eum de jure civili criminis læsæ majestatis reum censendum, per text. leg 1. in princ. vel adversus securitatem ejus committetur. Et ibi gl. in verbo securitate, ad leg. Jul. Majestatis. Prosper Farrinac. in pract. criminal. lib 1. tit. 4. quæstion. 29. n. 12. ubi plures allegat. Verum ego cum. Budæo in annotat. poster. ad Pandactas ad leg. 1. leg. Jul. Majest. textum illum de violatione pacis publicæ accipio, † Ex Ca- 87
roli tamen IV. invictissimi Imperatoris aurea bulla, pœna hæc læsæ Majestatis in eos, qui personas Electorum, eorumvé legatorum, ad electionem Romani Regis seu Imperatoris ex-

currentium, in minimo ladunt, nec salvum conductum præstant, est constituta & renovata. Vt si Imperij Princeps, Comes, Baro, nobilis, miles, cliens, singuli quoq; cives aut communitates, Electorem ejusve legatos offendant, salvum conductum negant, nec eundem præstant, primò perjurij damnãtur; deinde feudo & quavis alia re in patrimonio existente exuuntur; tertiò universis juribus, libertatibus, privilegijs & immunitatibus à sacro Imperio obtentis privantur, quartò Imperij banno & præscriptionis subjiciuntur, & insuper omni jure indigni reputantur. Vide auream Bullam Caroli IV. § statuimus insuper, & mandamus universis alijs principibus.

88† *De jure Saxonico salvum conductum adversario sive à superiore, sive inferiore datum violans, indistinctè ad pœnam ultimi supplicij damnatur.* Landtrecht/lib. 2 art. 15. § Die einen Man schlagen / in verb. die den Fried brechen/den soll man das Heupt abschlagen/ *Et subjicit Additionator* ad art. 4. lib. 2. lit. B. *istud ita in practica observari. De cujus tamen pœnæ severitate, Matth. Colerus valde & quidem rectè dubitat.* tract. de process. execut. part. 4. cap. 1. n. 191. *Et ego, textum hunc subintelligendum authumo, de pacis publicæ violatoribus, & quidem vim contra specialem salvum conductum exercentibus, per verba,* die den Frieden brechen/ *quæ non de simplici pacis violatione, sed tali, quæ alias de jure pœnam capitalem meretur.*

Vnd einer jtzlichen Raths Person/ einen Lübischen Fl. an Golde/ dem Vorgeleiteten 7½. Lübischen Fl. an Golde. ¶

89† *Pœna hæc singulis de collegio persolvenda, docet salvum*

condu-

conductum à singulis & universis Senatorij ordinis membris, vel majoris partis voto, decernendum esse. Effectus enim seu mulcta jurisdictionis, præsupponit causam seu jurisdicendi voluntatem. Quod & vocabulum von dem Rathe/ *quod est vocabulum ordinis seu majoris partis.* † *Non* 90
enim dicuntur jussu consulatus seu Senatus decreta, quæ à majori parte non sunt approbata, † *Improbanda itaq; vul-* 91
pina & astuta nonnullorum machinatio, qui eo tempore, quo vel pauciores, vel illi qui eorum conatui favent, præsentes sunt, rem ad Senatum referunt, & nonnunquam officia & beneficia suis quantumvis indignis conferunt, vel eorum causas, quibus malè cupiunt, tractant. Vnde, cum hic consultandi modus, & viri boni officio, & juramento præstito adversetur, quod omnem machinationem, fraudem & collusionem excludit; minus syncerè hi pessimarum causarum patroni, idipsam Senatus decretum, nuncupant, & jussu consulatus promulgatum clamitant: per se itaq; nullum est, nullumq; producit effectum.

Wann sich auch die Vorgleidete Person nicht gleidt- 92
lich. ¶ † *id est, ni ad præscriptum & naturam salvi conductus se gesserit: novi enim quid moliendo, simul at securitas de admisso facto seu delicto concessa evanescit, & manibus ac potestati judicis, ejusq; ministrorum leges salvi conductus transgredientem subjicit, ut omni Appellationis, provocationis & cujuscunq; querelæ medio post habito carceri mancipetur*
Angel. de Malefic. in verbo, quod fama publica, num. 68. in fin.

Fruſtra enim fidei à ſe violatæ ſe committit, cum jure fidem frangenti eadem viciſſim frangatur. leg. cum proponas. Cod. de pactis Roman. in leg. poſſideri ſ ſi ſervus num. 10. π. de acquirend. vel
93 amittend. poſſeſſ. † *Hoc enim etiamſi jure Lubecano expreſſum haud foret, ex juris tamen communis diſpoſitione idipſum liqueret; cum omnis conceſſio, hanc conditionem, clauſulam & naturam complectatur, ſi impetrans legi Romanæ ipſi in ſecuritatem conceſſæ, ſe conformem gerat, & beneficio conſecuto non abutatur.* capit. privilegium 11. quæſtion. 4. leg. quæro ſ inter locatorem π. locati. leg. quid ergo ſ ſi heres π. de legat. 1. Megalot. in pract. de ſalvo conductu in 2. parte, colum. 4. verſic. ſed hoc limitatur. Mœnoch. conſil. 244. num. 31. & ſeqq. volum. 3. *Et hanc communem, nec ab ea recedendum in conſulendo aut judicãdo tradit* Proſper Farinac lib. 1. tit. 4. quæſt. 29. num. 60. in fin. Et Megalotus in ſuo tractatu de ſecuritate & ſalvo conductu 4. part. colum. 1. verſu. *ſed hoc intellige generalem regulam, ſalvum nempe conductum ſervandum non eſſe, revocariq; poſſe ex ijs cauſis, ex quibus licitè receditur à pactis & conventionibus, puta doli, fraudis, ſiniſtræ machinationis & ſimilibus.*

94 † *Multis verò modis legem ſecuritatis ipſemet violat*, bricht ſelber das Gleidt. 1. *ſingulis juridicis ſe judici non ſiſtendo*, Weil er in der Perſon ſelber/vnd in allen Gerichtstagen/ſoll vnd muß erſcheinē. *Scabini enim Lipſenſes, recepto more pronunciant, ut, quoties citati fuerint, compareant, & executioni ſententiæ ſubmittant.* Daniel Moller. lib 2. ſemeſtr. cap. 1.

95 † *Fugam adornando.* Dan. Moll. d. lib. 2. ſem. cap. 1. num. 2. verſic.

96 *multo magis-* † *Nova facinora ſeu delicta perpetrando & commit-*

committendo. Farrinac. d. loco. † *Si post impetratam securitatem noua debita contrahat, seq; talem præstet, quo se indignũ concesso beneficio constituat. Salvus namq; conductus debita & delicta admissa & contracta, non etiam contrahenda & admittenda ex hujus materiæ natura comprehendit; nec judicis est connivere ad delicta futura, sive delinquentibus fenestram malitiæ aperire.* Megalott. in tractat. de salvo conduct. in tert. part. in princ. signorol. consil. 103. num. 3. Mænoch. de arbitr. Judic. quæst. lib. 2. casu 337. num. 13. Francisc. Herculan. in tractat. cautionis, de non offend. cap. 37. Tit. de salvo conductu num. 20. vers. quod facit ad salvandos. 97

† *Colophonis loco subjicio, liberas Imperij civitates inducias* QVINQVENNALES, **das Quinquennal oder Anstandt**/*ex causa, creditoribus etiam reluctantibus non minus ac cæteri Germaniæ Principes concedere posse, per ea quæ superius de sublimiori jure civitatum, & in libello nostro differentiarum tradidimus.* † *Concessio tamen hæc cum causæ cognitione fieri debet* vide constitut. Imperij, Policey ordnung/Anno 1548. zu Augspurg Tit. von verdorbenen Kauffleuten/ Et ordination zu Franckfurt Anno 1577. tit. 23. 98

† *Et moratoriam hanc dilationem petens, priusquam eam à judice impetret, cavebit vel fidejussoribus, vel pignoribus, se suis creditoribus elapso termino, soluturum. per ea quæ traduntur.* in leg. si debitori meo π. de judicijs ibiq; Doctores. 99

† *Nec cautionem hanc seu satisdationem Princeps vel civitas debitori remittet, nisi morosi debitoris causam suam facere velit.* vide Bernhard. Wurmbsen. practic. forens. lib. 1. tit. 28. obs. 9. n. 2. Fabrum ad leg. Neratius 191. in fin. π. de R. J. Chilian. Nominus in 100 101

minus in proceſs. cap. 2. in addit. 33. Teſſari. Deciſ. 186. M. Anton. Cocch. tractat. de morator præſcript.

102 † *Num juratoriæ cautioni fidendum, ut fidejuſſores non inveniens, ſe ad juramentum offerre, & in id creditor conſentire teneatur? Haud tutum arbitror.* vide Teſſan. d. deciſ. 186. n. 4. Peckium de jure ſiſtendi cap. 10. num. 3.

103 † *Moratoria hac dilatione conceſſa, an medio tempore uſuræ currant, non una eſt omnium ſententia, de quo vid. Dan. Moller. lib. 4 ſemeſtr. cap. 7 ubi uſurarum exactionem hoc caſu inhumanum cenſet: Verum inhumanius puto, ſi creditor per quinquennium ab exactione ſuſpenſus, lucro ſuo carere, & illi invito jus quæſitum auferri debeat; cum Chriſtiana charitas à ſemetipſa initium capere, nec alterum plus juſto lædere debeat: quippe non raro plurimi creditores reperiuntur, qui ipſi quoq; non minori, quam debitor illorum premantur ære alieno. Iniquum itaq; ut interuſurium alijs præripiat. Hanc ſententiam probant Toſſanus d. deciſ. 186. Salicet. in leg. 2. Cod. de precib. Imperat. offer. M. Anton. Cucch. d. tractat. de morator. præſcript, n. 148. Molinæus in tract. de uſur. num. 624.* Et Doctores uno ore ſententiam hanc probare, auctor eſt Bonnius in
104 ttact. de cenſib. lib. 1. cap. 75. † *Quinquennij hoc beneficium etjam fidejuſſoribus prodeſſe authumo, cum acceſſoriæ obligationi non denegandum, quod principali prodeſt. Et ubi vel quoties principalis liberatur, etiam is qui obligationi acceſſit jure liberatus dicitur* vide Treutler. part. 2. diſp. 24. th. 4. lit. E.

105 † *Vtrum vero creditorum plures, paucioribus refragantibꝰ luſtrum hoc moratorium, debitori rectè concedant, nec adeo*

expedi-

expeditum est, qua de re vide Daniel. Moller. dict. lib. 4. semestr. c. 6. *ubi simul de opificum & viliorum hominum concessione*, von Tagelönern vnd Leidtlönern *agit*.

SECTIO XXV.

ARTICVLVS DVODECIMVS.

WVrden zween Raths Personen wider gebür / jhrem Stande zuverkleinerung / vor dem Rathe vnd in dem Rathe zancken / an welchem die Schult befunden / der sol dem andern abtrag thun / mit zweyen Lübische Gülden / vnd dem Rathe wetten / zehen Lübische Gülden / Do aber einer dem andern Hand anlegē / oder an seinen Ehren angreiffen würde / so soll er jm mit achte halben Gülden

COram Senatu, aut in hujus consessu, Senatorum nonnullis, contra decorum, in sui & ordinis contumeliam, se convicijs proscindentibus, auctor rixæ, partem læsam duobus florenis Lubecensibus demulceto, & Senatui florenos Lubecenses decem pendito. Ad manuum verò consertionem descendens, alterive gravem injuriam in existimationis dispendium ingerens, injuriam passo, florenos Lube-

Lübisch abtrag thun/ vnnd dem Rathe dreissig Lübische Gülden zum gemeinen besten ohne nachlaß zu bezahlen schüldig seyn.

censes septem cum dimidio pensato, Et Senatus communi ærario, triginta florenos Lubecenses, citra remissionem persolvito.

SUMMARIA.

1. In loco judicij, cumprimis judice præsente, nulla vox dura, nedum incivilis proferenda.

1. In Rathstuben/ Gerichten/ Schreibereyen vnd Cantzeleyen/ soll in der Richter/ oder Obrigkeit gegenwart/ kein herbes/ geschweig ein vnhöfflich/ oder scheltwort gehöret werden/ weil es ein heiliger ort ist.

2. In hanc legem peccantes, gravi animadversione sunt dignissimi.

2. Die jennigen/ welche als Zahnbrecher/ Kesselführer/ vnd andere Holuncken in Paurzechen/ sich an gerichtlichen vnd befreyeten örtern schelten/ vnd wie Henckersbuben vnterandern außmachen/ oder sich vngebertig stellen/ vnd derogestaldt/ das einer den andern/ weiniger der Richter nicht hören kan/ schreyen: Die sollen ehe vnd zuvor sie von dannen/ vnd der Gerichtsstadt gelassen/ ernstlich darumb gestrafft werden.

3. Hoc verbosum & ventosum genus hominum, tantò præstantiorem, quanto minis & clamoribus ferociorem se exhibuerit, sese arbitratur.

3. Diese Ruffer vnd Schnarcher/ vermeinen/ wie hefftiger sie schelten/ vnd jhre gegentheil außmachen/ je gewisser jhnen der Richter müsse beyfall geben/ thun sich aber in solcher fürien/ den grösten schaden.

4. In omni maleficio auctor & caussa tumultus probe considerandæ.

4. In allen Vbelthaten vnd *Injurien* sachen/ wird billig der erste anfang/ vnd vrsach angesehen/ weil in solchen fällen dem Verursacher der bösen that/ die grösseste ja gedobbelte Schuldt zugeben ist.

5. Cumulatio criminalis & civilis de jure Lubecano permissa.

5. Nach Lübischen Rechte/ kan ich in *Injurien* Sachen/ meine Klage anstellen/ das mir nicht allein Abtrag vnd ein Widerruff geschehe/ sondern das auch daneben dem Richter willkührliche Straffe mag erleget werden.

1 ORdo Senatorius uti sacer perhibetur: & judicium, quod altissimi Jehovæ nomine hic in terris peragitur sanctum

sanctū nūcupatur. Ita locus & cætus hic ab omnibus, maximè mutuis convicijs, dicterijs obscœnis, & clamoribus diris, expers & vacuus esse debet. † Graviter itaq; tū judiciorū præsides, tū in judicio litigātes sūt coercēdi, qui causas suas minus modestè ac placidè, proponunt, sed importunitate sua & mutua vocum atq; injuriarum procacitate tantos excitant tumultus, clamores, & strepitus, ut nec semetipsos exaudiant, vel intelligant, nec non & ipsi judici ad deliquium usq;, fastidium creant. † Hoc enim cerdonum, lenonum ac impudentissimorum genus, tanto loquentiores (cum eloquentia penes ipsos prorsus exulet) sese putant, quantò vocaliores existunt; certoq; sibi persuadent, ultimo loco latranti, causæ victoriam omnino obventuram, licet utplurimum garrulitate plus causæ officiunt quam prosint. 2 3

† An welchem die Schuldt befunden. ¶ Dico auctorem rixæ. In omni enim cum Civili tum criminali judicio, initium litis & contentionis inspiciendum. In dubio enim Actor rixarum, causam dissidio dedisse, & in culpa esse præsumitur. leg perspiciendū § delinquitur ff. de pœnis leg. ita vulneratus ad l. Aquil. 4

† Deinde ex hoc textu cumulationem criminalis & civilis actionis, de jure Lubecensi subsistentem notabis, quæ de jure civili inepta perhibetur, uti Antithesi nostra 62. tradidimus. In causa injuriarum de jure Lubecensi actionem dari ad pœnam fisco applicandam, simulq; injuriosam vocem recantandam, inferius lib. 4. articulo 16. Titulo de injuris tradam. 5

SECTIO XXVI.

ARTICVLVS XIII.

ES sol kein Rathman Seines andern/ der jhm nicht verwandt ist vor dem Rathe sein wort reden / es were dann / das er jhm im dritten Gliede gleicher Linien von Blut vnd Schwegerschafft zugethan sey/ vnd er seinent wegen/ wann die Sachen berathschlagt/ auß dem Rathe gehen würde/ in dem fall mag er jhm mit rath vnd that helffen.

SEnatorum nullus, patrocinium alterius coram Senatu, ni forte in tertio agnationis vel affinitatis gradu, & quidem lineæ æqualis, ei conjunctus fuerit, suscipito. Et causa ejusdem in deliberationem proposita, ipsemet ille secedito. Quo facto liberè eidem assistito.

SUMMARIA.

1. Sanguinis, affinitatis, amoris & amicitiæ vis, magna.

2. Hoc vinculo nexi, arcentur à consilijs publicis.

1. Das Geblüt/ wie auch Schwägerliche verwandtnuß vnd Freundtschafft / hat grosse krafft bey vielen.

2. Nahe Verwandte / sollen sich der Rathschläge vnnd votirens enthalten.

3. Rosto-

3. Rostochiensium severior lex.

4. Tertius geniculus quomodo intelligendus.

3. Die Rostockische Gerichtsordnung verbeut solches noch herter.

4. Das dritte Gliedt wie es zu computiren.

SAnguinis, affinitatis, amoris & amicitiæ vis magna 1
est, quæ non sinit hominem in libertate judicij persistere. Mores enim, amore, odio vel livore capti, nec jus, bonum, aut æquum, satis vident: Cum nihil sit tantopere, quod attrahat atq; alliciat, quam amor & odium. † Prudenti itaq; consilio hîc cautum, ne sanguinis vel affinitatis 2
gradu nexi sibi judicium sumant, vel consilijs intersint.
† Severiori adhuc lege apud Rostochienses, cautum, ne quis 3
Senatorum, in propria vel pupilli nedum agnati vel affinis causa, procuratorem in judicio agat, aut verba ibidem faciat: ne uno eodemq; in loco & dictatorem seu judicem & clientem & Reum agat, suaq; auctoritate, quempiam eorum, qui sunt de judicio, in suam sententiam permoveat: Quæ de re vide constitutionẽ, sive ordinationẽ judiciariã Senatus Rostochiensis Tit. 7. Von der Procuratoren Ambt. §. 8. 9. & 10. in verbis. Oder jemands in seiner selbst eignen Sachen / welche doch denen des Raths simpliciter verbotten sein sollen: Oder in seiner mündlin. Et si Senatus, omni suspicionis sinistra expers esse cupit, à collega in propria causa procuratorem agente, ad præscriptum §. 6. duas marcas Lub. toties quoties, in legem hanc committit sine personæ respectu, exigetur.

4 † Dritten Gliedt. ¶ *Computatione Canonica non Civili, uti supra Sectione XXII. n. 2. indigitavimus: Aliam enim computandi rationem servat jus pontificium: Aliam Civile Imperatorium: In linea tamen collaterali, saltem, & non descendenti: Illam Canonicam etiam Rostochienses, in suis judicijs servant; & veluti expeditiorem, civili calculo præferunt.*

SECTIO XXVII.

TITULUS II.

AD MUNICIPALES ET DE INCOLIS.

Von Bürgern vnd Einwohnern.

SUMMARIA.

1. Rubricæ frontispicij AD MUNICIPALES verus intellectus.
2. Vocabulum Civis aliquandò latè, nonnunquam strictè accipitur.
3. Anseaticarum civitatum incolæ pro concivibus habendi.

1. Wie daß wort Bürger / alhie eigentlich zuverstehen.
2. Das Wordt Bürger hat vnderschiedlichen verstandt.
3. Aller Anſiſche Stedte Einwohner/ seynd dahero nicht vnbillig für gesambte Bürger zuachten / weil sie in gesambt des Anſehiſchen bundes/ satzungē/von Kauffmanſchafften müssen gehorsamē/ vnd zu deren vorthetigung / für einen Man stehen/ vnd daneben sich mehrentheils eines rechtē gebrauchē.

4. Nec non

4. Nec non & hinc cives jure dicuntur, quod singuli singularum civitatum tribuni, Lubecæ magistratus permissu, lustro recurrente, conveniant, & de collegiorum juribus, privilegijs, ac legibus collegij agant.

5. Aurea bulla & recessus Imperij communes patriæ incolas Cives vocat.

6. Confæderati Anseatici, non sunt unius gradus.

7. Lubeca & plæræq; Anseaticæ Civitates, non unius qualitatis Cives alũt.

8. Ordo Civium, ratione status, triplex est. Senatorius & patricius: Mercatorum: & Mechanicus, cui cæteri omnes accensentur.

9. Consideratione munerum dispescuntur Cives in Municipales & Incolas.

10. Colonia Agrippina, uti & nonnullæ aliæ Civitates, genuinorum civium nomina, in matriculam urbis authenticam; Incolarum vero ad tabulas peculiares referunt.

4. Es werden auch der Anseheſtedter Einwohner nicht vnfüglich gesambte Bürger genandt / weil der mehrentheil Empter / zu gewiſſen Jahrzeiten zu Lübeck / mit der Obrigkeit vorwiſſen ſich zuſamen thun / von jhrer Handtwercke Rollen / Gerechtigkeiten vnd wie die Handtwercksburſt in gehorſamb zu halten / deliberiren / vnd ſich einhelliger meinung vergleichen.

5. Die güldene Bulla vnd Reichsabſcheide / nennen des Reichs Vnderthanen / Bürgere.

6. Des Hanſiſchen bunds Verwandte / ſeynd nicht in gleichem grad.

7. Lübeck vnd viel der Anſeheſtädte / haben Erbgeſeſſene : oder gemeine Bürger / vnd dabeneben Einwohnere.

8. Es befinden ſich in den vornembſten Anſehe Stätten dreyerley ſtende der Bürger: Erſtlich des Raths vnd patriatſtandt: zum andern der vornehmen Kauffleute vnd Krahmer Standt: vnd zum dritten der Handtwercker vnd anderer Einwohner.

9. Nach der Stadt bürden oder *officien* ſeynd Erbeſeſſene Bürger / welche zu allen Ehren vnd Emptern erfordert werden: Einwoner aber werden billig nicht darzu verſtattet / iſt auch nicht rathſamb / jhnen der Stadt heimbligkeit zu offenbaren.

10. Die vhralte Stadt Cöln / vnd etliche andere *Communen* / haben einen rühmblichen vnterſcheidt / bey denſelben ſo das Bürgerrecht gewonnen / in dem ſie die Erbgeſeſſene / vnd ſo das folle Bürgerrecht erkenffen / in die Heupt matricul verzeichnen / die andern aber in ein beſonders Buch auffſchrieben.

RUbricè ad MUNICIPALES *intellectus apud Lubecenſes & cæteros hoc jure utentes civitates illuſtrior eſt, quam qui à Romanis municipibus tribuebatur: Indaganti enim noſtrarum rerumpubl formas ſtatim occurrit, indubitate, & gladij & jurisdicendi poteſtas regaliorum nimirum* 1

eminen-

eminentia hisce competens, uti latius idipsum supra indigitavimus, & Antithesi nostro 8. multisq; sequentibus pertractavimus. Deinde Rubrum hoc, Cives rectè distinguit: in MUNICIPES i.e. Cives qui munerum & dignitatum, non minus quã onerum sunt participes: & Incolas, i.e. tales cives qui aliunde pedis figendi causa, in civitatem aliquam se conferunt, & onerum quidem, sed minimè dignitatum sunt capaces notante Festo leg. 20. ff. ad Municipal. & de Incol.
2 ibiq; Gloß. † Vti vero vocabulum Civis nonnunquam propriam & strictam: Aliquando impropriam & largam admittit significationem: Ita & in jure Lubecano & moribus Anseaticarum urbium, non incommodè voci Civis, lata & stricta tribuitur significatio. Vt illo significatu, non Cives tantum & Incolas Lubecenses, sed cæterorum nostra-
3 rum confœderatarum civitatum cives complectatur. † Corporis enim Anseatici incolæ, non immeritò dnr. Cives seu concives, tum, quod pactis publicis, licitòq; fœdere ad eadem emporea, Brugis in Flandria, Londini in Anglia, Bergæ, in Norvegia, & Neogardiæ apud Ruthenos: Vt cætera communia commercia apud Gallos & Hispanos, libere exercenda, taceam, accessus illis pateat: Tum etiam quod præcipua mechanicarum artium collegia, ijsdem legibus sint constricta: Tum, quod omnes omnium ferè civitatum incolæ, ad hoc Jus Lubecense quasi commune orcaculum, ex liberri-
4 ma receptione, semet alligarint. † Auctoritate horum pactorum, non Civitatum Anseaticarum magistratus solum, suos

Legatos,

Legatos: veluti ad Corporis Anſeatici magnum conſilium, ſingulis annis, vel etiam ſemeſtribus nonnunquam, & paucioribus menſibus expediunt, ſuaq; Comitia celebrant Anſeatica: Seu & tribuni ſingulorum collegiorum mechanicorum ex ſingulis Anſeaticis civitatibus conſenſu magiſtratus cujusq; loci, ſi non ſingulis annis, ſaltem luſtris Lubecam mittuntur, ut de negotijs, ad artes mechanicas promovendas, conſervandas, & ampliandas, conſilia capeſſant, ac de honeſtate in collegijs ſervanda, deliberent. † Quinimò totius 5
Romani Imperij incolæ, generali voce, dicuntur Cives, atteſtantibus Imperij receſsibus & aurea Caroli 4ti Bulla. unde ab Imperatore, etiam infimæ conditionis homines, vocantur Imperij fideles **Vnſere vnd des Reichs liebe Getrewe/** *&c. Quid itaq; prohibet, Corporis Anſeatici membra ſingula & omnia, Cives ſeu Concives vocare: Maximè cum hujus vocis copula, inſignem nos doceat uſum. Quemadmodum enim vox hæc,* omnes *ſimul exprimit & completur: ſic itidem omnes potentiſsimarum harum urbium incolas, ad communia* privilegia; mercimonia: jura & immunitates, *conjunctim propugnandas, defendendas, ſartas tectasq; contra quosvis conſervandas, cogit, conſtringit, & obligat: Vti leges notulæ confœderationis à ducentis pluribusve annis initæ & multoties emandatæ & auctæ hoc docent; & receſſus Anſeatici probant: Et optandum, ut harum urbium indubitatiſsima jura, à tot Imperatoribus, Regibus, Electoribus, Principibus, ac rebuspublicis data, conceſſa, &*

sanguine parta, prolixius è diu desiderata Historia Anseatica ediscì liceret Et inde non solum adquirentes, sed & concedentes perspicerent: quàm graviter pactorū horū publicorū violatores à pactorum licitorum vindice, sunt correpti, puniti, & nonnunquam cum prosapiæ deletione castigati.

6 † Habet & collegium hoc Cives seu socios, non omnium, sed quorundam saltem privilegiorum participes, quibus non nisi sigillatim evocatis, in consessu Anseatico, locus vel votum conceditur; cum hi certis pactis & conditionibus sint admissi. Non recenseo jam vetustissima sex Vandalicarum Vrbium, minus quorundam civitatum fœdera specialiora cum libera gente Belgica, non adeò pridem inita, faxit Jehova, ut ollæ fractili cum æneo lebete probè conveniat.

7 † Jam ad Cives singularum Civitatum, ac cumprimis Urbis Lubecæ descendendo, eosdem duorum generum esse deprehendo. Et horum quosdam perfectissimo Jure Cives esse censendos, civesq; hæreditarios rectè dictos: Erbgesessene Bürger. Alios minus perfectos seu plenarios Cives appellandos. Siquidem illi omnium munerum, honorum, ac privilegiorum sunt capaces: Hi non itidem, cum his portæ dignitatum non pateant; nec de secretis ad rempubl pertinentibus, quidquam capiant; seu illorum capaces habeantur. Periculi enim plenissimum est, vulgi labijs secreta reipubl. committere, quocirca Rubrica nostra Cives rectè dispescit: in

8 Municipes, i. e. munerum capaces: Et incolas. † Quamvis specialiori sectione, civium ordines ex auctoritate recessuum

Imperij

Imperij in tres classes partimur. Et primum in Senatorium *seu* patritium: † *Alterum in* Mercatorum nobiliorum: † *Et* 9
tertium in opificum tribus, *& fœcem plebis, cujus sectionis* 10
fundamentū desumptū est ex Reformat. Guter Policey zu Augspurg / *Anno* 1530. *vers.* Nachdem in Stetten gemeinlich dreyerley Bürger vnd Einwohner / als gemeine Bürger vnd Handtwercker. 2. Kauff vnd Gewerbsleute / vnd 3. andere so in Rath von Geschlechtern / oder sonsten seyn / vnd wie sich dieselben kleiden sollen.

SECTIO XXVIII.

ARTICULUS I.

ES soll kein Bürger zu Lübeck / in Kriegszügen sich bestellen lassen / ohne vrlaub des Raths / sondern soll zu seiner Wehre stehen / seine stette vertretten / vnd sich also gemeiner defension nicht entziehen.

CIVIUM Lubecensium nemo, consensu Senatus postposito, duci extraneo nomen suum profitetor; sed proprijs instructus armis, locum suum tuetor, ac nullatenus defensione communi subducitor.

SUMMARIA.

1. Rerumpublicarum columnæ ceu Herculeæ duæ: *Justitiæ libra*, & *Justitiæ gladius*, armorum in usu consistens.

1. Auff zwo Heubtseulen bestehen alle Regimente / als der heiligen Justitz / wor dieselbe durch die Wage der Gerechtigkeit / so wol dem Armen als Reichen / gleichmessig wird zugewogen vnd nothwendiger defension vnd Schutz der Vnderthanē.

2. Armorum tractatio civium, reipubl. fulcrum, & sudes oculis hostium.

3. Bellum licet per se minus sit bonum ac bellum, attamen bonum est & bellum.

4. In bellicis consilijs probè exactèq; dispiciendũ, quid ante bellũ suscipiẽdũ: quid in bello cœpto gerendo: Et quid deniq, bello finito, expediat.

5. Lubecenses prudenti consilio legem de bello non necessario fugiendo, & patriæ saltem defensione suscipienda tulere. Pacis enim tempore cogitandum de bello, & subditi ad armorum exercitia assuefaciendi & instituendi.

6. In omni bello 1. PERSONA. deinde RES. tertiò, ACTIO bellica, sive armorum & personarum exercitium considerandum.

7. Personæ in duplici sunt consideratione.

8. Rerumpublicarum ac civitatum magistratus, cives suos pœnali judicio ab armorum tractatione & belli conspiratione rectè arcent.

9. Bellum indicere est Magistratus & Subditorum simul.

10. Imperatoria Majestas, licet omnium Magistratuum prima & regina meritò ducatur: Ea tamen ipsa, non nisi annuentibus Imperij statibus bellũ Imperiale imperare vel suscipere potest.

2. Kriegserfahrne Bürger vnd Einwohner / beschirmen die Regiment / vnnd schrecken den Feindt.

3. Kriegshantierung / ob zwar dieselbe den Regimenten nicht zutreglich scheinet: So ist sie doch in zeit nothwendiger Gegenwehr / demselben höchst ersprießlich.

4. In Kriegs Rathschlägen / seynd hoch vnd vernunfftig zuerwegen / was für anfang des Krieges: Darnach in wehrendem Kriege: Vnd endlich nach geendigtem Kriege / zu rathen / zu schliessen / vnd zu effectuiren sey.

5. Die Lübischen Gesetzmacher haben auß vernufftigem bedencken jren Bürgern / vnnötiges Krieges vntersagt / vnd des Vaterlands *defension* ernstlich geboten. Dañ zu friedszeit / soll man sich zũ Krieg rüsten / schicken vnd gewehnen.

6. In allen Kriegswesen vnnd Rathschlägen / wird von den Personen / die zum Krieg gehören: oder von Sachen / so zum Krieg nötig: vnd darumb gekriegt wird. Vnd endtlich von Kriegshandtierung gehandlet.

6. In allen Kriegswesen seynd zwo Sorten von Personen / etliche vnd die weinigsten / so da gebieten: die andern vnd meisten / welchen geboten wird.

8. Alle Regiment vnd Obrigkeit in Stätten / können jhren Vnderthanen gebieten / die Wehren nieder zu legen / vnnd sich zu keiner Kriegsvnruhe zubegeben.

9. In Kriegsverbündnuß oder Sachen sich einlassen / muß so wol mit der Obrigkeit als Vnderthanen freywilliger beliebung vnd reiffem Rathe geschehen.

10. Das alleroberste Heupt der Christenheit / kan ohn gemeine beliebung der drey Reichsstände / keinen Römerzug oder Kriegsstandt erheben noch annehmen.

11. Ma-

11. Magistratus inferiores, uti sunt in Imperio Electores; Principes, Duces, civitates Imperiales: in Gallia pares Franciæ: in Hispania reguli & locum regis tenentis: In Dania & Suecia proceres regni, citra superioris consensum ad arma offensiva prosilientes, criminis læsæ majestatis sese reos constituunt.

11. Alle mittelbare Obrigkeit/wie im Römischen Reich die Chur vnd Fürsten/ vnd neben diesen auch Reichs vnd andere Städte: In Franckreich/die Fürsten des geblüts: in Hispanien die *Viceroÿs*: In Dennemarck vnd Schweden die Reichsstende seynd/wor dieselbe ohn vrlaub des Oberheupts zum offenen Krieg schreiten / werden billig in des Reichs acht erkleret.

12. Injustius bellum illud censendum, quod vel à magistratu, vel à subditis, alterutro inscio, vel contradicente suscipitur.

12. Viel vnverantwortlicher seynd die Kriege/so etwa von der Obrigkeit allein/ oder auch von den Vnderthanen / ohn des andern theils vorwissen angestrenget vnd geführet werden.

13. Pomeraniæ Principes pacta publica his haud absimilia cum provinciæ statibus inière.

13. Die löbliche Fürsten von Pommern haben mit jhren Geistlichen/ Ritter vnnd Städter Stände/solche Erbvertrage/assecurationes vñ reverse / das kein theil ohn des andern freywillige beliebung vnnd consentient / in eusser: oder innerliche Kriege verwilligen/noch sich krefftig verbinden köne.

14. Horum pactorum ἐνέργεια habet vim contractus, privilegij, transactionis, juramenti, estq; irrevocabilis & inviolabilis.

14. Solche offene Landtverträge/ *Assecurationes* /Abscheide/ vereinbarung vnnd *pactiones* / haben die natur/ eigenschafft vnd wirckung eines Vertrages/ transaction/ privilegij/Eides vnd vergleichung / welche zu keinen zeiten/nicht allein von denselben/so pacisciret/contrahiret/oder dieselbe gegeben vnd erhalten/ Sondern auch von deren Nachkommen/nicht können gentzlich auffgehoben / geendert oder zernichtet werden / weil dieselbe nicht so sehr den contrahenten/als beyderseits posteritet gegeben/geschrieben/vnd sancte zu halten/ zugebracht seyn.

15. Pactis haud dissimilibus fruitur & Megapolis.

15. Es hat auch Meckelnburg seine Landes *privilegia*, *Assecurationes* vnd *Reverse*/ welche gleichsfals vnuerbrüchlich zu halten.

16. Subditis solis, neutiquam permissũ belli cõsilia capere, militē cõscribere, aut bellicis actionibus sese implicare.

16. Vnderthanen/ist mit nichten erleubt für sich ausserhalb geheiß vnnd verordnung der Obrigkeit/von Kriegs bestallung zu consultiren/weniger sich in Kriegswesen einzulassen/oder darein zuverwickeln.

17. Dux belli qualis, & quæ virtutes in eodem requirantur.

17. Was ein Kriegs Oberster für *qualiteten* vnd Tugenden an sich haben solle.

18. Boni militis qualitates depingere, ratio temporis haud permittit.

19. Verbum armorum quomodo accipiendum.

20. Civium quilibet sibi in tempore de proprijs prospicere armis tenetur.

21. Ut ordine & qualitate civis civem præcellit; sic armorum splendore & numero, inferiores antecellere decet.

22. Civitatum nonnullarum laudabilis consuetudo sive constitutio, in novellorum civiũ initiatione recepta.

23. Collegiorum quorundam mechanicorum mos, haud improbandus.

24. Actio civium bellica in quibus consistat.

25. Etiam parens, filium præsentem, à magistratu vocatum sistere tenetur.

26. Hereditarij civis, ratio major habenda quàm conducti militis.

27. Stationis desertores qua pœna plectantur.

28. Cur Civis extraneo præferendus.

18. Was zu einem rechtschaffenen Soldaten gehöre / kan jtziger zeit nicht verhandelt werden.

19. Die rede / zur Wehre stahn / wes verstandes die seyn.

20. Ein jeder Bürger / soll sich bey zeiten mit eigenem Gewehr vnnd Rüstung versehen.

21. Wie die Bürger nach stad vnd grad ein dem andern vorgehen / Also sollen sie auch den geringern in Gewehr vnnd Rüstung sich herrlicher bezeigen.

22. In etlichen Städten / ists rühmblich eingeführet / das keiner zum Bürgerrecht verstattet wird / der nicht sein eigenes Gewehr hat / vnnd zur Stadt Rüsthause nach gelegenheit der Personen etwas gebe.

23. Bey vielen Handwerckes Zunfften ists löblich hergebracht / das alle ankommende junge Meister dem Ampte ein Gewehr müssen zubringen.

24. Kein Bürger / wes standes / *qualiteten* oder handels er sey / So er von seiner Obrigkeit zu Kriegshändeln vnd expeditionen erfordert wird / kan sich dessen ohn grosse straffe verwiegern.

26. Es kan auch kein Bürgers Sohn / sich der Stadt *defension* in nothfellen entzihẽ.

26. In fellen / da man geworbenes Volck in bereitschafft hat / soll man der Bürger mit außfallen vbersehen / vnd dieselben zu defendirung der Welle / Graben / Mauren vñ Stadtfestungen gebrauchẽ.

27. Wer seinen standt vnd stelle / wie ein ehrlicher Bürger vnnd Soldat / nicht bestehet noch vertritt / der wird nach gelegenheit der verbrechung etwa mit entsetzung seiner ehren / von der Fahne verwiesen / oder zur staupe geschlagen / auch wol gar am leben gestraffet.

28. Worumb die Bürger den gedingten Kriegsleuten vorzuziehen seyn.

Per quam

PErquam ſcitè Polybius lib. 6. ſcribit: *Duo ſunt quæ rempublicam rectè gubernant & conſervant, Domi concordia: foris fortitudo.* † *Militaris enim peritia, civesq; habere armis aſſuetos & patriæ militantes, eſt firmiſſimum fulcrū, cui Religio, Juſtitia, judicia, leges, publica eſt privata bona innituntur; & ſub cujus præſidio omnia viresçunt ac florent.* † *Bellum etenim licet per ſe nihil habeat bonum nec bellum, ſed injuſtè cœptum ſit beluinum duellum.* † *Illud tamen ipſum reip. vitæ ac liberorum tuendorum cauſa ſuſceptum, revera eſt, & dicitur bonum ac bellum, modò dextro & maturo conſilio inſtituatur, probèq; ponderetur Quid* ante belli initium; deinde in bello; *& tandem poſt* bellum finitum *facto opus ſit.* † *Hujus ſaluberrimi præcepti Lubecenſium legislatores haud ignari, primò quid belli tempore civem deceat, hîc indigitare voluerunt. Quod ſi votis, quæ ſtultis oblectamenti loco rectè relinquuntur, deſiderata conſequi liceret, optandum ſane foret eos Belli præcepta calamo explicatiore civibus ſuis dictaſſe. Quanquam verò inſtituti noſtri minimè ſit latius Belli partes omnes explicare: synoptica tamen delineatione,* †, Perſonas: Res: & Actiones *bellum conſtituentes, attingere conabimur.* † *Et quidem* perſonarum *duplicem qualitatem ſive differentiam textus hic noſter, in verbis,* Soll kein Bürger ohn Vrlaub des Raths/ *nobis aperit. In omni videlicet bello & imperantium & parentium qualitates eſſe conſiderandas. Utriusq; itaq; munus paucis delibabimus.* † *Primò penes Senatum & quemlibe-*

magi-

magistratum esse potestatem cohibendi cives, ne ad arma
9 prosiliant, hîc, & ex tit. de re militari constat. † Prima itaq; regula esto bellum indicere, non esse solius populi seu subditorum: hi namq; nulla superioritatis, uti nec magistratus auctoritate, nulla imperij potestate, nulla jurisdictionis eminentia fulgent, nec jure gladij gaudent; Et si gladium stringunt, seditiosorum nomen merentur. Ut nec solius magistratus: Is enim licet regio hoc fulgore splendeat, solus tamen bellum non decernit. Respublica enim tutor non delapidator est: Et sicuti tutor res quidem pupilli meliores, non verò deteriores reddere potest leg. 4 π. de Administ. & pericul. tutor. Sic tutor magistratus solus, consilia de republ. in periculum conjicienda non capit. Nam cum in bello indicendo totius Imperij, Regni, ducatus, principatus, reipublicæ & Civitatis salus aut
10 interitus vertatur, † nequaquam solus Imperator, nisi adstipulantibus Imperij Electoribus bellum indicit vel suscipit.
11 † Deinde in inferioribus magistratibus superiorem recognoscentibus, quales Germania habet Electores & Principes, juxta & Civitates Imperiales & superiores: Gallia pares Franciæ: Hispania singulorum regnorum regulos ac regis locum tenentes. Dania & Suecia regni proceres; id minus dubij habet. Hi enim non consulto & annuente superiore seu Cæsare, & consentientibus regni seu provinciæ proceribus & statibus, bellum nullo modo indicunt. Si enim quis statuum Imperij, vicino vel alijs, etiam proprijs subditis non consulto nec consentiente Imperatore bellum infert, criminis

læsæ

læsæ Majestatis reum semet constituit, & hoc ipso in pacis publicæ violationem incidit. leg. 3. ff. ad leg. Jul. Majest. Obrecht. in elegant. tractat. de belli princ. th. 134. *Imò nec Elector, Princeps, dux vel civitas, extra consensum Electoratus, ducatus ve ordinum, ac civitatum tribuum, bellis se implicant, vel alijs inferunt.* † *Præsertim placitis, seu pactis publicis id vetantibus;* 12 *quæ hoc casu sine fidei & existimationis læsione violari nequeunt.* leg. 1. ff. de pact. *Hæc enim adeò firma, rata & adamantina sunt, ut, si hisce neglectis princeps belli labyrintho se implicet, subditi ad eum eruendum minimè teneantur, nec ad ipsius obsequium adstringantur. Vasallus enim hoc casu ad expeditionem seu lustrationem vocatus, sine perjurij & feloniæ vitio, domini mandatum negligit, nec hoc casu feudi privationem quod metuat habet: Cum bellum sine superioris & statuum consensu cœptum, præsumatur injustum.* leg. unic. Cod. de gladiato. & cap. 1. de purg. can. Obrecht. d. loco th. 133. † *Hujusmodi placita sive pacta publica, de bello sine statuũ* 13 *provinciæ consensu non suscipiendo, sæpè inter Pomeraniæ Principes, ejusq; ordines Ecclesiasticos, Nobiles, & Civitates esse inita, fideq; heroica & nobili firmata esse, provincialia placita testantur, quorum* der Wolginische Abschiedt / *haud postremum locum sibi vendicat.* † *Horum pactorum fides* 14 *cum sit Heroica, ac nobili fide firmata, mutua, relativa & ex causa inita, habet vim contractus, privilegij, juramenti; estq; inviolabilis, irrevocabilis, maximè cum respiciat non individui, nec familiæ, sed totius provinciæ, omniumq; succes-*

cessorum seu posteritatis emolomentum, jus & immunitatem: suntq; pacta non personalia sed provincialia Landes Abscheide/ Vereinigung oder Verträge: *Constat enim privilegia universalia, non personas pro tempore existentes, sed* ipsam universitatem *i e statum & personas modò existentes, & posthac exstituras respicere, proindeq; pactis contrarijs ab ijs, qui sunt de cœtu & collegio revocari haud posse,* leg. voluntariæ ibiq. Dd. Cod. de excusat. tutorum Bartol in leg. 2. §. fin. π. de Decurionib. Baldus consil. 212. in fin. lib 4 Alex. cons. 33. lib. 5. *Et ejusmodi leges, Electoratus, Ducatus, Principatus, ac Civitatum, jure perbibentur. Fundamentales eandem vim sibi vindicantes, quam Imperij leges regiæ, de quibus egimus supra sectione 3. in verbo* vnd des *n. 8. & seqq. Cumprimis si Imperij, regni, ducatus vel provinciæ status pecunia, vel meritis aut factis præclarè gestis gladio vel sanguine, privilegia, beneficia, immunitates sibi comparaverint, impetrarint aut obtinuerint.* Bald. in leg. Qui se patris. Cod. unde lib. Abbas Brunus consil. 97. n. 3. *ubi ipse atteſtatur eandem opinionem probare* Paulum Castrens. in loco ab illo allegato Borchold volum. 2. consil. 16 fol. 91. col. 2. *Horum enim pactorum fides publica, heroica, & sanctè inita. non ipsos contrahentes solos, sed & eorundem successores, ordinario successionis vel electionis modo succedentes, ligat, obligat, constringit atq; adstringit.* Doctores communiter ad leg. digna vox. Cod de legib. Bald & Dd. in cap. 1. X de probationib. Rolandus à Valle consil. 66. n. 38. lib. 2. Jason consil. 10. colum. 2. lib. 3. Borchold. d volum. 2. consil. 16. fol 91. vol. 2. *Impia itaq; juxtaq; & detestanda, explodenda, & ad discordiarum*

diarum parentem Satanam remittenda est sententia istorū novellorum politicorum ex Machiavello deprompta qua blasphemè statuunt, Principem ad prædecessoris sui pactum non esse obligatum. de quo alibi, numine favente discurrendi occasio dabitur. Immota itaq; stat sententia pacta ejusmodi gentilitia (gentem verò hîc non familiam, sed dominum ac subditos accipio) inter illustres quarumlibet provinciarum heroes, & provinciarum proceres ac subditos inita, ab omni revocatione, violatione, & obliteratione, tuta & firma esse debere ac decere. † Haud absimilia pacta inter Heroes Megapolenses & eorum provinciæ ordines ac civitates exstare certum est. † Quemadmodum verò solus magistratus licitè bellum non indicit, sic longè injustius censendum erit illud, quod subditi, cives aut incolæ inconsulto magistratu excitant: cum id non bellum sed beluinum duellum, imò conspiratio detestabilis, & iniqua associatio dicenda & habenda sit. Non itaq; satis est, si Neptuni vel Vulcani, & horum similia manicipia confluant, plenisq; buccis ad arma, ad arma clamitent; uti inexpertis, bello nil dulcius, savius ve nihil apparet. Sed tali tempestate exorta, solers magistratus prudenti consilio reip. saluti invigilabit, & quoquo modo, plebeculæ furori medebitur. Sicuti etiam exercitus cumprimis duo requirit personarum genera, quarum aliæ dicuntur imperantes, aliæ Imperio parentes: Et illæ vel superiores vel inferiores sint. Primum de belli duce paucula proponemus, cùm is primus in exercitu teneat. † Et quidem hujus qualitates ex Romano- 15 16 17

rum præscripto, quatuor hisce requisitis metiendas censemus: Primò ut scientia rei militaris clareat. Deinde auctoritate polleat. Tertiò fortunã comitem habeat. Quartò virtute bellica præstet. Scientia in milite non secus ac prima rudimenta in juris tyrone, seu studioso liberalium artium est necessaria. Hinc Capolla rectè dixit, Non esse belli ducem constituendum, qui nunquam ante fuerit miles. Deinde scientia rei militaris, teste Obrechto, comprehendit sapientiam in consulendo; consilium in providendo; industriam in agendo; celeritatem in perficiendo; sagacitatem in stratagematibus; vigilantiam in periculis, & patientiam in vigilijs. Porrò summè necessarium, ut is, qui Imperium sibi sumit in viros strenuos & belli expertes, auctoritate rerum præclarè gestarum polleat. Ducem etenim belli auctoritate destitutum, nec proprius amat miles, nec veneratur tyro, minus eundem metuit hostis. Sciat insuper auctoritatem non parari, thrasonicis aut sesquipedalibus verbis, austero vultu, diris execrationibus, aut rectè scissa aureisq; fimbrys exornata; sed rei militaris peritia, ac morum gravitate cum modestia conjuncta: Talis itaq; belli dux eligendus, qui militibus charus, hostiq; formidolosus existat.

Præterea non generis, sed virtutis præstantia clarus inducem legendus: ad ducis enim seu capitis nutum ac mores omnia se componunt & accommodant exercitus membra. Sin verò in uno utrumq; concurrat individuo, mens videlicet generosa, ex illustri prosapia clara, genere & virtute pol-

lens idi-

lens, idipsum absq; omni hæsitatione, exercitui præficiendum: cum in animis generosioribus etiam illustriores ac splendiores animi motus affectusq; deprehendantur; quamvis hodie non rarò ingenti strage, & maxima militum clade, generis splendor, virtutem è castris exulatum abigat; catulliensq; Molossus atq; ingluviosus porcus leoni imperare satagat.

Fœlicitatem deniq; in duce requirimus. Nam fœlicitatem, prudentia hominum majorem censuit Demosthenes. Et, cum, teste Politicorum principe, nullum sit bellum, quod non fecerit dominus, nullam in partem ambigendum est, nonnihil divini & occulti ejusmodi pugnis inesse. Non hîc commemoro Camillum, Syllam, Scipionem Africanum, Cæsarem Augustum, Carolum Magnum, magnum Henricum IV. Galliæ regem, & Mauritium Belgarum ducem insignem, qui omnes fœliciſsimè pugnarunt. Nec recenseo fortunam adversam Gulielmi Nassoviæ principis rei militaris experientiſsimi; uti nec Monsiear de la Nue, Galli militis exercitatiſsimi, quorum fortuna adeò constricta atq; inversa exstitit, ut quævis prudentiſsimè cœpta illorum, semper infœliciſsimè cesserint. Unde fœlicitas in Duce summoperè attendenda.

† *Ut verò dux sine milite nullus, cum relata non nisi utroq; existente subsistant; sic ordinis ratio nos moneret relatorum* | *alterum, militem nempe, ejusq; qualitates & varia officia recensere: quales nimirum esse deberent tribuni militum, præfecti castrorum, centuriones & decuriones peditum & equitum,* die Ritmeiſter; *magistri incendiorum, præfecti* 18

excubiarum Wachtmeistere / *magistri rei armamentariæ* Zeugmeistere / *magistri pontium* Bruckmeister / *fossorum & cuniculorum* Schantzgraber / *præfecti machinarum fulminarum*, Büchsenmeister / *præfecti rerum capitalium* Profosse. *Et insuper quo pacto milites dispescendi in Equitum & peditum cohortes, in gravis & levis armaturæ classes, in primarios & gregarios. Cum verò nostri non sit instituti hoc in loco prolixiore horum tractatione pagellas replere; hujus rei studiosos saltem ad legum & auctorum evolutionem remittere libuit, ubi satis dilucidè hæc omnia traduntur. Miles enim quemadmodum conscribendus, lustrandus: & militari juramento devinciendus sit, de ea re consulendus erit* titulus π. de re militari, & Codicis lib. 12. tit. 36. Et lex 2. § miles π. de his qui notantur infam. Veget. lib. 1. cap. 2. 3. 4. & seq. Tacit. 2. historiar. Petrus Crinitus lib. 5. de honesta disciplina Alexand. ab Alexand. Genealog. dierum lib. 1. Lipsi. lib. 1. de militia Romana cap. 4. p. 3. *Et quanquam lustratio* die Musterunge / *i. e. armorum & morum in milite requisitorum exploratio soli principi olim fuerit delata*, leg. 17. Cod. de re militari lib. 12. leg. 9. Cod. de diversis offic. lib. 12. *Hodiè tamen à commissarijs belli expeditur*, von den Kriegs Commissarien.

19 † Zu seiner Wehre stahn. ¶ *Vocabulum* Wehr / *hîc non gladium simpliciter sic dictum, vel sicam aut ferrum strictum sed omnem armorum usum & speciem denotat, & non restrictioris est significationis, quàm apud Latinos verbum Armorum* de quo leg. 3. § armis π. de vi & vi armata. leg. armorum 41. de V. S. & leg. qui commeatus § arma π. de V. S. & leg. armatos

matos ff. de vi publ. † *Verbum itaq́* zur Wehre stahn / *primò* 20
præcipit, ut civiũ quilibet proprijs armis corpori suo aptis, &
conditioni suæ convenientibus sit instructus. † *Quẽadmodũ* 21
enim civium & subditorum, non unus idemq́, sed distinctus
est ordo: & nos civium Lubecensium ordinem in tres class-
em distinctum hîc reperimus, in Senatorium nimirum, patri-
tium, & plebejum, de quo videatur Antithesis nostra 98. Sic
etiam diversis civium ordinibus diversa armorum genera
sunt constituenda. Prout itaq́ singulis singula armorum ge-
nera, à Senatu vel magistratu fuerint injuncta, utputa ga-
leæ, cassides, thoraces anteriorem vel posteriorem, aut etiam
totum corpus munientes; sive machæræ, sive gladij, rompheæ
hastæ, bipennes, sagittæ, schlopetæ mediæ vel minores; ijs sub
pœna instructi esse debent. † *Ac laudanda in hoc quarun-* 22
dam Civitatum recepta constitutio, cujus vigore nemo in
ordinem civium recipitur, ni de proprijs armis judici fidem
fecerit, nec nõ ad armamentaria instruenda, pro conditionis
qualitate quid contulerit. † *Vti nec improbanda tribuum* 23
quorundam & collegiorum mechanicorum lex, receptionem
collegæ prohibens, ni armorum aliquid collegio conferat ac
collegij armamentarium augeat. De latiori armorum usu ac
generibus, modo hîc agere cum tempore excludamur, de belli
seu potius civium actionibus nunc paucula subjiciemus.
† *Phrasis* zur Wehre stahn / *primam & præcipuam belli a-* 24
ctionem indigitat, & civibus necessitatem comparendi quo-
cunq́ in loco & tempore vocatis, injungit. Ex lege enim

Roma-

Romana, & usu receptissimo, civis ad militiem sive arma vocatus non comparens, ut proditor libertatis in servitutem
25 *redigebatur.* leg. 4. *§* qui post π. de re milit. † *Et qui filium militiæ vel exercitio armorum subtrahebat, exilio & parte bonorum mulctabatur* dict. leg. 4. † Qui filium. *Quocirca sive magistratus cives omnes, sive partem eorum ad exercitium armorum, quod hodiè consueta voce* **drillen** *vocatur,* arg. dict. leg. vocat : *aut ad civitatem defendendam certo in loco sistat; aut velitationi cum hoste instituendæ destinet; vel alio militari muneri subeundo præficiat, sub dicta pœna obedientiam magistratui probabit.* per dict. leg, 4. π. de re milit. *Idq; diserte præcipiunt verba articuli:* **Seine stette vertretten/ vnd sich**
26 **gemeiner** defension **nicht entziehen.** † *Veruntamen non temerè cives hereditarij, extremis belli & velitationum periculis sunt objiciendi : Vbi enim conductitius haberi potest miles, & reip. extrema salus id non exposcit, ut originarij urbe egrediantur, manusq; cum hoste conserant; potius murorum, turrium, vallorum & propugnaculorum custodiæ ac defensioni destinandi, quam dubiæ martis & mortis aleæ committendi sunt, De militum seu civium militantium delictis, pœnis & missionibus etiam hîc nihil adjicimus, sed lectorem ad præcitatum* π. titulum de re militari *ejusq; interpretes remittimus.*

27 † **Seine stette vertretten.** ¶ *Stationis enim munus & locum relinquens, pro modo delicti aut castigatur aut militiæ gradu dejicitur.* leg. 3. *§.* qui stationis π. de re militari. *Nonnun-*

quam

quam etiam capite plectitur, qui in procinctu stans, pugnæ momento, vel etiam dum acies instruitur sine justa causa locum vel stationem deserit, d.leg.4 & seqq.p.de re militari. *Pœnam siquidem hanc, perjurium aggravat, cum milites lustrati juramentum præstent, quo sanctè promittunt, se in prælio nec pedem à vexillo relaturos.*

† Gemeiner defension nicht entziehen. ¶ *Domesticus e-* 28
tenim miles, civisq; patrias amore ferventiori erga patriam flagrat, animoq; fortiori se ac suos, quam extraneus defendit; minus cum hoste colludit, animosiorem se præstat; & pro uxore ac liberis, aris atq; focis succumbere glorioſum ducit. Quocirca communitas sive respublica in civibus milites habens, meritò se aliis tutiorem beatioremq; ducit. Cum horum virtute atq; animositate hosti, metus incutiatur, & publica conservetur tranquillitas. Hinc Spartani corpora sua muros vocabant Laconicos Et hodie Poloni non propugnaculis, sed virtuti suæ bellicæ, ac viribus corporis confidunt,

SECTIO XXIX.

ARTICULUS II. LIBRI I. TITULI II.

Welcher Man mit seinem Weib vnd Kindern in die Stadt kompt/ oder sich allda befreyet/ so

Quicunq; cum uxore ac liberis civitatem accesserit, in eave uxorem duxerit, itemq; juvenis cœlebs, aut

so wol auch ein ledig Geselle / oder andere Person / wes standes die seyn mögen / so Rauch vnnd Fewr halten wil / der oder die mögen wol drey Monat darinnen wohnen / nach der zeit / wollen sie lenger bleiben / so sollen sie die Bürgerschafft gewinnen / Doch stehet es bey dem Rathe / ob sie jhnen die Bürgerschafft gönnen wollen oder nicht.

lebs, aut quivis alius cujuscunque status & conditionis fuerit, lari proprio ignem alere cupiens; huic eisvè trimestre illam inhabitandi spatium indulgetor: hoc elapso si diutius in ea commorari desiderant, jus civitatis redimunto: penes Senatum tamen de ijs recipiendis vel rejiciendis, arbitrium esto.

SUMMARIA.

1. Quo Civitas populosior, hoc illustrior atq; potentior existit.

1. Wie Volckreicher eine Stadt vnd Regiment ist / je herrlicher / mechtiger vnd bestendiger dieselbe gehalten wird.

2. Exemplum Belgarum non abs re nostratium oculis aperiendus inserviet.

2. Der Niederlendischen Stende vnd Städte exempel / soll billig allen Obrigkeiten die augen eröffnen / das sie nach derer wolbestalten Ordnung allerhand manufacturen vnd Zünfften / wie gering die auch sein / an sich ziehen mügen / Jedoch das sie gleichwol erfarne / vnd nicht Lumpenmeister einschleichen lassen.

3. Ridendi, vel potius stupor mentis illorum deplorandus, qui vicinis materiam mercium conficiendarum suppeditat

3. Es seynd nicht allein zubeklagen / sondern auch billig zuverspotten / welche frembden die *materiam primam* oder stoff

peditant; & postmodum merces inde contextas ingenti pretio, ni malis fœnore immenso repetunt.

4. Magistratus est augere civium & opificum numerum.

5. Urbs quælibet, non facilè quavis populi fece replenda.

6. Megapolensis constitutio, de hominibus fuci ac nihili fugandis, & non recipiendis.

7. Simile statutum & Rostochienses promulgavere.

8. Non tam legis seu statuti promulgatio, quàm promulgati edicti executio commendanda.

9. Executione bonorum legum penes Germanos nihil segnius ac tardius.

10. Advenæ judicium erciscundæ quo in loco instituendum.

11. Cujus advenæ hereditas ad legem Lubecanam dividenda?

12. Advenæ, quando ligentur statutis loci.

Stoff vberlassen/dadurch sie das *manupretium* offt zehenfacht verdienen / vnd hernach die gemachte Wahren mit grossem auffsatz jhnen wider abholen.

4. Eine Obrigkeit/kan in Regiment Sachen kein löblicher Werck verrichten/als das sie jhre Landt/Commun/vnd Stadt/mit Volck vnnd allerhandt manifacturen besetze/vnd nicht erschöpffe.

5. In wolbestalten Regimenten wird nicht allerhand Gesindlin zum Bürgerrecht verstattet.

6. Löblich ists von den Hertzogen zu Meckelnburg geordnet/ das allerley Gesindlin in dero Fürstenthümben nicht zugedülden/oder in Dienst anzunehmen/die kein Glaubwirdig Gezeugnuß jhres wolverhaltens haben.

7. Die Stadt Rostock/hat ein ebenmessig *Edict* lassen außgehen.

8. Viel rühmlicher werden gute Satzungen mit ernst *exequiret* / als von denselben *promulgiret*.

9. Es ist leider bey den Teutschen dahin geraten/daß sie in Satzungen zuordnen hitziger seyn wie die Frantzosen: aber in deren exequirung/ kälter dann die Irrlender.

10. Wann ein frembder in einer Stadt/ da Lübisch oder jhre eigen Recht gehalten wird/verstirbt/ehe er die Bürgerschafft gewonnen/ob dessen verlassenschafft nach Lübischem/Kayser/oder vorigen seines domicilij recht zutheilen.

11. Wo der frembde vorhabens gewesen sich in Lübeck häußlich nider zulassen/ so wird seine Erbschafft nach Lübischem Rechte getheilet.

12. Wann frembde in Gemuth vnnd Meinung/sich allda niederzulassen / in eine Stadt kommen/so seynd sie auch vnter der Gesetz vnd Botmessigkeit zu achten.

QVò familiarum, opificum, civium atq; incolarum numerus redditur auctior, hoc ipso Resp quoq; amplior, poten- 1

2 tior. splendidior ac magnificentior evadit. † Hujus rei exemplo nobis est sedula Belgarum cura & studium indefessum atq; industria quasi divina, in alliciendis civium, opificum, ac hominum etiam vilißimorum mechanicorum varijs generibus. Et mirum sane, licet Belgicum solum, præter gramina, & inde quicquid provenit ac vivit, nihil ferè proferat; potentia tamen id non solum regia pollere, sed & qualibet re
3 tam animata, quàm inanimata abundare; † & alijs provincijs materiam suppeditantibus eandem ingeniosè elaboratam non sine fœnore ingenti reddere. Et hos quidem non abs re quis similes dixerit Mælibeis, qui intempestive fructus fundi, mox redimendos & altero tanto repetendos, distrahunt; & commodum, ipsimet sibi quod facili negotio servare possent, alijs impertiendo non attendunt. Quinimò agrestiores sunt Corydonibus Sueticis, qui utut barbari censentur, in hoc tamen Germanis sunt acutiores, ut materiam ex propro fundo erutam, maxima ex parte sibi conficiant, ac tela sua atq; ferramenta ipsimet fabricent. Unde hæc Belgarum affluentia? Nulla equidem alia ex re, nisi ex hominum undequaq; collectorum copia, & manuum, sive, ut ita loquamur,
4 manufactorum aut artificum præstantia. † Magistratus itaq; cui reip salus verè cordi est, hoc unicè aget, quo pacto opificum collegia, novis magisterijs, manuum opificijs vulgò manufacturis, augeat, præstantes magistros non tyrones, seu magistrorum famulos, artisq; quam profitentur ignaros, admittant, vel in collegium recipiant. Ipsimet enim, qui a-

apud nos

pud nos in artibus mechanicis magistrorum nomen profitentur, operarum Belgicarum ad suas collatione instituta, vix Solis & Lunæ discrimen tantum esse, quantum artificium utriusq; distat haud infitiabuntur. † In recipiendis itaq; civibus non minorem atq; in militibus legendis ac lustrandis curam atq; diligentiam adhibere convenit. Bodin. de republ. lib. 2. in princ. Non itaq; promiscuam plebem, mundi fecem alibi exclusam & ejectam recipiat, aut civium catalogo inscribat. Ut enim in multitudine civitatis gloria, ærarij nervus & reip. salus atq; tutela consistit, arg leg 1. π. solut. matrim. Sic in plebe passim collecta reip. interitus conspicitur, de quo videatur Arist. 5. pol. cap. 3. prolixum indicem civitatum à peregrinis & fice populi aliunde recepta pessundatarum recensens. † Unde non immeritò commendatur illustrissimorum Megapolensium Heroum Edictum, quo omnibus provinciam suam, commorandi gratia ingredientibus, interdicunt habitatione & servitio, nisi testimonio vitæ probè peractæ instructi accesserint, & ingenuitatis specimen quoddam ediderint. Imò & eodem mandato nobilibus ac provinciæ incolis severè interdicunt; ne tales recipiant vel familiæ aggregent suæ. † Laudandum insuper patrium statutum excludens apud Rostochienses à jure & communione civium, qui vitæ ac morum tessera carent; aut ni uni eidēq; domino per triennū continuum servitia præstiterint, & ex censura domini digni juris civium habiti fuerint. † Quibus sane placitis laus sua non veniret deroganda, si pari studio executioni darentur, 5 6 7 8

9 quo inveniuntur, promulgata; † *Ast, proh dolor, Germani in hoc quam proximè ad Gallorum mores accedunt: qui quidem in consilijs promendis sunt ferventissimi, in ijs verò prosequendis, tepidissimi. Similem in modum Germani inferendis legibus acutissimi & promptissimi, in ijs autem servandis & exequendis negligentissimi & oblivioſissimi. Politicarum enim, & penè divinarum constitutionum Imperialium usus & executio ubi? ubi etiam tot Electorum, principum ac civitatum latarum legum, nervus & effectus, at hic subet Plato quiescere.*

10 † Mögen wol drey Monat. ¶ *Quid si Advena istiusmodi intra trimestre hoc spatium vel ante decesserit, quàm in numerum civium receptus fuerit, uxore & liberis vel etjam heredibus relictis ulterioribus. An hereditas illius, secundum Lubecense, vel statutarium ejus loci jus, ubi decessit; vel secundum jus commune: aut deniq; juxta consueta jura loci originis ejusdem, veniat dividenda? Ne hoc casu vocabuli amphibolia labamur, cum ea, minus probè enodata inæqualis intellectus, ac proinde erroris mater sit. Advenam hîc accipimus, qui aliundè urbem Lubecam, vel aliam Imperij Civitatem ingreditur, animo domicilium ibidem constituendi & commorandi, licet nomẽ suum nõ sit professus* leg. heres absens. § 1. de judic. leg. omnes peregrini & advenæ. Cod. cum de succession. leg. pupill. 239. § Advena de V. Sig. *non verò qui alicubi temporaneam moram, sine animo habitandi agit. Hîc enim peregrinari videtur, & dicitur in jure Lubecensi ein*

Gast.

Gast. vide art. 5. hujus tit. 2. & leg. 7. Cod. de Incol. lib. 10. *maximè qui alibi domicilium constitutum habet.* arg. leg. 23. ad municipal. † *Ejusmodi itaq; advenæ, domicilij caussa urbem in-* 11
gredientis, bona, post obitum relicta, secundum consuetudinem seu legem & statutum cujuslibet urbis sunt herciscunda sive dispescenda, per text. expres. art. X. lib. 2. tit. 2. Juris Lubec. primò per verbum, **kommen vnd sich allda setzen.** *Et paulò post,* **ehe er sich in vnsere** jurisdiction **gesetzt** / *quorum verborum tenor, non veros tantum cives, sed omnes, quacunq; ratione Senatus jurisdictionem agnoscentes, comprehendit. Advenæ autem domicilij constituendi gratiâ urbem ingredientes sub magistratus ejus loci jurisdictione sunt, licet eidem se nondum juramento devinxerint.* † *Domicilium namq;* con- 12
stituendo, statutis & consuetudinibus civitatis adstringitur. Scilicet in leg. cunctos populi n. 14. Marsil. in l. fiant. n. 116. de jurisd. *non attento nomen nondum fuisse perfessum, cum cingendus habeatur pro cincto, & jus habitationis, Ignis & aquæ,* **Fewr vnd Rauch** / *incolam,* QVASI *civem faciat.* Bald. in d. leg. cunctos populos, n. 13. & Joan. Baptista de Severin. ibid. n. 164. *Licet enim sola domus possessio, quæ in aliena Civitate comparatur, domicilium non constituat,* leg. 17. † sola ff. ad municip. *tamen animus habitandi, commorandi, maximi momenti habetur.* leg. 1. leg. 2. leg. Cives Cod. de Incol. lib. 10. Accursius in leg. domicilium ff. ad municipal. Marian. Socin. in cap. sane n. 3. & cap. ultra n. 24. de foro competente Decius consil. 293. n. 11. Wesenb. cons. 1. n. 57. p. 1. *Nec leviter attendendum, advenam hoc in loco diem obijsse nullisq; testamentarijs tabulis relictis decessisse.* Signorol. de Homædeis

Homodeis consil. 166. n 6. Tiraquel. de jur. primogenitur. quæstion. 46. n. 10. collega Cothman. consil. 21. n. 89. & seqq.

SECTIO XXX.

ARTICULUS III.

WErde der Stadt Bürger einer / oder ein Bürgers Sohn / freuendlicher weise sich auß der Stadt zu derselbigen widerwertigen begeben / also / das er vnsern Bürgern mit denselben Schaden zufügte / hat er Erb vnnd eigen in der Stadt / das ist dem Rathe vnnd der Stadt verfallen / vnnd er soll nimmermehr zu dem Bürgerrecht verstattet werden / er hab sich dann nach vermögen mit dem Rathe vnd den je-

SI quis Civium, horumvé filius malitio. se relicta urbe ad ejusdem adversarios ac hostes defecerit; & conjuncta opera cum illis alicui civium nostrorum damnum dederit, bona si quæ in urbe possederit, Senatui & ærario publico cedunto: nec ipse ad jura civium, ni pro facultatum viribus satisfecerit & Senatui, & quibus damnum intulit, ullo unquam tem-

nigen / welchen er schaden gethan / gebürlichen abgefunden.

quam tempore recipitor.

SUMMARIA.

1. Patriæ proditione nullum scelus majus nec exorbitantius.

1. Ein Stadtverräther ist erger deñ ein Mörder / Schelm vnd Dieb / weil er mit seinem verrätterlichem Schelmstücke viel vnschüldige Einwohner / vnnd vnter denselben auch die seinen ermordet / derselben Güter / gleich einem raub / den Feinden in die handt gibt / vnd verleuret dardurch der Stadt Freyheit.

2. Articuli hujus appendix, de transfugis recipiendis, quomodo accipienda?

2. Ob wol zu zeiten die außgetrettene zur söhne vnd abfindung verstattet werden / so soll doch solches nicht leichtlich / vnd ohn erhebliche Vrsachen geschehen.

SCelus ferè atrocius committi nequit, quàm si is, qui ad defensionem patriæ natus & educatus est, eandem prodat atq; oppugnet; & graviori quidem pœna dignus ipso parricida, cum parentes, liberos, agnatos ac magistratū infestet, in eosdem insurgat, illisq; cruentas inferat manus, ac non rarò hosce aliena maximè hostis manu trucidet. Quod homicidium non minus probrosum est illo, quod proprio facto committitur, exemplo homicidij Davidici in persona Uriæ admissi. 1

Bürger oder Bürgers Sohn. ¶ Notanda hîc vox civis, vel ejusdem filius, Gravius enim civis transfuga, quàm Incola & miles conductus delinquit, unde & graviori pœna coercendus. leg. 3. § miles π. de re milit. Sic Africanus devicta Carthagine, cives fugitivos crucibus affixit, socios verò se-

curi percussit. Quintus Fabius Maximus transfugos Romam missos, virgis cæsos, de petra præcipitari mandavit.

2 † Et quanquam jus Lubecense transfugis jus quasi postliminij reservet, & reconciliatos recipiat; id tamen haud facilè concedendum: Qui enim semel fidei amictum deposuit, amorem erga patriam exuit, ac fines verecundiæ excessit, recenti occasione oblata, non cessabit denuò hosti reip. secreta pandere; ac cum se proditorem civemq; ingratum norit, non dubitabit ad eosdem reverti. Hinc Romani transfugis, utut reconciliatis, fidem nunquam adhibuerunt: Marcus enim Marcellus captis Leontinis ad duo millia transfugarum verberatos securi percuti jussit. M. Cato sexcentos transfugas interfecit. Et jus quidem civile graves & varias pœnas in ejusmodi flagitiosos & scelestos transfugas instituit, eosq; vel exauctoratos torquendos, vel ad bestias, non rarò etiam ad furcam damnandos censet. leg. 3. § is qui ad hostem 10. ff. de re militari. leg. postliminium 19. § transfugæ. Et § transfuga. π. de captivis & postlimin. reversi. leg. 19. in fin. Cod. eod. Aut ubivis inventos impunè ceu hostes interfici permittit. leg. 3. § ult. ff. ad leg. Cornel. de sicurijs. Capiteq; ut hostes plectendos censet. leg. proditores 7. π. de re militari. Seu vivos exurendos aut in furcam adigendos statuit, leg. si quis aliquid 38. § 1. π. de pœnis. Cum enim incolæ omnibus habitationis commodis, ac juribus libertatis commerciorum fori ac defensionis in civitate utantur; meritò & onera ejusdem in se derivare eosdem convenit. leg. 5. cod. de Incol.

SECTIO

SECTIO XXXI.

ARTICULUS IV.

Wird einiger Bürger von Lübeck gefangen ausserhalb des Kriegs/der sol sich nicht lösen mit einigem Gute / weder durch sich / noch durch seine Freunde vnnd Frembden von seinent wegen/Würde er sich aber lösen / oder jemandt anders von seinent wegen/sein Leib vnnd Gut soll in des Raths Gewalt seyn / Es soll aber bey dem Rathe stehen/was sie selbst dabey thun wollen.

NULLUS civium Lubecensium, extra bellum illud, pro patria susceptum, captus, lytron sui redimendi nullis opibus, nec per se, nec per amicos aut extraneos suo nomine procurato. Sin verò semetipse, aliusvé ejus nomine eum redemerit, re & corpore in Senatus commissum cadito. Veruntamen Senatus arbitrio, ipsimet hac in re quid præstare libeat, permittitor.

SUMMARIA.

1. Verus articuli quarti intellectus.

1. Von was Gefangnen dieser Artickel rede.

2. Quibus

2. Quibus civibus adempta sit redimendi facultas.

2. Die jenigen Bürgere/welche wider der Obrigkeit Gebott sich in Kriegsbestallung einlassen/ 2. Oder auß ihrer ordnung vnd station treten/ 3. Oder ohne erlaubnuß auff die Fuerung reiten vnnd lauffen. 4. Oder sich wider des Feldherrn vnnd Capitains vrlaub in scharmützel begeben/ 5. Oder meutinirend die Wehr niderlegen/ vnnd sich dem Feinde ergeben/ 6. Oder auff der Schilt vnnd Nachtwacht schlaffend weggeführet werden/ 7. Oder sich ires Gewehrs durch spielen/ sauffen/ oder ander art derogestalt entblössen/ das sie dem Feinde nicht können widerstehen/ sondern sich demselben ergeben müssen/ 8. Oder ausserhalb Lagers ohne noth spatziren/ 9. Oder in gleichen Vbelthaten betretten vnnd gefangen werden/ alle diese können sich mit ihrem eigenen oder frembden Gute nicht ranzioniren noch lösen/ Sondern da sie nach ihrer erledigung betroffen werden/ seynd sie billig noch darüber zustraffen.

3. Civis in bello magistratus auctoritate aut conniventia suscepto, vel negociorũ causſa peregrinando captus, jure, in liberationẽ suã bona impédit.

3. Ein Bürger/ der in solch einem Kriege/ darein er sich mit vorwissen der Obrigkeit begeben/ oder auff anhalten benachbarter Potentaten dienen muß: Oder auch in seinen gewerben vnnd reisen zu Wasser oder Lande gefangen würde/ der kan sich billig lösen.

1 AVsserhalb des Krieges. § † *Cortice horum saltem verborum inspecta, sensus eorum hic esse videtur, si quis extra bellum, ut nauta, exercitor, mercator, vel alius quivis terra marive iter faciens capiatur, ei omnem facultatem & licentiam etiam de proprijs bonis semet*
2 *liberandi, præclusum esse.* † *Cumtamen mens hujus legis longè sit diversa, & ita accipienda, quod nimirum hîc usus propriarum facultatum, ad sui liberationem sit ademptus, primò qui prohibente Senatu extraneo duci nomina professi capiuntur; cum extra bellum pro patria susceptum militent. Deinde qui periculis se subducendo, fuga in hostium manus pervenêre; aut stationem suam deserentes, aut tempore pugnæ, maximè*

maximè cum acies instruitur, fuga sibi consulentes, ab hostibus intercipiuntur, ac ita in delicto militari deprehenduntur, his jure adimitur facultas se liberandi. Milites enim fugitivi, desertores & similes graviter delinquunt: quamvis non omnibus desertoribus vel fugitivis eadem imponatur pœna, sed ordinis ratio habeatur, nec non & stipendiorum gradus militiæ, loci muneris deserti, vitæ ante actæ, nunc solus vel cum pluribus se subduxerit, & sine justa caussa fugam arripuerit, aliudve crimen desertioni adjunxerit. leg. non omnes 5. π. de re milit. ibiq;. *Tertiò, qui ducis jussu post habito pabuli vel prædæ venandi gratiâ excurrit, eoq; hostium manus incurrit. Quartò, qui malitiæ magistro prohibente pugnatum, velitatumve prodit, ac semet ita in captivitatis periculum conjicit. Aut 5. tempore pugnæ, velitationis ac conflictus, arma projiciendo, ac conflictum detractando sese duci opponit, altosq; in seditiosas suas partes allicit, vulgò* **meutiniren**: *qui ita capitur, is non tantum nummis suis redimendus, sed etiam reversus capite mulctandus erit.* leg. 3. § ult. de re militari. *Grave enim scelus est,* jam dict. leg. 3. § qui seditionem. *Vel 6. in excubijs constitutus somno ac mero oppressus abducitur, is neutiquam liberandus, militem enim præsertim excubijs præfectum, cumprimis decet vigilantia. Tandem, qui armis divenditis, aleavé lusu peperditus, hosti resistere nequit, ac ita inermis in hostium potestatem pervenit. Armorum enim alienatio seu amissio plerumq; capitalem pœnam meretur* leg. 3. § miles. π. de re militari. *tantum ita q; abest, ut*

abest, ut ullo pretio sit redimendus, sed graviter sit coercendus armorum alienator, cum bono strenuoq; militi arma sua etiam ipsa vita cariora esse debeant. Paulus enim hoc crimen desertioni exaquat. leg. qui commeatus 14. §. 1. de re militari. Deniq; si erronem, vagabundumq; socium agat, atq; ita in casses hostiles incidat. De ejusmodi autem erronibus in hanc sententiam constituerunt Gratianus & Valent. & Theodos. Tribuni vel milites nullam evagandi per possessiones habeant facultatem, sed cum signis proprijs in mansionibus solitis ac publicis maneant. At si quis tam necessaria scita contempserit, de eo ac tribuno ejus ad nostram scientiam, rectorum ac defensorum relationibus protinus referatur: quatenus severissimè in eos animadvertatur. leg. 11. Cod. de re militari lib. 12. Postremò in similibus delictis militaribus deprehensi & capti neutiquam etiam ex proprijs vel
3 alienis bonis redimendi, hoc articulo nostro. † Sin verò civis fortiter pugnans, vel fato infœlici in hostium manus pervenerit, aut pro patria pugnando damnum passus fuerit, is ex proprijs, si habet bonis; sin minus, ex ærario publico liberandus & ex carcere redimendus est.

SECTIO XXXII.

ARTICULUS V.

Es sol kein Bürger sein Erbe / Rente oder Ei-

NEmo Civium hæreditario successio-

genthumb einem Gast oder Frembden oder andern/ welche vnser Bürger nicht seyn/ versetzen oder verpfenden/ verkauffen oder zu trawen handen / demselben zum besten/ zuschreiben lassen / es geschehe auch durch was weise oder vnderschleiff es wolle/ Wer darüber zuhandeln sich vnderstehen würde / der soll das Erbe zuforderst verlustig seyn / vnd dazu dem Rathe fünffzig Marck Silbers straff geben. Gleicher gestalt soll es auch gehalten werden/ wan einem Frembden ein Erbe alhie anstirbt/ der soll dasselbe auch nicht

cessionis jure sibi obventas possessiones, reditus ac dominium hospiti, extraneo, alijsvè, civitatis jure non gaudentibus, pignori aut hypothecæ dato, vendito, aut ad fidas manus, in ipsius commodum, quacunque ratione, quibusve technis id fieri queat, assignari curato: Contrà qui faxit, is primum possessionibus cadito, & præterea Senatui quinquagenta argenti marcas in mulctam pendito. Eodem modo, si extraneo, hoc in loco possessiones hereditariæ obvenerint, nec is eas in extraneos alienato

an frembde vereussern/sondern an Bürgere bringen.

lienato, sed in cives transferto.

SUMMARIA.

1. Disputatio seu quæstio, Num Respubl. jure alicui alienationem rerum immobilium in peregrinos & vicinos interdicat, magis scrupulosa, quàm necessaria.

1. Der Streit/ob eine Regirung/Commun oder Stadt/ein solches Gesetz machen könne/ daß vnbewegliche Güter nicht an frembde/ außheimische vereussert werden/ist mehr vnnötig/als dienlich.

2. Rostochienses, in legum suarum recitatione & hoc diserte cavent, ne res immobiles & hereditariæ in extraneorum manus perveniunt.

2. Zu Rostock wird Jährlich zweyer/bey absagung jhrer alten Gesetze/ höchlich verbotten/ daß keine liegende Gründe vnd stehende Erbe an frembde außheimische sollen vereussert werden.

3. Civium nemini res suas immobiles, emptorib. domi repertis, foris eosdem quærere licet.

3. Es kan kein Bürger seine ligende Gründe vnd stehende Erbe einem andern Regimente oder benachbartem stande verkeuffen/verschencken/legiren/oder sonst durch was wege es sey/transferiren noch zuschantzen.

4. Ad fideles manus, quid?

4. Zu getrewer hande einem was verzeichnen lassen/wie es zuverstehen.

5. Primus effectus fideicommissariæ notationis.

5. Wann gleich einem Frembden zu getrewen handen erkauffte oder zuerkandte Güter an liegenden Gründen vnd stehenden Erben werden ins Stadtbuch verzeichnet/ So kan doch nicht allein der vorige Besitzer/sondern auch andere Erbgesessene Bürger dieselben/vmb billigen wehrt wider an sich lösen.

6. Fideicommissaria ejusmodi bona, non transeunt ad defuncti possessoris heredes, Hamburgi non commorantes, seu nomina non profitentes.

6. Solche zu getrewen henden verzeichnete vnd an sich gebrachte Güter/ können von keinem Außlender/ so ohn wissen vnd willen des Raths in der Stadt sich auffhelt/nicht ererbet noch besessen werden.

Alienum hoc nigrum à rubro, ac proinde rectius ad titulum sequentem, Quibus alienare liceat vel non, rejicitur. Lu-

tur. † *Luxuriantia ingenia de firmitate statuti, quo rerum* 1
immobilium jure hereditario ad possessores devolutarum,
nec non & annuorum redituum alienatio prohibetur, disputant; & num illud validum & justum sit ambigunt. Ast permissu legis idipsum fieri, probat, primò lex Quoties finalis Cod. de Agricolis & mancipijs dominicis lib. IX. in verbis, ex simili origine & jure. Ibiq; Joan. de Platea. lex in illis 1. *Cod. Non licere habitatorib. Metrocomiæ loca sua ad extran. transferre. Nec hic quidquam negotij facessit lex dudum* 14. *Cod. de contrah. empt. & vendit. extraneis accessum indulgens: Illa enim extraneos tales intelligit, qui agnatis, socijs & vicinis, ratione juris* πρωτοπρόξεος *dicuntur extranei. vide* Cujac. ad l. 1. Cod. non licere habitat. *Ejusmodi prohibitionem vigere in nonnullis Galliæ locis, testis est Chassaneus* in consuet. Burgund. Rubr. 9. § 10. l'homme de mains morte. *Eandem & Mediolani servari idem auctor testatur.* † *Quam & servat patria mea Rostochium, singulisq; semestribus pro rostris sive è curia voce consulis tum fasces tenentis, edici curat his verbis*: **Kein Bürger oder Einwohner soll Frembden oder Außheimischen liegende Gründe oder stehende Erbe verkeuffen/ oder auff Siegel vnd Brieffe verpfenden/ ohne willen vnd vorwissen des Raths/ würde aber jemandt dawider thun/ so soll der kauff vnd verpfendung krafftloß vnd von keinen würden seyn.** † *Quæ tamen* 3
lex non restringenda est ad privatos emptores, sed ita accipienda, ut nec hæres hereditariæ seu immobiles, puta domus,

horti, prædia, prata, stagna, & perpetui reditus in extraneam seu vicinam Remp. vel civitatem alienari queant; cum ista translatio dicatur in manum mortuam fieri, unde spes recuperandi nullo unquam seculo reviviscit; sed penitus ipsa distractione exstinguitur.

4 Zu trawen Handen. § † Non omnibus rebuspubl. phraseos hujus vis, seu alienationis ratio est familiaris aut usitata, quandoquidem juri Romano fuit incognita. Alienare enim Romanis propriè nihil aliud fuit, quàm jure suo se prorsus abdicare, & pleno jure idipsum in alium transferre. leg. alienato π. de V. S. Cum verò necessitudo commerciorum & mercatorum varia genera, ad maritimas urbes undiq; confluentia, peculiarem alienationis suaserint modum, qui alienantem quidem jure dominij penitus privat; Acquirenti verò idipsum non pleno jure adjicit, sive dominium proprietatis & ususfructus in accipientem seu possidentem transferat. Uti, exempli gratiâ, amplissimus Hamburgensium Senatus, per litteras collegio nostro juridico exposuit, Rempublicam suam, alere quamplurimos Belgicæ nationis incolas; bona quidem civitatis immobilia possidentes; sed cùm cives veri minimè sint, weil sie das Bürgerrecht daselbst nicht gewonnen/ eorundem dominio pleno, minimè, sed ad usum suum tantum fruentes: Et quidem hac ratione, ut Belga emptor, ædes seu prædium per civem hereditarium, licitè ad se transferat, sed easdem non suo, sed proxenetæ nomini & personæ adscribi curet, wird einem andern Erbgesessenem

Bürger

Bürger in Stadtbuch zugeschrieben. *Et hæc aßignatio proxenetæ, nomine peregrini emptoris, dicitur ad fideles manus facta; quasi dicas fidis manibus concredita, quæ est velut fideicommißaria notatio. Quem acquirendi modum ipsa suaßit atq; induxit neceßitas. Postea enim quam prædictis Belgis, Hißpanis, vel alijs incolis, commerciorum jus conceßum est, ut liberè cum civibus hereditarijs & peregrinis contrahant, permutent, negotientur: aliter fieri haud potuit, quin nonnunquam civium bona, veluti ædes, campi, fundi, &c. illis oppignorarentur, pignorumq; distractione facta suos faccerent. Hujusmodi itaq; casu, ubi Belgæ vel alteri cuipiam civi, impropriè sic vocato, addictio fit pignoris: non statim huic domino res oppignorata sive empta adscribitur, sed ad fideles saltem manus eidem adsignatur.* † *Differentiæ itaq; usum, salvo rectiori judicio, in hoc consistere arbitror, ut non alienator solum, sed & civium hereditariorum quilibet Hamburgi, ædes seu bona ad fideles manus extraneis aßignata, sibi comparare cupiens, jure ac licitè quasi protopraxeos beneficio eadem vindicet, nulloq; annorum decursu obstante, justa pretij refusione repetat.* † *Unde etiam pro majori rerum ejusmodi alienatarum certitudine peculiares tabulæ sive liber publicus, ad ejusmodi fidelium manuum consignationem adinventus & destinatus est, qui tamen eundem, quem hereditarij libri publici habet, effectum sibi vendicat. Alter fidelis manus effectus hic esse videtur, licet Belgæ, alius vè civis haud hereditarius bona, præfato poßideat modo,*

illaq; ad heredes suos Hamburgi commorantes, & pari quidem jure transmittat: minimè tamen post obitum eadem ad extraneos, & in illa civitate non degentes, transferat: ne invitæ Reipublicæ huic incolæ minus accepti obtrúdantur.

SECTIO XXXIII.

ARTICULUS VI.

Der Stifft vnd Klöster/ auch anderer Personen/ welche vnsere Bürger nicht seyn/ sollen nicht mehr Wohnung in der Stadt Lübeck bawen/ dann jtzo stehen/ jhre reume auch/ die sie nun haben/ nicht erweitern noch gröſſer machen/ sondern lassen wie sie seyn/ Sollen auch die Heuser/ Höffe vnnd Wohnungen nicht von der stette/ dar sie jtzo liegen/ auff andere verendern/ oder mit an-

SEdis Episcopalis, monasteriorum, aliorumve membra, in civium nostrorum catalogum haud recepta, nulla prædia urbana, præter jam exstructa, in urbe Lubeca ædificanto; nec areis suis aut locis modo possessis quicquam adjiciunto, eave ampliora aut capaciora reddunto, sed in statu præsenti eadem relinquunto: Nec domus, areas, habitationesve, de loco suo in alium transferunto, minus cum quopiam

dern verbeuten / denn solches keinem wer der auch sey / in keinerley weise verstattet oder verhenget werden soll.

quopiam permutanto, sed nemini prorsus, cujuscunq; demum is conditionis, status vel ordinis fuerit, ea facultas potestatis conceditor.

SUMMARIA.

1. De Statuti hujus vi & efficacia.

1 Ob dieses *Statut* auch trafft: oder gültig sey?

Hujusmodi statuta, Ecclesiasticis acquisitionem bonorũ interdicentia, utut libertati Ecclesiæ contraria, nec non & Imperatorum atq; Pontificum decretis ac bullis improbata appareant. Per text. in authent. Cassa. Cod. de sacrosanct. Eccles. cap. noverit. de sententia excommunicat. vide Cassaneum consuetud. Burgund. rubric. IX. des mains morte. § l'homme 10. fol. (mihi) 1243. Gail. 2. obs. 32. n. 3. & seqq. *Hæc nostra tamen & Imperia auctoritate, & immemoriali consuetudine roborata respuunt sanctiones contrarias, & receptionis jure gaudent.* 1

SECTIO XXXIV.

ARTICULUS VII.

Wann ein Jüngling vor dem Rathe sich

Minor in Senatus consessu ætatis veniam petens,

mündig will erkennen lassen / so soll er alsdan auch alsbald in continenti Bürger werden / nach Lübischem Rechte.

is & confestim sine mora nomen suum, secundum urbis Lubecæ jura ad catalogum civium referto.

SUMMARIA.

1. Non minus de jure Lubecensi quàm civili XXV. anni, & quidem completi requiruntur, ut quis major dicatur.

1. Nach Lübischem Rechte / werden eben so wol 25. Jahr vollnkommen erfordert / das einer major oder Voigtbar geschetzt werde / alß nach den Kayser Rechten.

2. Saxo anno 21. adimpleto, major habetur.

2. Nach Sachsen Rechte / ist einer nach erfülleten 21. Jahren mündig oder voigtbahr.

3. Vocabulum juvenis utrumq; sexum hoc in loco complectitur.

3. Das Wort Jüngling / begreifft allhie so wol Jungfrawen als Gesellen in sich.

4. Nuptiæ, non reddunt quempiam majorem.

4. Wer vnter 25. Jahren heyratet / wird dadurch nicht Voigtbar.

5. Jure Romano ætatis concessio erat de reservatis Imperatorijs.

5. Nach Römer Recht / könt kein Consul weiniger geringere Obrigkeiten / jemand der seine Voigtbahre Jahre noch nicht erreichet / das Alter ersetzen.

6. Hodie, quivis magistratus, merum mixtumq; Imperium habens, ætatis veniam rectè concedit.

6. Nach vnserer Regimente art / können alle Obrigkeiten / so vber Hals vnnd Handt zu richten / minderjährige für Voigtbahr erklehren.

7. Non solus consul, non prætor, non Cameræ præfectus, aut tutelaris præses; sed universus Senatus, in curia minorem rectè pronunciat majorem.

7. Kein Bürgermeister / Chammer / Wette / Richt: Weisen oder ander Herr / sondern ein gantzer Rath / vnd zwar im sitzenden Rathe / kan minderjährige mundig vnd Voigtbar erkleren.

8. Matu-

8. Maturo tamen præhabito consilio.

8. Jedoch nicht anders / dann auff vorhergehendes reiffes berathschlagen vnd erwegen der in Rechten enthaltenen Vrsachen vnd *motiven*.

9. Ætatis venia non nisi evidenti ætate pupilli suadente impertienda.

9. Es soll keine Obrigkeit Junge Gesellen mündig erkleren/ohn auß hochwichtigen / vnnd zur genüg beygebrachten Vrsachen.

10. Cumprimis de morum probitate & frugi natura constare debet.

10. Zuforderst soll eine Obrigkeit sich des minderjährigen Natur vnd Lebens bestendig erkünden.

11. Deinde ut majorum annis sit proximus.

11. Furs ander / soll er zum weinigsten 20. Jahr erfullet haben.

12. Ætatis probatio difficilis.

12. Die Geburtstunde/ vnd alters beweiß ist schwer beyzubringen.

13. Parentum testimonio ætas probatur.

13. Eins der Eltern Gezeugnuß ist zu des Alters beweißthumb genughafft.

14. Nec consanguineorum testimonium reprobandum.

14. Auch ist der Blutverwandten zeugnuß zulässig.

15. Parētū annotatio probatio legitima.

15. Der Eltern handt beweiset dißfals.

16. Uti & libri parochialium.

16. Kirchenbücher erweisen gleichsfals.

17. Quin & adspectus adminiculatur.

17. Der Augenschein gibt auch eine *præsumption* vnd muthmassung.

18. Testium probationes sufficiunt.

18. Durch Zeugen kan alles erwiesen werden.

19. Instrumentis quid tribuendum.

19. Glaubwürdige *instrumenta* beweisen auch in diesem fall.

20. Admonitio ad judicem.

20. Warnung an den Richter.

EJungling. ¶ † *Minor viginti quinq; annis hîc intelligendus, cum totidem, quod de civili etiam jure Lubecano requiruntur anni.* Art. 6. & 8. libri 1. Tit. 7. de Tutel. ibi, Ein Jüngling vnter 25. Jahren/ leg. 1. § apparet. π. de minorib. 1

Extremum

Extremum enim vigesimi quinti anni diem ac momentum nisi quis impleverit, adhuc minor dicitur atq; habetur; cum de momento ad momentum computatio majoritatis fiat. leg. 3. ſ minorem 3. π. de minorib. Weſenbec. in parat. cod. n. 3.

2 vide notas Gothofredi ad d. leg. 3. ibiq; Cujacium. † *Jure Saxonico minorũ ætas 21. anno finitur, cũ ibidẽ homines maturius sapere credantur.* Fachſ. differentia IX. per text. Landtrecht lib. 1. art. 47. Et Lehenrecht art. 25. Reinhard. de tutel. differentia V.

3 †*Ulterius vocabulum Jüngling sive juvenis, est vox generis, non sexus præstantioris, cum & virgines sive puellæ veniam ætatis impetrent,* arg. art. 8. de tutel. leg. omnes adoleſcentes, 2. ſ Fœminas quoq; Cod. de his qui veniam ætatis impetrant.

4 †*Nec refert, utrum juvenis hic sit paterfamilias, qui uxorem duxit, vel filius familias* d, art. 8. de tut. hoc jure noſtro leg. 3, ſ

5 *ſed utrũ:* †*Neuter enim justæ ætatis habetur, ideoq; actus qui majorum sunt, non rectè agit. d. art. 8. ſed ætatis venia opus*

6 *habet.* †*Non itaq; cuivis juveni indolem bonam præ se fe-*

7 *renti, ætatis venia illicò largienda,* †*ſed Conſtantini Imperatoris placitum* in leg. 2. Cod de his qui veniam ætat. impetrant. *at-*

8 *tentiſsimè observandum.* †*Accuratè enim perpendendum, fragile & infirmum esse hujus ætatis judicium, multorumq; exposítum insidijs.* leg. 1. in fin. cod. de legitim. tutor. in princip. Inſti-

9 tut. de curat. ibiq; Weſenbec. † *Primum itaq; requisitum in concedenda ætatis venia sit, ut juvenis morum honestate præſtet;*

10 † *nõ heluo sit, aut lurco, ſed qui parentibus alijsve inservièdo vitæ frugi teſtimonium acquiſierit.* leg. omnes adoleſcentes. ſ. 1. in verb. de ſuis morib. & honeſtate perdoceant. Cod. de his qui veniam

niam ætatis impetraver. † *Deinde ut viceſimi anni metas im-* 11
pleverit In ætatis enim venia conſequenda, annus comple-
tus, non cœptus requiritur arg. leg. ſi quis 4. Cod. d. tit. de his
qui veniam ætatis impetrant. *In verbis: illam ætatem intelle-*
ctam volumus, quæ completur, non quæ ab Imperiali benefi-
cio ſuppletur. Tertiò ut veniam petens, ætatem majoritati
proximam probet. leg. ult. Cod. ſi minor. ſe maj. dixer. † *Cum ve-* 12
rò ætatis demõſtratio, ſit ex ijs quæ ſunt difficilis probationis,
ut Jacob. Mœnoch. de arbitrar. jud. quæſt. lib. 2. cent. 2. caſu 116. tradit:
ideoq; probationes hoc in caſu, alias impotentes dictæ, admit-
tuntur: paucis attingemus, quas demonſtrationes judex ad-
mittere queat vel minus. † *Et primò quidem pro ſufficienti* 13
probatione hoc in caſu habetur teſtimonium parentum
leg. etiam 16. π. de probationib. Cæpolla conſ. ultim. colum. 13.
Parentes enim ſuo elogio, non perdent liberos ſeu improbo te-
ſtimonio eosdem præcipites dabunt. arg. leg. nec ea leg. 5 fin. π. ad
leg. Jul. de Adulter. *Deinde conſanguineorum, compatrum* 14
& teſtimonium firmum. Bartol. in leg. ætate π. de minorib.

† *Tertiò, Annales parentum, ſeu manus patris,* 15
quovis libro expreſſa, modò dies natalis eidem ſit incluſus,
Curt. junior. conſil. 118. n. 3. Socin. junior. conſil. 3. n. 11. lib. 2. Istè,
Cravetta de antiquit. tempor. octava particula primæ partis principib.
n. 34. & 36.

† *Quartò, Annales parochialium,* Mœnoch. d. loco. 16

† *Quintò, etiam ex aſpectu, prudens judex arbitrabi-* 17
tur, num probationes adductæ, rationi congruant, quocirca
hac in parte judicis arbitrio multum datur. vide Mœnoch. caſu
ſequent. 117. n. 1. & 2.

18 † *Sextò, etiam testibus, idoneis tamen, ætas docetur.*
leg. omnes adolescentes 2. in verb. testibus idoneis advocatis. Cod. de his qui veniam ætatis impetrar.

19 † *Septimò, instrumentis quoq; judici fides fieri potest.*
d. leg. 2. in verb. instrumentis. Cod, d. t.

20 † *Quò vero res hæc periculi est plenior, & ætas hæcce captionibus obnoxior, maximè ubi juvenis in cata atq; versuta, mercatorum incidat ingenia: tantò judex hic se cautiorem geret, minusq; promptum aut facilem in ætatis venia largienda, ne alienus lapsus ei pudorem incutiat, simulq; extra caussam sufficientem, veniam concedendo sibi damnum conciliet. Judex enim imprudentia sua juvenes negligens, vel rectius prodens, ijsdem non minus ac tutor obligatur.*
tot. titul. Cod. de magistrat. conveniend.

Et hæc de publico Civitatum Imperialium jure ex hisce duobus Titulis hujus lib. 1. desumpto: Quibus cum tertius Titulus lib. II. respondeat, eundem hic subnectemus.

SECT. 35.

SECTIO XXXV.

TITULUS III.

LIBRI II.

DE BONIS REIPUBLICÆ,

Von gemeiner Stadt Güter.

AD RVBRICAM.

SUMMARIA.

1. Caroli Quarti elogium, de magnificentia Urbium, Romæ & Lubecæ.

2. Peregrinationi deditus, non tam externam, quàm internã Imperij, regni reip. ac Civitatis formam, intueatur.

3. Juvenes peregrinantes, utplurimùm instar vitulorum: portarum atq; ædificiorum duntaxat, non etiam rerump. formas inspiciunt.

4. Bonum reip. Civem aut Senatorem quid noviſſe deceat.

1. Kayſer Carols des vierdten/rühmbliches gezeugnuß/ der beyder Städte Rohm/vnd Lübeck.

2. Alle Junge reiſende Leute/ſollen in *peregriniren*/nicht ſo groß auff Holtz vnnd Stein / oder auſſerliche Gebewde / als auff des regiments art/formb vnd rühmbliche thaten achtung geben.

3. Es werden viel der Jungen reiſenden Leute / durch jhre koſt- vnd tewrbares reiſen/eben ſo witzig/als Aarons Abgot/ wann es vnter dem Thor durchgehet/ oder wie die Ganß / ſo vber den Rein fleugt.

4. Was einem Rathsherrn / ſo den nahmen der wollweißheit jhm leſſet geben/ zu wiſſen gebühre.

5. Rapsodica & imperfecta, hujus materiæ, in ipso textu invenitur tractatio.
6. Dubio procul in Lubecensium archivis, luculentam omnium Reipub. jurium, exstare descriptionem.
7. Exacta notatio, & crebra ruminatio rerum in republ. quotidiè occurrentiũ, haud parũ confert ad defendẽda earũdẽ immunitates atq; privilegia.
8. Confusa rerum quarumlibet administratio, diu consistere nequit.
9. Textus ipse, Reip. bona, in corporalia & in incorporalia dividit.
10. Publica communitatis jura, dextrè enodare, operis est eximij, & utilissimi.
11. Liberis imperij civitatib. jura sacrorum, æquè ac illustrioribus personis competere, Augustanæ tabulæ liquidò probant.
12. Pacis capita, de religionis libertate inita, æquè civitatibus atq; principibus, sunt firmata.
13. Pietas, unicum rerumpublicarum fulcrum est tutissimum.
14. Hodie, nulla consilia, ducuntur ineptiora & inutiliora ijs, quæ de religionis propagatione, & tuitione instituuntur.
15. Num diversa religionis exercitia Rebuspubl. & civitatibus prosint vel obsint.
16. Receptam religionem, sine con-

5. Sehr spahrsamb vnd verwirret ist diese hochnötige materia/im text berühret.
6. Es ist nicht zu zweiffeln / das in Lübischen Archiven/Cantzeleyn vnnd Regimentsbüchern/der Stadt Recht vnd Gerechtigkeit / zusambt dero rühmblichen thaten / fein ordentlich seyn zusamen getragen.
7. Täglig fürlauffender dinge/fleissige beschreibung vnd erwegung/dienen nicht wenig zu erhaltung der Städte Frey vnd Gerechtigkeiten.
8. Vnrichtige vorwaltung eines jeden thuns/ kan nicht lange bestandt haben.
9. Der text selbst/theilet der Stadt gütter in liegende Gründe: vnd Freyheiten.
10. Der Städte gerechtigkeiten/außführlich zubeschreiben/ist ein fürtrefflich vnd nütze werck.
11. Das Frey vnd Reichs Städten/die Geistliche hoheit/nicht weiniger/alß den Chur vnd Fürsten zustehe/wird auß der Augspurgischen Reichs *constitution*/klarlich behauptet.
12. Der Religion fried/ beschleust nicht weiniger die Städte/als Reichsfürsten.
13. Auff wahrer Gottes furcht / bestehen alle Regimente.
14. Heutiges Tages/werden leider keine rathschläge geringschetziger vnd weiniger geachtet / als darein von Gottes Ehr/ desselben Kirchen/ vnd deren vnterhaltung/soll *tractiret* werden.
15. Ob in einem wolbestaltem Regiment/vnderschiedene Religionen zugedülden.
16. Keine Obrigkeit/ist bemechtiget/ohn sensu

sensu subditorum, magistratus non rectè mutat.

17. Civitates & principes jure Episcopali gaudentes, hæresi infectos rectè territorio suo ejiciunt.

18. Hi quoq; in suæ ditionis clericos Episcopalem audientiam & imperium exercent.

19. Templorum ædificatio, cuivis minimè permissa.

20. Electores, principes & imperii civitates Synodum rectè indicunt.

21. Eisq; præsidij jus competit.

22. Ad exemplum Constantini Magni & aliorum.

23. Nec adversatur hæc sententia Codici sacro.

24. Hodierna praxis, idipsum firmat.

25. Heroes Megapoleos indubitatè hoc jus exercent.

26. Lubeca vi hujus juris, suum constituit consistorium.

27. Senatus Brunovicensis, Ecclesiastico jure gaudet.

28. Dispensatio in gradibus prohibitis competit imperij civitatibus.

der Vnderthanen oder deren Gesambten Stende bewilligung/ die Religion zu endern.

17. Alle Obrigkeiten/ so das *jus Episcopale* haben/ mügen verdambte Ketzer/ auß jhrem gebiete wol wegschaffen.

18. Derogleichen Obrigkeiten/ halten auch Gerichte vber jhre Kirchendiener vnd Prediger.

19. Vnderthanen können ohn der Obrigkeit vorwissen/ keine Kirchen oder Gotteshenser anrichten.

20. Hocherwehnete Obrigkeiten/ können *Synodos* anordnen.

21. Wie auch bey denselben/ die verordnung vnd *direction* stehet.

22. Wie *Constantinus Magnus*/ vnd andere sich dessen gebraucht.

23. Dieses streitet nicht/ mit Gottes wort.

24. Zu dieser zeit ist kein Chur/ noch Fürst/ oder befreyete Stadt/ welche sich solches Geistlichen gewalts/ nicht gebrauche.

25. Dem löblichen Hause zu Meckelnburg/ stehet diese Gerechtigkeit vnzweifentlich zu.

26. Die Stadt Lübeck/ hat dahero auch jhre *Consistorium* angeordnet.

2. Die Stadt Braunschweig/ hat auch jhre Geistliche *Jurisdiction*.

28. Die Reichs vnd andere Städte/ so sich Geistlicher *Jurisdiction* gebrauchen/ können die Heurath/ in verbottenen *gradibus* zulassen.

1 CArolus quartus Imperator, teste Alberto Lenicero magno, Lubecam visendi desiderio flagrans, eamq; ingressus, in hanc, civitatis illius encomij vocem erupit: Plurimum se lætari, de biga splendidissimarum ad fines imperij, exstructarum urbium, quarum altera ROMA, caput mundi; altera LUBECA, corona & decus Germaniæ non absre dicerentur: seq; non adeò magnificentiam ejus & splendorem ædificiorum, quàm reipublicæ statum admirari. Quo equidem elogio, non tantum urbis præstantiam denota-
2 vit; † Sed etiam omnibus rerumpubl. perlustratoribus, auctor exstitit, quid præcipuè, in Republica observandum & a-
3 nimadvertendum veniat, † ne vitello Aaronis, portarum valuas aspicienti, aut anseri Rhenum tranatanti, se similes exhibeant. Quanquam enim hospitum pleriq; ac peregrini urbem hanc ingressi, ut plurimùm templa, pyramidib. altitudine medium cœli attingentibus ornata; capitolium sive curiam Lubecensem, muros ac portas splendidè exstructas; loci situm propugnaculis suis munitum, & quæ præterea cuilibet
4 se in oculos ingerunt, intueantur ac mirentur. † Tu tamen hospes Reipubl. hujus hereditarie, ad exemplum præfati Caroli, præ exteris, non tam in externam quàm internam hujus regiminis formam ac faciem, oculos conjicies, & statum ac bona Reip. hujus, indagare ac pernosse haud negliges, ne & tibi tritum illud ac scitum adagium Romanum, turpe esse homini patritio, cumprimis Senatoria dignitate claro, Civi-
5 tatis jura ignorare, pudorem rectè incutiat. † Licet autem

tituli

tituli hujus compilatores, Bonorum, *nimirum*, ad rempublicam pertinentium, *catalogum, vix indicis extremitate attigerint; nec non & inconvenienti loco, ac methodo minus justa, materiæ hujus ampliſſimæ, aliqualem tantum mentionem injecerint: Dubio tamen procul, ejus ſaltem mentionem hîc inſeruêre, quò ſucceſſoribus, rei hujus exactius definiendæ, digerendæ atq; ampliandæ anſam præberent.* † *Egoq; nullus* 6
dubito, archivum Lubecenſe, ac tabulas reipubl. hujus publicas, bona ac jura ejusdem, exactiſſimè deſcripta tenere: cum hanc rempubl. ejusq; ſpectatiſſimos antiſtites minimè fugiat, quid quantumq;, ad privilegiorum immunitatem, regaliorum, jurium & id ſimilium conſervationem, tum belli, tum pacis tempore conferat, † *exacta omnium rerum obſer-* 7
vatio, aſſidua notatio, earumq; creberrima ruminatio. † *Et* 8
optandum ſanè, ut omnes reſpublicæ ac civitates, bona ac jura Reipub. ſuæ, diſertè deſcripta tenerent, quò boni patris familias exemplo, id ſaltem in memoriam ſibi revocarent, nullam domum, diario vel rationum tabulis probè conſignatis, ſed confusè conſarcinatis deſtitutam, diu ſubſiſtere poſſe. Textus itaq; noſter, cum horum nullam nobis ſuppeditat mentionem, ratio hic jubet vela contrahere, eaq; tantum attingere, quæ ex legis mente atq; juris, indagari queunt: idq; dexterius ut præſtemus trias muſarum ſacratiſſimarum, noſtro favebit conatui. † *Quẽadmodũ itaq; textus noſter*, Bona rei- 9
publicæ, *dèſpeſcit in* corporalia, *per verba* liegende Gründe vnd ſtehende Erbe/ *vel* incorporalia, Freyheit: *Et voca-*

bulum rei

bulum rei, & bonorum & jurium, suo intellectu, ac ita utrūq; complectitur, leg. Bona de V. S. Sic nos tabella hac res tam incorporales, quàm corporales, sectione methodica disponemus & brevitati studebimus.



Non abs

† *Non abs re quidem esset, singulorum capitum ac jurium* 10
origines, qualitates & effectus, convenienti methodo explicare: Verùm, hoc cum sit immensi laboris, & ocij uberrimi opus, id verò mihi in hoc rerum statu, maximè Duce destituto, non suppetat: Operæ pretium me fecisse censeo, per præmissam tabellam, & remissiones, paucula quædam indigitasse, & peritioribus, hujusq; Reipubl. status magis gnaris materiam hanc exactius discutiendam suppeditasse. Prioritatq; loco, de incorporalibus *hujus Reip. juribus agemus.* † *Li-* 11
beris imperij civitatibus, Jus sacrorum *i. e. potestatem in* doctrinalibus & ceremonialibus, *eodem jure, quo serenissimis Electoribus, illustrissimisq; Imperij principibus, adquisitum esse, ex transactione Passaviensi in Comitijs Augustanis Anno 1566. approbata, patet, cujus verba genuina subjicimus.*
Nachdem aber/ in vielen Frey vnd Reichs Städten/ die beyden Religionen/ nemblich vnsere alte Religion/ vnd der Augspurgischen confession verwandten Religion/ eine zeit hero/ im gange vnd gebrauch gewesen/ So sollen die hinfüro auch also bleiben/ vnd in solchem stande gehalten werden: Auch deroselben Frey vnd Reichsstädte/ Bürger vnd andere Einwohner/ Geistliches vnd Weltliches standes/ friedlich vnd rühig bey vnd neben einander wohnen/ vnd kein theil des andern Religion/ Kirchengebrauch oder Ceremonien abzuthun/ oder jhn davon zu tringen/ vnderstehen/ Sondern jedes theil den andern/ laut dieses friedens/ bey solcher seiner Religion/ Glauben/ Kirchen-

gebreuchen/Ordnung vnd Ceremonien/auch seine Haab vnd Güter/vnd allen andern/wie hieoben bey der Religion Reichstände halben/verordnet vnd gesetzet worden/ ruhig vnd friedlich bleiben lassen. *Quæ saluberrima constitutio nobis insignes notas exhibet: Per verbum enim* Religion/ *conceditur liberis imperij civitatibus potestas statuendi in* Doctrinalibus. *Et verbo* Kirchengebreuch/ *facultas in cere-*
12 *monialibus, ut in libello nostro differentiarum sive antithe-sium, latius idipsum attigimus.* † *Deinde ex hac ipsa forma perspicitur, Imperiales Civitates, ut Imperij status, æquè ac Electores vel Principes, gaudere pace hac, publicè firmata. Præ cæteris itaq; pietatis studium sibi commendatum habebunt; cum præclarè juxta & piè Seneca cecinerit:*

Ubi non est pudor
Nec cura juris, sanctitas, pietas, fides,
Instabile regnum est.

13 † *Pietas enim quæ ex vero, non autem fucato religionis cultu descendit, est basis, columna, fundamentum lapisq; angu-*
14 *laris rerumpubl. civitatum, ac communitatum:* † *licet, proh dolor, nulla rariora, quàm de veritate religionis propaganda agitantur consilia, magno interim reipubl detrimento: Trojæ enim ad exitium properantis, cultus ac jura Deorum atq; divorum perexigua fuit: peritura enim perdidit Deos. Tutissimum itaq; reip. præsidium est, orthodoxæ religionis ac veritatis, sedula cura. Magistratus itaq; Inbecanus, & reliquarum rerumpubl. moderatores, præ cæteris*

muneris

muneris sui curis, hoc agent, ut vetustissimam religionis formulam, è sacris codicibus, & symbolis Apostolicis decerptam atq; congestam purè ac syncerè foveant, propagent, & dum rutilantes stellæ cursum tenebunt, retineant. † *Hoc verò in* 15
loco, haud inconcinnè quæri poterit, Num reipubl. huic, & alijs, expediat diversas admittere religiones? Quod ego vix tutum sentio: Et de hoc videatur Besold. class. 1. disp 4. th. 21 Deinde, An fœdus cum diversa religionis gente pangere liceat? Utrumq; distinctionis novacula, favente Deo, dirimam. Interim de hoc, tertio loco, liquidò constat.

† *Nullis liberarum vel Anseaticarum Civitatum magi-* 16
stratibus, vel etiam sublimioribus proceribus, de jure divino, vel humano largitum aut concessum esse, ut excluso ministerio & civibus vel subditis, ceu numerosioribus Ecclesiæ membris, cultus divini ac religionis faciem aut formam mutent, reprobatæ religionis doctores advocent, & Ecclesiæ præficiant; secus enim facientes, conscientias suas suspirijs piorum onerando, scandalum præbent, seq; judicij in hosce à Salvatore nostro promulgati, reos constituunt. Cujus assertionis probandæ gratiâ, hoc in loco solius eximij istius Theologi Martini Chemnitij orthodoxam, ex locis ejusdem theologicis, tit. de Ecclesia, cap. 4 folio 324. refero sententiam, ubi inquit: Sicut Pontifex Romanus cum suis committit sacrilegium *in eo, quod electionem & vocationem ministrorum eripuit Ecclesiæ, & ad se solum suosq; transtulit:* ita ejusdem criminis reus *est etiam magistratus, quando exclusis ministerio*

& reliqua Ecclesia, sibi soli, potestatem Ecclesiam constituendi vendicat. Pius enim magistratus, non est tota Ecclesia —, sed tantum membrum ejus: nec est dominus Ecclesiæ, sed nutritius; imò tantum minister. De religione itaq; suspectus ad potioris Ecclesiæ partis monitionem sine tumultu dimitti
17 debet, ne majus suboriatur malum —. † Ad quæstionem —, Num liberæ civitates rectè dicantur custodes & executores utriusq; tabulæ, qui pravos & impœnitentes, ac jure divino & humano damnatos hæreticos, ceu putrida membra abscindant, blasphemos coerceant, magos seu maleficos, quibus augures, aruspices, vates, necromaticos, ariolos, præstigiatores, sortilegas & similes annumero, debitis pœnis afficiant, atheos excludant? Jure hoc eis tribuendum censeo, idq; vi juris Episcopalis, ne pijs, sanis & orthodoxis scabiem & pruritum hæreseos, affricent eosq; inquinent —.

18 † IV. Num liberæ imperij civitates, & cæteræ jure seu exercitio Episcopali fruentes, in personas Ecclesiasticas, vulgò verbi divini ministri nuncupatos, jurisdictionem rectè exerceant, si quis quæsierit? Hoc omninò legem divinam præcipere authumo, dum ait: Omnem animam suo magistratui subjiciendam esse: maximè cum Ecclesia sit in republica; non verò respublica in Ecclesia. Nec hierarchia constituenda —, aut tyrannis pontificia quasi jure postliminij in usum revocanda sit, ut in Antithesi nostra 16. & seqq. tradidimus: clericos, nempe, in leges honestatis & muneris sibi demandati delinquentes, citra exemptionis aut fori privilegium, à magistratu

giſtratu, ſingularum rerumpublicarum & communitatum jure ſeu exercitio Epiſcopali gaudentium, plecti poſſe, argument. Epiſt. ad Roman. 13. & 1. Petri 2. verſ. 13.

† *V. Nec inconſulto Senatu Lubecenſi, cæteriſq; magi-* 19
ſtratibus liberarum urbium, cuiquam nova templa, nec ſa-
cella, cultus divini gratiâ adornata, exſtruere, & Eccleſiam
ſeu cœtum adunare licet.

† *VI. Ex jure ſacrorum, habere dominos Lubecenſes, &* 20
cæteras Imperiales Civitates, nec minus & alias, juris Epi-
ſcopalis exercitio & poſſeſſione gaudentes, poteſtatem indi-
cendi ſynodum, antitheſi noſtra 16. & ſeq. indigitavimus.
† *Vnde etiam conſequitur, Senatui ſeu civitatum deputatis* 21
competere jus præſidij, directionis & primatus. Si enim in
conſilio generali, non Papæ *ſed* Imperatori *jus præſidij ſeu*
præſidis competit, uti idipſum evicit Dn. D. Andreas Oſi-
ander, in ſuo tractatu Papa non Papa. loco 12. fol. 94. David Pa-
ræus in tractat. de jure princip. contra Pap. fol. 108. *Quidni Senato-*
rio ordini, in collegium Eccleſiaſticum vulgò miniſterium
dictum, idipſum concedendum. † *Sic Conſtantinus Ma-* 22
gnus, in Niceno concilio egit præſidem, atteſtante Balduino
lib. 1. de legib. Conſtantin. Magn. Euſebio 1. de vita Conſtantini cap. 37.
Synodo itaq; nationali, ſeu provinciali, ſive etiam collegii
conventu indicto, præſidet magiſtratus politicus. † *Nec di-* 23
vinis vel humanis legibus, ſententiam eorum adverſari di-
cendum, qui conſtitutionem judiciorum Eccleſiaſticorum
principibus alijsq; magiſtratibus ſecularibus tribuunt, quo-
rum auctoritate de Epiſcopis & paſtoribus vocandis, exa-

minandis, instituendis, judicandis leges feruntur & exe-
24quuntur; † uti secularis hujus auctoritatis, passim in Ger-
mania, in reformatis Ecclesijs exstant. Singuli enim Ele-
ctores, principes, civitates Imperiales, ordinationes Eccle-
siasticas, ritum & religionem Ecclesiasticam exprimentes, nec
non & Consistorij leges, Episcopalem audientiam inducentes
25tulerunt & promulgarunt. † Hunc in modum quoq; illu-
stres Megapoleos heroes, sacras suas leges, doctrinam & mo-
res suos exprimentes, sancivere. de quo vide Meckelnbür-
gische KirchenOrdnung/ Anno 1557. publiciret/ vnd An-
26no 1602. ab Uldarico, piæ memoriæ, revidiret. † Ad hanc
quoq; formam respubl. Lubecana, Ecclesiasticum suum judi-
cium, jhre consistorium, instituerunt. Lübisch Recht lib. 1.
tit. 4. art. 2 in verb. bey erkandtnuß des Raths oder
27consistorij stehen. † Et Senatus Brunovicensis ordinatio-
nem, religionis capita de doctrina & moribus complecten-
tem, publici juris fecerunt. vide/ der Stadt Braunschwig
Ordnung/ jhre Christliche Religion vnd allerhandt cri-
28minal straff vnd Policey Sachen betreffend. † Habent
insuper liberæ Imperiales & cæteræ Civitates consistorij ju-
re fruentes, potestatem dispensandi in gradibus jure positivo
prohibitis. arg. leg. 31. de ritu nuptiarum. leg. 38. de adopt.
leg. 37. Cod. de nuptijs.

SECTIO

SECTIO XXXVI.

DE JURE PATRONATUS.

SUMMARIA.

1. Fundatio, constructio, vel dotatio patronum constituit.

2. Primi fundatores urbis Lubecæ, omne suum jus, in civitatem privativè contulerunt.

3. Patronus inops, alimenta necessaria jure, ab Ecclesia postulat.

4. Patroni est præsentatio, & vocatio ni pactum vel consuetudo aliud suaserit.

5. Secus in collegijs privilegio dotatis.

6. Patronus non habet jus dimittendi.

7. Jus dimittendi, planè nihil cum jure patronatus, commune habet.

8. Patroni Megapolenses, utplurimum jus præsentandi & vocandi, non etjam dimittendi habent.

9. Megapolense consistorium, ad quid institutum.

1. Das *jus patronatus*/ stehet etwa dem Stiffter zu/ oder dē/ der den ort erbawet/ oder der es mit notturfft an vnterhalt versorget.

2. Graff Adolph von Holstein/ vnd Hertzog Henrich der Lewe/ haben alle jhre Hoch: Obrig: Gerechtigk: vnd Freyheit/ der Stadt Lübeck verkaufft/ vnd sich deren gentzlich abgesagt.

3. Ein verarmter Patron/ kan von der Kirchen/ da sie vermügend/ seinen notturfftigen vnterhalt begehren vnd fordern.

4. Dem Patron/ stehet die wahl vnd das beruffen eines Predigers frey/ dafern es nicht anders hergebracht ist.

5. In befreyeten Thumbcapitteln vnd Stifften/ wird es gemeinlich anders gehalten.

6. Kein Patron ist bemechtiget/ jemande so er *vociret* oder *præsentirt*/ zu enturlauben/ Sondern solches gehöret zur superioritet oder Bischöfflichen Gewalt.

7. Die enturlaubung der *vocirten*/ *præsentirten* vnnd angenommener Personen/ hat mit dem *jure patronatus* gantz vnd gahr nichts zu schaffen.

8. In Meckelnburg/ wird keinem der Patronen/ die enturlaubung zugehalten/ Sonder stehet der *superioritet* oder Bischöfflichem Gewalt zu.

9. Worzu das Meckelnbürgische Kirchengerichte/ oder *Consistorium* geordnet.

10. Pome-

10. Pomeraniæ ducatus, etiam peculiare synedrion habet.

10. Pommern hat auch seine Kirchen-Ordnung vnd Gerichte.

11. Electoratus Brandeburgicus, concedit patronis dimittendi facultatem.

11. Die Chur Brandenburch/ hat jhren Kirchen Patronen die entvrlaubung nachgegeben.

12. Jus patronatus, corrivales admittit, ne tamen Ecclesia inde damnum sentiat.

12. Wann das Patronat/ bey zween oder mehr eingepfarreten Patronen bestehet / vnd dieselben sich / wegen beruff- vnd bestellung eines düchtigen Predigers nicht vereinigen können noch wollen/ So soll der Oberster wegen seines Bischöfflichen Gewalt / jhnen zu ersetzung der vacirenden stelle einen gewissen terminum ankündigen / vnnd do in der zeit/die Kirche vnd stelle nicht ersetzet würde/ Sokan er ohn der Patronen zuthun/ einen andern darein setzen.

13. Terminus, patrono Ecclesiastico sex, laico autem quatuor mensium præfinitus.

13. Geistlichen Patronen / soll man zu solchem *termino* Sechs/ einem Weltlichen Vier Monat frist/verordnen vnd gönnen.

14. Superintendentum cura.

14. Der Superintendenten Ambt in diesem fall.

15. Mos Megapoleos de anno gratiæ.

15. Meckelnburg lesset wegen des gnaden Jahrs 12. Monat zu.

16. Tempus præsentandi quando patronis currere incipiat.

16. Von welchem tage solcher *terminus* angehet.

17. Nullus magistratus, præsertim urbium Imperialium, templorum usum diversæ teligionis hominibus rectè concedit.

17. Keine Obrigkeit/ können jhre Kirchen/andern so widerwertiger Religion seyn/erleuben/weiniger zueignen.

18. Prophanatio locorum sacrorum, piaculum est.

18. Die öden Kirchen/ Clöster/Capellen / Clausen vnnd andere Gotteshäuser/zu Rust: Zeug: Kornheusern oder Pferde vnd Hundestellen anzurichten/ist für den augen des Allerhögsten/so ein geringe Sünde nicht/wie es von vielen dafür geachtet vnd verlachet wird/ weil sein Wort wahr ist vnd bleibt/ worein er spricht/ Mein Hauß soll ein Bethauß seyn / jhr aber habts zur Mördergruben gemacht.

19. Mundities, ornat locum religiosum.

19. Heilige vnnd befreyte örter/ werden billig rein vnd sauber gehalten.

20. Cœmi-

20. Cœmiteria nobis debent esse religiosa.

20. Vnsere Kirchhöffe vnd Gottes Ackere/ solten billig von aller vnsleterey sauber/ vnd nicht von Sewen zerwühlet / auch der verstorbenen Christen Fleisch vnd Gebein nicht gefressen werden / wie vielfeltig geschicht.

21. Violatores sepulchrorum infames.

21. Wer vorsetzlich/ eines andern *monument*/ Begrebnuß/ oder Ruhestadt/ beschediget oder schendet / wird in Rechten vnredlich erkleret.

22. Qui violatores dicendi.

22. Welche für solche Verbrecher zuhalten.

23. De communi sepultura.

23. Von Begrebnussen/ so zween oder mehren gemeine syn.

24. Tertia rerum sacrarum cura.

24. Wie alle Obrigkeiten/ auch andere gemeine Sachen/ in fleissiger auffacht halten sollen.

25. In his reperiuntur civitatum muri.

25. Vnter diese werden der Stadt Mauren/ Graben/ vnd Welle billig gerechnet.

26. Etiam portæ Civitatum.

26. Wie auch der Stadt Thöre vnd Vestungen/ das Recht/ befreyter örter haben.

27. In violatores murorum, portarum, aut castrorum, quæ pæna constituta,

27. Was für straff den jennen gebühre/ die Stadt Thöre / Mauren / Graben vnd Welle/ feindlich beschedigen.

28. Obsidionis tempore clam muros conscendens, aut valles violans, capite plectitur.

28. Wer in Kriegs oder belagerung zeit der Stadt oder Festung/ Thore/ Mauren oder Welle beschediget oder vbersteiget / wird mit dem Schwerde gestraffet.

URbem Lubecam ter quaterve in cineres redactam, à Senatu populoq; Lubecano restitutam, splendidissimisq; templis exornatam esse, annalium Lubecensium auctores tradunt. Cum itaq; & fundatio & constructio, nec non & donatio patronum constituat: Et triga hæc beneficiorum hîc concurrat; de jure Patronatus, *reipublicæ Lubecensi competente minimè hæsitandum.* 1

2 † Demus Adolpho Holsatiæ Comiti, aut Henrico Leoni prima urbis semina seu rudimenta, accepto esse ferenda, & lautissimam dotationem à laudatissimis hisce heroibus eidem factam. Ex annalibus tamen constat, præfatos Heroes, omne suum jus, imperium, ac superioritatem, in Senatum larga manu transtulisse: & auro accepto, suprema libertate, rempubl. hanc donasse: idq; annuentibus atq; intervenientibus Imperatoribus. Dubio itaq; prorsus caret, Senatum Eccle-
3 siæ Lubecensis legitimum esse patronum. † Ex hoc autem jure patronatus in rempublicam redundans utilitas, prima hæc est; quemadmodum Ecclesia patronata, patronum ad inopiam vergentem, unà cum liberis alere tenetur, ni velit haberi ingrata. cap. nobis 5 final. de jure patronat. cap. quicunq; 16. quæst. 7. ubi Canonistæ communiter. Ut ita reipubl. gravi ære alieno laboranti, Ecclesia patronata, ex reditibus suis succurrere, & ita conferre teneatur, ne ipsemet egeat.

4 † Alter effectus est, Quod nec Episcopus, sive Superattendens, nec ministerium Lubecense, vel alterius Ecclesiæ, pastorem vel Ecclesiæ ministrum ordinare vel instituere nequeat quempiam, qui à Senatu ceu patrono, non sit præsentatus, commendatus & vocatus. c. decernimus 19. quæst. 7. cap. ex insinuatione. cap. quod autem. cap. illud præmittendum de jure patronat. Penes Senatum itaq; est, in locum demortui Superintendentis, pastoris aut Diaconi, alium vocare, & ad investiendum præsentare. † Secus in Cathedrali Lubecensi & a-
5 liis collegiatis Ecclesijs, cum hæc collegia peculiare corpus à civium or-

vium ordine distinctum, constituant; suumq; rectorem vel superiorem habeant, de cujus auctoritate & jurisdictione veluti membra de capite suo episcopo dependent: in his enim licet jus patronatus sit penes tertium, caput tamen non à patrono, sed à collegio eligitur, & votis liberrimis in locum demortui substituitur. Paul. de Citradel. de jure patronat. 24. quæst 3. part. & in quæst. 54. p. 6. Et Canonistæ ad cap. nobis X. de jure patro.

† Tertiò, licet vocatio & præsentatio, patrono competat, non idcirco etiam institutionem, minus missionem seu de loco deturbationem, ullo jure patronus sibi arrogabit. † cum dimissio & institutio, non sit annexum juris patronatus, sed ab eodem planè separatum & distinctum; cap. 5. 9. 10. 15. 16. 20. de jure patronatus & episcopo jus dimittendi sit reservatum, qui vigore juris episcopalis, caussam cognoscendo, patronum seu actorem & pastorem reum, legitimè audit, & cognitâ causâ, quid juri, quid æquitati consonum, statuit. † Sic enim in Megapoli jus patronatus, utplurimùm Civitatibus ac Nobilibus, non verò jus instituendi, vel dimittendi competit: sed peculiare judicium, † Consistoriū dictum, quaternis vicibus annuatim celebrandum, ad ejusmodi & alias matrimoniales caussas agendas, & definiendas, ordinatum est, in cujus subsellijs pastorum & ecclesiasticorum, nec non & matrimonij caussæ cognoscuntur: uti ex ordinatione consistoriali Ducum Megapolensium plenius cognoscere licet. Quanquam Rostochium ex transactione, Anno 1573. cum illustrissimis inita, in vocandis & dimittendis pastoribus pristinum jus sibi reser-

10 obi reſervavit, §. weiter iſt verglichen. † *Ad eundem modum Pomeraniæ Principes aſpirantibus ſtatibus provincialibus, conſtitutionem Eccleſiaſticam promulgarunt, ad cujus præ-*
11 *ſcriptum cauſſæ Eccleſiaſticæ cognoſcuntur.* vide Matth. Stephan. de jurisdict. lib. 3. cap. 17. de jure patronat. n. 32. † *In Electoratu verò Brandeburgico collatoribus parochiarum, quibus jus vocandi & præſentandi competit, illis dimittendi jus eſt con-*
12 *ceſſum.* exordinat. conſiſtorial. Brandeb. cap. 10. in fin. Pruchman. conſil. 43. n. 28. † *Jus patronatus penes plures exiſtere poſſe, licet ſingulis in ſolidum competat certum eſt.* leg. quædam mulier. π. famil. erciſcund. *Verùm cum pluribus patronis concurrentibus, ut plurimum de jure vocandi & præſentandi, acres oriri ſoleant contentiones: Eccleſia verò, lite durante, ſine legi-timo paſtore & cuſtode, relinquatur: non abs re hîc quæritur, quid remedij, ne Eccleſia ulterius rectore ſeu paſtore de-ſtituatur? Hoc caſu, jura patronis certum tempus præſcribunt, intra quod, ni Eccleſiæ de ſacerdote proſpectum fuerit;*
13 *ab Epiſcopo eidem quis præficitur: & in poſſeſſionem mitti-tur.* † *Et quemadmodum duo patronorum genera reperiuntur, Eccleſiaſticum nempe, & Laicum: ſic eccleſiaſticis patro-nis, ſpatio ſex menſium, laicis verò quatuor menſibus ordi-nandum non præſentantibus, Epiſcopus ſine mora Eccleſiæ*
14 *perſonam dignam præficit.* † *Quod & hodiè principes ſecu-lares, & illæ Civitates, quibus jus Epiſcopale competit, jure expediunt: & ubi compatroni nobiles ſive ignobiles, præſen-tationem litigijs ſuis differunt, irrequiſitis patronis, perſo-nam cer-*

nam certam Ecclesiæ præficiunt. Sedulò itaq; in hoc Superintendentes intenti erunt, ne ultra præscriptum tempus auditoria relinquantur vacua, sed ut illis dextrè prospiciatur. † Megapolis tamen hunc anni trientem propter annum 15
gratiæ, ad assem extendit, & vicinis pastoribus interanno curam Ecclesiæ committit: † Hujus verò temporis lapsus, 16
sive ex triente, sive ex quadrante, vel etiam ex asse, secundum loci consuetudinem metiatur, patrono ignorans, non nisi à tempore scientiæ currit, cum non valenti agere non currat præscriptio. vid. Spring. tract. de pace relig. cap. 11. † Habent 17
insuper Lubeca, ut & reliquæ Imperij & collegij Anseatici Civitates, ædes sacras splendidissimas, magificentissimasq;, ritu majorum per Pontifices orthodoxos, non aqua seu liquore phantastico, sed precibus Deo consecratas, & divino cultui dicatas, quas nec Senatus vel populus, ex Justiniani constitutione, nec alienare, vel obligare potest. s sacræ Instit. de rerum division. leg. 14. Cod. de S. S. Eccles. cap. nulli liceat. cap. si quis 6. de reb. Eccles. alienand. Novell. 7. in pr. Alienandi voce hic non oppignorationem & distractionem saltem, sed & in abusus concessionem intelliges. Nulli itaq; magistratuum vel civium, fas est templa vel Ecclesias orthodoxo exercitio dicatas, & à majoribus acceptas, vel Jesuitis, vel Anabaptistis, Zvinglianisve aut similibus concedere, & ita à vero Dei cultu abstrahere & alienare, quod enim dominium nostrum excedit, & alteri accedit, verè alienatur. Prohibebit itaq; magistratus, omnem alienationem & prophanam rei

18 *sacræ usum.* † *Prohibet quoq; Imperator locum, in quo ædes sacræ fuerunt ædificatæ, in alium usum transferre, utut diru-tis ædificijs.* d. § sacræ 6. Instit. de rer. divis. *quod & ipsæ sacræ inhibent tabulæ. Quantò itaq; gravius peccant, qui templa—, xenodochia, aliaq; loca pia destruunt, lateres, lapides, cæmenta ac tigna, in profanos usus & operas civiles convertunt: vel ex templis, xenodochijs, sacellis ac religiosis ædibus, canum & equorum receptacula & stabula, aut armamentaria, frumentaria ve horrea constituunt. Hujus Ovidianæ metamorphoseos magistri & auctores dexterius sibi in memoriam revocarent, dicti istius Salvatoris; Domus mea precibus, non autem vanis destinata est usibus: Et semel Deo dicatum, ad prophanos usus minimè esse convertendum. Quinimò si unum altare, ad aliud, tegumento destitutum—, cooperiendum, non est spoliandum aut rebus suis exuendum; quantò minus fabrica sacra, in totum politicis aut privatis operibus impendenda? Utinam verò non id, quod jam nihili, & nullius ducitur ponderis, seriùs conscientiæ pondus plus justo aggravet!*

19 † *Altera cura boni magistratus erit, ne & locus religiosus prophanetur. Dicitur verò locus religiosus, qui propter sanctitatem aliquam, seu venerationem, à veteribus ejusmodi loco tributum, à nobis quasi remotus ac sepositus est. Sic Cicero in oratione contra Verrem, vocat religiosa delubra.*

20 † *Hodiè quoq; Cœmiteria, nobis sunt & esse debent religiosa, non ex Pontificum auctoritate, à quibus olim fuêre cõsecrata.*

cap. in

cap. in Ecclesia. cap. ad hæc. de religios. domib. can. 13. quæst. 2. *sed quod per se, & auctoritate tabularum sacrarum, monumenta sepulturis Christianorum destinata, nobis quasi per manus relicta sint religiosa, ideoq; veneratione digna: Vnde haud permittendum, ut à porcis evertantur, & demortuorum ossa, spurcissimo suum rostro eruantur, pecorave nostra, sanguine & carne parentum, sororum aut liberorum nostrorum, pascantur. Cineres enim hi, teste Jobo, resurrecturis viscera interna & externa restituent, ac imperscrutabili divina omnipotentia corpus integrum constituent, quovis itaq; Ethnico & barbaro iniquior censendus, qui sepulchra demortuorum, intacta aut inviolata non relinquit.* † *Nec* 21 *immeritò violatores sepulchrorum infames pronunciantur.* leg. 1. & 2. § prætor ait, juncta gloss. in verbo pecuniaria. Et in leg. is qui intulit. π. de religios. & sumpt. fun. Et in leg. 3. in pr. π. de sepulch. violat. ibiq; Dd. communiter. † *Non verò propriè violatores sepulchro-* 22 *rum hoc nomine definiuntur, qui temulentia seu temeritate ducti, gladijs vel armis monumenta perstringunt, licet & hi pœna digni sint; sed qui scienter & dolosè, alterius sepulchrum devastat, aperit, & mortuum suum invito domino in eundem infert, contra hos jam dicta pœna infamiæ locum habet.* vide Dd. ad § religiosum instit. de rerum division. † *Deinde socij communium sepulchrorum, invito altero* 23 *haud quicquam facere, minus mortuum inferre queunt.* leg. Sabinus π. communi dividundo leg. parietem. π. de servitut. urban. prædior. § religiosum instit. de rerum division. ibique Doctores. *Nisi socius semel consenserit; hoc enim casu pœnitentiæ non est locus.*

est locus. leg sicut Cod. de actionib. & obligation. *Quæ enim semel placuêre, minimè sũt revocãda.* cap. quod semel de R. J. in 6.

44† *Tertia rerum sacrarum cura, consistit in rebus sanctis tuendis & defendendis: Ideo enim ex auctoritate Martiani dicitur, sanctum, quod ab injuria hominum defendi ac*

25 *muniri debeat.* leg. sancta π. de rerum division. † *In rerum sanctarum numero primò sunt, muri civitatis Lubecensis atq; aliarum urbium Imperialium, cum sanctione quadam seu præcepto.* arg. § sanctæ. Instit. de rerum division. leg. sanctum

26 π. eod. † *Deinde portæ civitatum* d. § sanctæ. *Nec hoc accipies solum de muris & portis civitatum, sed & castellorum, castrorum, & propugnaculorum.* arg. leg. 3. § 7. π. de re militar. *Et quanquam murorum portarumq; violatoribus capitis pœna sit dictata.* d. § sanctæ institut. de rer. divin. *illa tamen de civitate Romana, & non imperiali seu municipali est constituta, ut communis Dd. Schola docet. Qua de caussa, si quis urbium imperialium, ac mero mixtoq; imperio fruentium, muros ac portas violat, arbitraria pœna plectitur.* Dd. ad

28 sæpè allegatum § sanctæ Instit. de rerum division. † *His addo omnem transfugam, tempore obsidionis vel bello, muros aut vallum transcendentem, & ad inimicorum castra pergentem, gladio feriendum: siquidem non muros saltem qui sancti sunt,* leg. sanctæ π. de rerum division. *violat, sed & proditionis sè reum facit.* leg. desertorem § in bello. π. de re militari. *Ni enim sæveriori pœna, in hoc scelus animadverteretur, civitas ab insidiis, proditionis crimine, alijsq; periculis tuta haud persisteret.*

Sectio

SECTIO XXXVII.

SUMMARIA.

1. Omnium provinciarum rectoribus, civitatum consulibus, proconsulibus, Senatoribus, ac cæteris moderatoribus, ad minimum trivialis Scholæ erectio, conservatio & cura cumprimis commendata esse debet.

1. Aller Provincien vnd Städte Obrigkeiten/ es seynd Bürgermeister/ Rathshern oder was sie für Empter sonst führen / sollen für allem / nahist Gottes Worte / auff Schulen / fleissige acht vnd auffsicht haben.

2. Commoda & incommoda ex Scholarum neglectione redundantia.

2. Was für hochschädlich/ vnd mannigfaltige vngelegenheiten auß verabseumung der Schulen-auffsicht/ herfür brechen/ worauß jnner: vnd Bürgerliche vneinigkeit vnd streit erfolget.

3. Primum ludi literarij requisitum.

3. Zu einer wolbestalten Schul/ sollen nicht flachgelarte / sondern wolgeübte vnnd ansehendliche Menner verordnet werden.

4. Secundum requisitum.

4. Den wolverordneten Schuldienern/ soll hinwider/ ein solcher vnderhalt vnd stipendia vermacht werden / daß sie nicht allein ein nonürfftiges/ sondern ein ehrlichs auffkommen haben. Aber jtziger zeit wird in gemein auff Hunde / Winde / Pferde/ auch wol Sewe mehr/ den auff der Kinder institution gelegt vnd acht gegeben.

5. Parentum oscitantia ac negligentia in liberis educandis detestanda.

5. Viel Eltern/ in dem sie mehr auff den Geschmuck des Leibes/ als des Gemüts information vnd excolirung der Kinder ingenien / freyer künste vnd sprachen anwenden/ seynd jhrer Kinder verderb/ vnd müssen mannigmahl des Eli straff oder dergleichen Exempel an jhnen erleben.

6. Tertium requisitum.

6. Wer sich zu informirung der Jugend bestellen lesset / dafern er nicht so discret / oder von Natur darzu qualificiret/ daß er mit vernunfft/ gelimpff vnd gutem bedacht die ingenia / die naturen vnd jhre art zu vnterscheiden / vnnd sich bey jhnen zu accommodiren weiß / der were besser mit gedobbeltem Gelde/ von der Jugend zu kauffen/ als zu derselben auffsicht zubestellen/ weil er wol 20. fürtreffendliche ingenia vbertolpet vnd verstumpelt/ da er kaum ein eintziges recht erziehet.

7. Ludendo enim, & non carnificinam agendo, adolescentes informare

7. Ein rechtschaffener *morum informator* kan zehenfach mehr mit vernunfft vnd

debent, cum hinc ludimagistri dicantur.

8. Quartum.

9. Quintum.

10. Sextum & ultimum requisitum.

gelimpff / als mit stöcken vnd blöcken der Jugend beybringen.

8. Zum vierdten soll die Jugend nach guter ordnung *reformiret* werden.

9. Vnd vor allen dingen durch tägliche vbung vñ gebrauch fortgebracht werdē.

10. Letzlich soll der *præceptor* den Knaben mit guten sitten vnd wandel/ an leben vnd *moribus* vorleuchten.

1 QUartum sacrum, in ludo litterario rectè aperiundo & fovendo, consistit. Sancta enim esse debet rerumpubl. moderatoribus Scholæ trivialis constitutio & inspectio: cum magistratus, tam majorum quàm minorum civitatum, rem æternâ memoriâ dignum præstet, si non tantum ludum litterarium rectè aperiat, sed & docentes ac discentes præmijs atq; pœnis, ad diligentiam invitet; eosq; non secus quàm
2 proprios liberos sibi commendatos habeat. † Perinde enim habenda est civitas, quæ Schola omninò caret, quam quæ minus rectè institutam habet; cum parvo distent, Scholæ prorsus destitui, quam minus probè erectam tolerare: parum enim absimiles sunt prædio spaciosissimo sive frugibus; horto amœnissimo sine floribus; ac pharetra jaculis vacua. Cum musarum hicce ludus, verè amœnissimus sit ille hortus sive agellus, ex cujus plantulis, rosis, violis & cariophylis, corollæ reipubl. & civium ordo contexitur, ornatur atq; componitur. Ni enim tenelli hi flosculi à primis, ijsq; teneris annis, pietatem, probitatem, scientiarum ac doctrinarum guttulas imbiberint, mores pravos optima institutione emendarint.

nequa-

nequaquam ordo civium ex odoriferis, suavibus atq; selectis floribus succresceat; sed lolio, Zizania, & urente urtica replebitur. Hæc enim unica & vera causa est, quod tot heteroclita capita, rebellionis monstra, & venenati hydræ, in rebuspubl. generantur, qui venenum dissensionis, sub prætextu publicæ salutis, passim per urbem & populi fecem dissaminant, ac seditionis scabiem, impertioribus affricant. In Schola itaq; rectè instruenda, curanda ac promovenda † Primò, viri 3
auctoritate ac doctrina graves, solideq;, non verò vulgariter docti, ludo præficiendi: † Deinde ijsdem salaria & sti- 4
pendia honesta, & ad rem familiarem sufficientia, constituenda, ne porcariorum conditio, lautior sit eorum, qui ingenuorum educationi & morum informationi præficiuntur, ut non rarò exempla, deploranda tamen, testantur, & stupor mentium nostrarum summè deplorandus veniat. † Quotus 5
enim quisq; parentum, magistratuum ac principum reperitur, qui in civitatibus aut prædijs construendis, liberis splendidè vestiendis, ædibus haud necessaria supellectile ornandis, plurimum pecuniæ, & nonnunquam ad luxum ingentes summas profundunt: ad veram autem civitatem, quæ non in corporibus inanimatis, ut ædibus, portis, templis, sed animatis, civium probè educatorum numero, & liberis eorundem dextrè informatis ac eruditis, consistit: vix centesimam partem impendunt? similima sanè vesania isti parentum laborant, qui liberorum splendorem internum plane negligunt, externum verò exquisitissimè expoliunt. Quot enim

delicatulorum suorum, der Mutterſönichen capita sive pileos corollis, unionibus sive gemmis, lapillis pretioſoribus redimitis & contextis ornant, sive potius onerant: internum verò capitis splẽdorem prorsus negligunt, haud præficiendo illis morum magistro, qui ingenium formet, judicium acuat, animum instruat, memoriam excolat, mores pravos corrigat, indolem deniq; teneram bonis artibus ac linguis imbuat? Ast si parentes adeò sunt stolidi, cæci, bardi ac stupidi, ut, si Pamphylus noster, superbiendo incedat, vestes ex villuto, rectius luto, vel damasceno serico perbellè consutas, & non tàm decorè quàm etiam superbè fimbricatas, auriq; & argenti funiculis circumductas atq; depictas gestet, principem eum agere, & dignum reputent, cui primus honos inter æquales deferatur: haud animadvertentes aut olfacientes fœtorem interioris thoracis, pectoris sive capitis spurcissimum, sub corolla nimirum gemmea latere stupidissimum ingenium, nullis artibus imbutum: animum quovis arcadico heroe, crassiorem & inciviliorem, vestium saltem amictu tectum atq; politum, nullam verò in partem mutatum, cultioremvè redditum, sed potius depravatum atq; corruptum: vocem ubi audieris, asini potius quàm juvenis, doctrina instructi dices: nec mirum, cum libelli sive codicis loco, chartarum folia versarit: ludum litterarium fastidiendo, aleæ lusum sibi elegerit: nympharum domos ac musea prætergrediendo, popinas ac lupanaria perrepserit, perpotarit, ac se Bacchi candidatum profiteri non erubuerit. Hi sunt fructus institutionis neglectæ

glectæ ac parentum socordiæ. Nec verò etiam rarò inveniuntur in eis, qui ex generis splendore, & avitorum præclarè gestis, nobilitatem jactant, quibus equi, canesq; venatici, ipsis liberis longè sint commendatiores, propiores, atq; gratiores. In illis enim educandis, informandis & erudiendis, omnem & exquisitißmam operam ponunt, catullientes matres sæpe gravidis uxoribus, magis observant, catulos, ex ijs producendos obstetricis loco excipiunt, productos efformant, venatorio clamore exercent, propriaq; voce, doctrina, gressu præcunt, ad leporum perdicumq; vestigia indaganda in campum deducunt, nec ullo tempori, temporisve injuriæ, sumptui aut vigilijs parcunt. In liberis verò ceu præstantißimis conjugij pignoribus, nominis ac familiæ heredibus legitimis; dextrè erudiendis, ne minimam curam suscipiunt, sed eos utplurimum rudes, indoctos, incomptos, & agrestes succrescere permittunt, ut præ supina insciti vix orationis dominicæ exordium, nedum capita Christianæ religionis norint. Pudeat sanè hosce caninos, & porcinos parentes, fœdißimæ istius liberorum suorum corruptionis, de qua demum Jehovæ omninò gravem reddere rationem tenebuntur.

† Tertiò, præceptor discipulorum ingenia probè explorata habeat, nec erga liberalia ingenia eodem regimine, quo refractarios cohibet, utatur: Et præceptorem non carnificem se agere meminerit: nimia enim sævitia plurium animos à litteris alienavit. leg. 5. § fin. & leg. 6. π. ad leg. Aquil. Et perpendat, se esse ludi & codicis, non verò podicis magistrum. 6

7 † *Ludendo enim præcepta tradere & artem inculcare debet. Juris enim consultus noster Paulus* in d.l. 6. *præceptoris nimiam sævitiam, culpæ annumerat, maxima enim culpa est artem profiteri, quam ipsemet parum quis norit.*

8 † *Quartò, ut ordinis rationem in docendo probè calleat; in discendo enim ordinis maxima vis est*, Eberhard. in top. loco primo.

9 † *Quintò, ut creberrima exercitatione præceptorum inculcet; magistri enim non saltem est docere & monere, sed etiam usum monstrare.* l. 57. π. de V. S. *Quamplurimi enim officio se probè functos censent, modò discipulis præcepta artis Grammaticæ inculcent, ut ea ad unguem recitare queant, tametsi unius alteriusve regulæ usum, nunquam perceperint; sed hi non docent, verùm corrumpunt; non informant sed deformant: usus enim me peperit; & Poeta inquit:* Solus & artifices qui facit, vsvs erit. *At quid de discipulorum neglectu conquerimur, cum in ipsis ludimagistris reperiantur, qui aliquot lustris Grammaticen docuerunt, nec unius alterius vè regulæ usum verum, ipsimet animadverterint, aut sibi inculcarint: sat probè officiosè functos arbitrantes ubi psittacorum saltem more verborum exacta recitatione animos puerorum onerent.*

10 † *Sextò, ut non tam voce quàm exemplo doceat:*

non sic inflectere sensus
Humanos, edicta valeant quem exempla regentum.

Quibus verò in partibus discipuli munia consistant fidum præcepto-

præceptorem fugere haud potest. Hic enim si primò docilem; deinde obedientem & morigerum; & deniq; diligentem atq; assiduum se præbuerit, non est ut de tali ingenio queratur. Verum de juventute dextrè erudienda, videatur Plutarchus de Educatione liberorum. Magnus Erasmus. Communis Germaniæ præceptor Philippus, Ludovicus vives. Martinus Corderius, Joannes Caselius in ludo litterario rectè aperiendo, Nathan Chytræus, & alij materiam hanc exactissimè pertractantes.

SECTIO XXXVIII.

SUMMARIA.

1. Templa nostratia jure asyli gaudent.

1. Vnsere Kirchen/ seynd nicht weniger privilegiiret/ als der Heyden Abgöttische Altare vnd Steinhauffen befreyet gewesen.

2. Et majori Ethnicorum templis veneratione digna.

2. Vnsere Gotteshäuser seynd hoher vnd heiliger als die Heydnischen Kirchen zu achten/ Sintemahl vnzweiffentlich/ der Almechtiger/ Lebendiger vnd Heiliger Gott/ einig im wesen/ vnd dreyfaltig in Personen/ nach seiner Göttlichen verheissung/ Wor zween oder drey in meinem Nahmen versambiet/ mit dem Chor seiner heiligen Engel/ in vnsern Kirchen gegenwertig/ vnnd sie als ein wahrer Gotteshauß sey.

3. In sacrarum peractione, vi armata aliquem in templo lædens, gladio feriendus.

3. Wer vnter dem Gottesdienst jemande mit geblossetem Gewehr/ in der Kirchen vberfelt/ vnd beschädiget/ soll ohn alle gnade mit dem Schwerde gerichtet werden.

4. In templo leviorem alicui injuriam dicenti, dupli mulcta imponatur.

4. Wer in der Kirchen jemand mit worten belediget oder Ehrenrührig angreifft/ der soll doppelt gestraffet werden.

5. Abusus templorum hominibus machanicas artes exercentibus, frequentissimus.

5. Es werden vnsere Kirchen/ hiedurch nicht wenig entheiliget / daß gemeinlich an heiligen Festtagen/ die Handtwercks zunffte nicht allein darein zusamen kommen / besondern ein solches gebler/ gezenck / schelten vnd schmehen darein führen / daß offtmals keine Menschliche/ sondern Viehische stimm/ mit grossem gepolter darein gehöret/ vnd Christliche hertzen zur entsetzung darüber geergert werden.

6. Boatu ejusmodi templa replens, & alteri injuriam dicens, non absre pæna duplici coercendus.

6. Wie offt jemand einen andern/ in Kirchen so gröblich anfehret / hönet vnnd schmehet/ soll bey dessen vberweisung in doppelte straff vertheilet werden.

7. Libellum famosum, valuis templorum affigens, capite mulctandus.

7. Wer schmech / vnd schandkärten / die andere zu nachtheil gereichen könten/ an Kirchthüren klebt oder anschlegt/ ist am Leben zustraffen.

8. Quibus templorum seu asyli jus concedendum, vel minus?

8. Vorsetzliche Todtschläger / Jungfrawenschender / offentliche Diebe / Zeuberer vnd derengleiche Mißthäter / ob sie gleich zur Kirchen vnd Altaren fliehen/ können von der Obrigkeit durch die Diener herauß geführet vnd zu gefenglicher hafft gebracht werden. Aber welche in vnvermeidlichen fällen/ eine erleubete nothwehr thun/ oder ohn ewigen vorsatz in vngelegenheit gerathen/ vnnd darüber zur Kirchen vnd Altar zuflucht nehmen/ die können von der Obrigkeit/ dafern sie Bürgschafft zubestellen erbötig/ nicht herauß/ oder zu gefenglicher Hafft geführet werden.

9. Ædes sacras conspurcantes, non rarò divinitus punitos.

9. Welche Kirchen vervnreinigen/ seynd vielmahls von Gott darüber gestrafft.

10. Turrium celsitudo, ad quid conducat.

10. Worzu hohe Turmspitzen dienlich seyn.

JUra urbis Lubecensis incorporalia, politiam hujus regiminis civilem exprimentia, in Antithesi nostra 20. & seqq. indigitavimus. Nihil itaq; hîc modò, de jure superioritatis, dominatus, regaliorum, imperij, belli, pacis publicæ, banni seu præscriptionis, fœderis, territorij, portus, cudendi monetam, census,

census, ærarij fisci, cancellariæ, venandi fluminum, dicam; sed paucula de corporalibus nonnullis publicis subjiciam. Et primò quidem de templis nostratibus, maximè Lubecensibus, quæ adeò magnifica splendida atq; conspicua sunt, ut parùm aut nihil Italicis cedant, nec ullo verborum encomio indigeant uti non cominus saltem, sed & eminus illa intuenti adspectus idipsum probat. † Nostratibus verò templis, competere jus asyli non minus ac Romanorum publicis ædificijs Deorum cultui destinatis, nemini nisi nostrarum Ecclesiarum hosti, dubio esse potest: imò † nostratia templa, longè majori veneratione, privilegio & securitate dignanda illis, quæ latijs fuere sacra quis inficiabitur? cum nostratia indubiè, vero Deo triuno & sancto sint dicata, & ab eodem incolantur; Ethnica vero, Idolis falsis dijsq; fictitijs constructa: tum quod loca illa, æquè, imò magis sint religiosa, religioseq; suspicienda. † Hinc primò, in templo ritus tempore, vi armata quem invadendo lædens, seu vulnerans, capite plectendus. Cum enim statua sive imago inanimis & sculpta hominis, puta Imperatoris, privilegium habeat asyli, tot. tit. Cod. de statuis & imaginib. ut violatores ad statuas confugientiam, gravissimè puniantur. Wesenb. ad tit. Cod. de statuis & imagin. Quidni ferociens, impium & diabolicum ejusmodi ingenium, quod sacrosanctæ triados præsentiam non veneratur ac metuit (ubi enim duo vel tres in ejus nomine sunt congregati, in illorum medio sacra adest trinitas) gravius coercendum illo, quod hominis

1

2

3

4 auctoritatem atq; præsentiam despexit. † Deinde in templis nostris injuriam levem alteri dicens vel faciens, duplici pœna coercendus. tot. tit. cod. ne quid in loco sacr. Si enim is, qui in principum palatijs adversarium provocat vel lædit, injuriave afficit, capitis, vel manus, aut relegationis pœna afficitur: quidni, qui in loco sacro, quem, ab injurijs hominum factis illicitis tutum & vacuum esse convenit, ejusmodi quid
5 admittit. † Nec abs re hujus pœnæ exasperatio & executio judicibus nostris eò severius injungenda & committenda —, quo vitia hæc modo sunt frequentiora. Quid enim hodiè mechanicarum artium magistris ac famulis frequentius, quàm diebus dominicis ac festis ingenti numero, & sæpè majori, quàm ad cultum divinum ascedunt, confluere, mechanica sua jurgia non placidè sed tumultuariè, thrasonica voce tractare, eumq; in modum boare, ut jurares illic non hominum,
6 sed armentorum gregem congregatum. † Si itaq; horum — quispiam de injuria alteri illata convictus fuerit, is jure dupli pœna ad saniorem & civiliorem mentem revocabitur.
7 † Libellum famosum in contumeliam & injuriam alterius valuis sacræ ædis affigens, capite plectendus. leg un. cod. de famos. libel. quod tamen hanc salis micam admittit, si charta — illa famosa crimen vel scelus objectum tale contineat, quod capitis pœnam mereatur. vide hic post alios Dn. Wesenb. in paratit. ff. de injurijs & famos. libell. n. 19 & ad tot. tit. eundem Doctores.
8 † Manifesti criminis reus, sive is sit adulter sive homicida, prædo sive raptor, fur aut alius, ad Ecclesiam securitatis nomine —

mine confugiens, jussu magistratus per lictores jure, ad exemplum Adoniæ aram amplectentis, eximitur, 1. Reg. 1. vers. 10. Licet enim templa nostra, jura asylorum habeant, non tamen delictis ex proæresi commissis, seu dolosis facinoribus patrocinantur; sed ijs duntaxat salvum præstant conductum, qui casu, necessitate, vel accidente fortuito delictis obruuntur: de quibus sacræ paginæ ajunt, permissu Jehovæ in manus alterius incidisse, **der HErr hat ihn in seine Handt fallen lassen.** *Hi enim nullo jure ex æde sacra extrahuntur, sed cautioni oblatæ rectè committuntur, nec jus asyli ijsdem est denegandum, cum cautionem præstare paratus carceri neutiquam sit mancipandus.* leg. 3. π. de custod. & exhib. reorum. † *De elegantia, munditie ac veneratione nostrorum templorum plus justo neglecta cura, non immeritò hîc conquerendum foret, cum sæpius spurci homines, inquinamenta ad valuas & latera templi deferant, easq; fœdè permingant, non rarò in ipsis templis, amores lascivos tractent, & ex oratorijs lupanaria constituant, quos tamen socios incastos, castissima mens divina, sæpius graviter punit, ijsdem castæ puellæ loco, scortum lascivum adjungendo, & lasciviæ delictum lasciviissima capella compensando.* † *Turres nostras licet nonnulli otiosam, operosam & stultam civitatum molem & machinam arbitrantur, quæ præter fastigiatæ eminentiæ superbiam nihil præstet: de illis tamen cumprimis in hisce maritimis civitatibus longius aberrant. Sunt enim nautarum & mare sulcantium duces & indices eximij, qui*

tempestate horribili exorta, ijsdem portus monstrant, & in extremo vitæ discrimine constitutis animum restituunt, ac ceu viam aperiunt. Obsidione etiam pressis, multoties speculæ usum exhibent, magnoq; usui existunt, ut taceam ornatum & elegantiam, quam civitatibus præbent; vel etiam quod hostem terreant. Undè Thebani absq; turribus & muris civitates inhabitare minimè ausi fuere. teste Homer. Odyss. lib. 2. Et legimus nonnullis civitatibus pœnæ loco injunctum ne turres construant fastigiatas.

SECTIO XXXIX.

ARTICVLVS PRIMVS, TITVLI TERTII, LIBRI SECVNDI.

SO sich jemandt vnterwinden würde/ gemeiner Stadt Freyheit anliegenden Gründen vnnd stehenden Erben / in oder ausserhalb der Stadt / das soll / wann es kundt wird / durch die Kammer oder Stallherrn respectivè **/ bey den verordneten Herrn der**

QUicunque urbanorũ vel rusticorum prædiorum reipubl. quidquam, in vel extra urbem positum occupare fuerit ausus: simulac id innotuerit, per Cameræ ac stabuli magistros, is apud urbis Prætorem accusator, caussaq; cognitâ, res occupata reipublicæ vindicator, &

Gerichte geklagt / darüber erkandt / vnd in gemeiner Stadt Freyheit widerumb gebracht / vnnd der es gethan / wilkührlich gestrafft werden.

tor, & malæ fidei detentor, ad judicis arbitrium mulctator.

SUMMARIA.

1. Res Lubecensium publicæ & sacræ, à nemine rectè possidentur.

1. Kein Lübischer Einwohner oder Frembder / kan einig ding / so zum gemeinen Geist: oder Weltlichem Gute gehörig / sich mit fugen anmassen / oder für seines beschirmen.

2. Pœnæ æstimatio quomodo moderanda.

2. Wie in diesem fall die Straff zu *moderiren*.

REs enim fisci seu reipublicæ, uti & res sacræ, sanctæ, religiosæ, & divinæ, ad rempubl. Lubecanam aut alias spectantes, à nemine jure occupantur, possidentur, tenentur aut præscribuntur, nec ullius temporis intervallum injustam hanc detentionem firmat. leg. usucapionem 9. l. præscriptio 45. ff. de usucap. & usurpation. § res fisci Instit. eod. Panormitan. in cap. statuimus. 2. n. 7. de transaction. Schurff. consil. 83. n. 11. centur. 3. 1

† Wilkührlich gestrafft werden. § *Justitiæ æquilibrio admoto, num dolo, vi, vel fraude, res Civitatis suas facere conatus sit.* ? *An verò quali quali titulo, easdem dominio suo adjicere tentarit. Illo casu jura Romana mulctam quinquaginta librarum auri (quæ ad computationem nostram* 2

stram faciunt 3600. aureos Rhenenses) malæfidei possessori indixerunt, vide omninò leg. Qui sine auctoritate 9. Cod. de operibus publicis. *Hoc minus, ob doli expressi defectum.*

SECTIO XL.

ARTICVLVS SECVNDVS.

EIn jtzlicher Bürger zu Lübeck/soll alles seyn/ seines Weibes vnd Kinder Gut/auch was er als ein Vormunder vnter seiner Gewalt hat. Desgleichen seine Lehengüter/er habe sie von Fürsten oder Herrn/ vnd wann er gleich davon Roßdienste leisten müste/ inn vnnd ausserhalb der Stadt/zuverschossen schüldig seyn.

SInguli civium Lubecensium, de suis conjugis, liberorum, & pupillorum suorum, nec non & de feudalibus suis bonis, etiam à principibus vel alijs acquisitis, & servitijs feudalibus obnoxijs, in vel extra urbem sitis, censum pendito.

SUMMARIA.

1. Res feudales an & quatenus juri collectandi subsint.

1. Lehengüter ob vnnd welcher gestaldt/ mit *collecten* vnd beschwerungen können belegt werden.

2. An&

2. An & quatenus Civium bona extra territorium sita sint collectanda.

2. Ob vnd auff was art die Güter/so ausserhalb des Raths bottmessigkeit/gebiet vnd gerichte belegen seyn / können mit *collecten* beschwehret werden.

3. Num cæteræ Civitates, jure Lubecensi utentes, jure hoc collectandi gaudeant.

3. Ob alle Städte/so viel sich derer Lübischen Rechts gebrauchen/sich dieser art schatzung zu fordern / können gebrauchen.

4. Affirmativa hic tenet.

4. Das vorgedachte Städte / zum fall/ nicht ander Stadtrecht oder Verträge verhanden/dessen bemechtiget ist.

5. Jure Lubecensi collectæ personis non rebus imponuntur.

5. Nach verordnung Lübischen Rechten/ werden die Güter wegen der Personen beschweret.

6. Pupillorum bona etiam juri collectandi subjacent.

6 Auch Kindergüter müssen verschosset werden.

7. Vocabulum census quomodo accipiendum.

7. Das Wort Schosse / wie es zuverstehen.

In jtzlicher Bürger. § † *Vocabulum civium, hic etiam incolas jurisdictionem Senatus agnoscentes complectitur; non verò etiam imperio exemptos, quales sunt universitatum membra, aliaq; collegia privilegiata, ni forsan pactis aliud sit receptum.* 1

† Lehengüter. § *Res feudales, ab onere collectandi esse immunes, nec à magistratu invito vasallo gravari posse, auctor est Andreas de Inservia* in cap. un. verb. & plaustrorũ in usib. fundor. Natta consil. 460. n. 60. *Ast horum interpretum auctoritate nihil refragante, textus noster bona feudalia, in vel extra territorium sita, collectis jure gravat; nulla exceptione admittente, concedentem esse principem, vel alium illustrem aut* 2

strem aut nobilem dominum, hîc in verbis, deßgleichen
2 seyne Lehengüter/er habe sie von Fürsten oder Herrn/vnd wann er gleich davon Roßdienst thun muste. † *Et quanquã sententia hæc inveniatur dubia, atq; acerrimè ab interpretibus exagitata, num Civium res immobiles, extra territorium sitæ, juri & oneri collectandi subsint, uti dominus collega Cothmannus utrorumq; fundamenta, magno studio congeßit; hoc tamen jure, eorum sententia prævalet, qui collectam ratione personæ etiam de rebus extra territorium sitis impositam statuunt, cum verba hîc sint manifestißima.*
3 † *Haud inconvenienter hîc incidit quæstio: Num cæteræ Civitates, jure Lubecensi utentes, æquè ut hæc, cives suos rerum extra territorium & jurisdictionem sitarum intuitu collectæ exsolutioni adigere queant.* † *Quod affirmandum censeo. Jure enim hoc generaliter concesso & recepto, omnes articuli recepti & concessi merito dicuntur, adeò ut cives & incolæ ad singulorum & omnium articulorum observantiam sint adstricti, qui consuetudine vel propriæ Civitatis jure, non reperiuntur exempti, per ea quæ superius sectione IX. n. 25. & seqq. tradidimus & auctoritatibus adjectis firmavimus. Si itaq; bona extra territoriũ & jurisdictionem sita, lege vel statuto civitatis peculiariter non sunt exempta, collectarum oneri non minus ac cætera sunt obnoxia. & hoc ex placito, quod nemini displicere debet aut potest.* leg. quod semel. π. de R. J. *Lubecanum autem jus ejusq; articuli non solus Senatus, nec sola civium communitas, sed*

solum

totum corpus recepit ac ſuum fecit: non itaq; expungendi & negandi articuli, qui in favorem fiſci & publici commodi ſunt conſtituti, & qui privatis lucri arrident ſaltem retinendi; cum publici boni favor, quàm privati major ſit & eſſe debeat. leg. de jure fiſci. *Et rationes hoc noſtro articulo indidigitatæ idipſum firment.*

† *Vocabulum enim* **Bürger** / *dilucidè probat, collectas perſonis, non rebus injungi, quod & definitio collectarum docet, eſſe onus perſonis, ratione rerum, indictum. Deinde verba* **alles ſeyn / ſeines Weibes / Kinder / Lehengüter** / *evincunt non collectandi propria, ſed & uxoris, liberorum, pupillorum & feudalia bona unius ejusdemq; cenſeri naturæ & qualitatis, & perinde haberi, ac ſi ejusdem eſſent dominij ac patrimonij. Cum itaq; ratione rerum collectæ imponantur perſonis, fruſtrà exemptionem hoc jure non conceſſam, bona extra territorium radiantia ſibi poſtulant.* † *Tertiò, verba,* **auch was er als ein Vormunder vnder ſeiner Gewaldt hat** / *hoc collectandi beneficium in favorem reipubl. extendunt: omne nempe quod ratione tutelæ, poteſtatis, curatelæ, ac adminiſtrationis, de civium bonis tenet, poſſidet, adminiſtrat, collectis eſſe ſubjiciendum. Si itaq; alienorum bonorum poſſeßio & adminiſtratio, collectandum adſtringit, quidni de bonis proprijs nomine & verè poſſeſſis ac dominio adjectis hoc præſtet; cum acceſſorium eo cui accedit, nequaquam melius & exemptius ſit. Hanc ſententiam probant præclariſſimi juris interpretes à Dn. collega Cothmanno,*

5

6

Responso XI. n. 9. congesti: quamvis præfatus auctor, in contrarium, non ratione juris Lubecensis, sed contentionis inter interpp. exortæ, plures pro contrario recitarit. Utut enim illorum auctoritas numero sit inferior, hoc tamen juris Lubecensis casu cæteros vincit; cum expressum textum adstipulantem habeat. Quocirca non est, ut ad diversas interpretum opiniones deflectas, collectam esse vel merè personale, vel reale, vel mixtum, onus: in dubio enim non injuria hinc argumenta & fundamenta petuntur: Nostro verò casu, in quo dilucidè, expressè, & perspicuis verbis pugna hæc dirempta est, cessat jus Imperatorum, tacet bulla & decretum pontificum, quiescit contentio interpretum, hocq; solùm allegatur, consideratur ac perpenditur, quid in jure Lubecensi expressum & constitutum, quid Imperatorum approbatione roboratum & confirmatum, quid principum vicinorum patientia & tolerantia receptum & concessum; cum omnium horum objectionibus è disputantium pharetra depromptis & objectis, unum hoc satisfaciat, respondeat & concludat, loquente lege taceant ratiocinationes, & in apertis hæsitare vel cæcutire esse insanire.

7 †Zuverschossen. ¶ *Licet nostratibus Schoß, sit certa definitaq; pecuniæ summa, in singulos annos ratione bonorum solvenda, & ex arbitrio Senatus augmentum vel decrementum recipiens, prout possessor, aut ditescit aut diminutionem bonorum patitur: ut de centum marcis census loco duo solidi & 1½ nummi solvantur. Tamen hoc loco vocabu-*

lum Schoß

lum Schoß/ generis non speciei vocula est, omnem censum, collectam & impositionem indigitans, ut articulus sequens 2. ulteriùs explicat. Itaq; sive ordinarium, sive extraordinarium tributum sit solvendum, lex hæc præscripto modo cives obligat.

SECTIO XLI.

ARTICULUS TERTIUS.

Gebt mann einem schuldt / daß er gar nicht / oder nicht recht sein Gut verschosset habe / ist er ein vnberüchtiger Mann / so mag er sich des mit seinem Eyde entlegen / Bekennet er aber / daß er nicht recht bey dem Schoß gethan / dafür soll er in des Rathes straffe gefallen seyn / vnnd darzu duppelt Schoß geben.

CEnsus defraudati, penitusve non, aut minùs dextre persoluti insimulatas, si vitæ ac famæ fuerit integræ, juramento semet suspicione eximito. Fraudem verò in minus candidè soluto censu ipsemet aperiens, & Senatui mulctam pendito, & duplum insuper census exsolvito.

SUMMARIA.

1. Defraudatio census furtum est.

2. Differentia furti & peculatus.

3. De personis peculatum committentibus.

4. In nonnullis imperij civitatibus, soli magistratui, cura ærarij committitur.

5. In alijs, & Senatui, & lectissimo civium ordini, curatio hæc demandatur.

6. Sunt & publicæ pecuniæ, quæ dicuntur religiosæ, sacræ.

7. Qui solvant pecunias sacras.

8. De rebus sacris superiùs actum est.

9. De administratione rerum Ecclesiasticarum pia & proba.

10. Primò, administrator, conficiat codicem omnium rerum, proventuum, & acceptorum.

11. De codicis hujus dextra confectione.

1. Dem Regiment/ seine gebühr entziehen ist ein Diebstall.

2. Ein vnterscheidt ist/ zwischen gemeinen/ vnd privat Dieben.

3. Was für Personen/ das Regiment bestellen.

4. In etzlichen des heiligen Reichsstätten/ ist die verwaltung der Stadtgelder vnd Güter/ allein beym Rathe.

5. In vielen Städten/ hat Obrigkeit vnd Bürgerschafft die auffsicht gemeiner Gelder.

6. Kirchen/ Hospital/ Armer Heuser vnd Leute Gelder/ gehören auch zum gemeinen Gute.

7. Vorerwehnete Gelder/ stehen etwa in Heusern/ Eckern/ Buden / oder auch wol bey hohen vnd niederstands Personen/ auff Zinse / vnd können diese Schuldener/ Gott kein eusserlich besser Opffer vortragen/ als daß sie zu rechter zeit / den Kirchen oder deren Oeconomis jhre gebühr entrichten.

8. Von Geistlichen Gütern/ ist oben erwehnet.

9. Mit was trewen/ fleisse vnd sorgfeltigkeit/ Geistliche Güter vorzustehen / wofern zeit ; vnd ewiger Fluch / auch straff vnd schands wil vermitten bleiben.

10. Ein auffrichtiger Vorsteher / soll zu forderst eine general matricul oder Kirchenbuch haben/ darein ordentlich alle stehende vnd andere gefelle durch sonderliche Titul vnnd rubricas seyn verzeichnet.

11. Solche general matricul / soll nicht in geheimb von den Vorstehern / sondern mit vormissen der Obrigkeit/ oder andern darzu verordneten Personen gefertiget/ vnd Järlich ergenzet werden / wofern es Glauben haben / vnd der Administrator sich alles verdachts vberheben soll.

12. Dein-

12. Deinde non saltem diarium, sed proprium acceptorum & expensorum codicem habebit.

12. Hiebeneben soll er sein eigen Handregister oder Tagebuch nicht allein/sondern auch sein Heuptbuch halten/vnd in dasselbe alle einnahme vnd außgabe/richtig vnd Pössels weise/mit Jahr/Monat vnd Tage/ auch andern vmbstenden verzeichnen/ wofern er wil ausser gefahr vnd verdacht seyn.

13. De forma hujus libelli.

13. Solch Buch soll nicht *confus* vnd ohne Ordnung/ sondern nach gelegenheit der einkunfft vnd außgaben/seyn absonderliche Titul/ Rechnung vnd verzeichnuß haben/dann wo die Rechnung confus/intricat vnd gestümmelt wird befunden/ ist gewiß/wie die Rechtslehrer sagen/Seine Diebes hand alda nicht verborgen.

14. De pœna peculatus.

14. Wer Stadt oder Kirchen Geldtan sich behelt/ nimbt oder ziehet/ soll nach dem Käyserrecht/an Leib vnd Leben gestrafft werden/weil es öffendlich Regiment vnd Kirchendiebe seyn.

15. Duplum restituet.

15. Soll vber das noch das geraubte vnd gestohlene Gut/doppelt widergeben.

16. De pœna eorum qui solutione fiscum defraudant.

16. Straff deren/so dem gemeinen nutz das seine entziehen vnd vnderschlahen.

DEfraudati census technæ, incidunt in peculatus crimen, 1
cum sit furtum pecuniæ publicæ. arg. leg. 4. ſ ult. leg. sacrilegij 9. ſ 1. ad leg. Iul. peculat. *quod enim est furtum in re privata, hoc est peculatus crimen, in republica; cum invito fisco furandi & defraudandi animo subtrahitur, retinetur vel supprimitur.* † *Ex quo enim census, tributum, vel collecta* 2
debetur, von der stundt da der Schoß oder Schatzung fellig ist/ *est & dicitur publica pecunia, reip. persolvenda.*
Hoc in crimine primò personas, deinde res, & tertiò Actiones, seu modum solvendi vel defraudandi breviter contemplabimur. † *Personæ peculatum committentes, sunt vel ex* 3
eorum numero, qui publicas pecunias recipiunt; & Roma-

nis dicebantur quæstores, tot. tit. de offic. quæstor. cum publicæ pecuniæ acquirendæ caussa fuerint lecti : aut easdem solvunt. Illi vel sacris vel profanis nummis & ærarijs præficiuntur. Prout verò Germaniæ civitates non unius, sed aliæ liberioris, & eminentioris ; aliæ inferioris & restrictioris
4 sunt regiminis & conditionis. † Sic in nonnullis Civitatibus magistratus solus curam ærarij gerit ; eamq; vel consulibus, vel camerarijs, vel alijs de collegio demandat, uti Lubecensium, Hamburgensium, Luneburgensium, nonnullarumq; aliarum Civitatum exempla testantur, ni forsan minus fideliter hac de instructi sumus.

5 † In alijs verò nonnullis præcipua quidem cura ærarij est penes Senatum, mixta tamen ita, ut civium consensu quæstura expediatur, nec ærarium seu respublica ære alieno, nisi conspirante lectissimo civium ordine, oneretur aut gravetur. Unde etiam ex cætu civium hereditariorum, certi quidam ærarijs præficiuntur, qui una cum scriba, Senatui acceptorum & expensorum rationes conficiunt, & bona fide omnia cosignant : qualem ærarij modum patria Rostochium, & huic vicinæ urbes, Stralsundium & Wismaria, à non adeò multis annis instituerunt, & adhuc servant. His ac censeo particularium censuum receptores. Als welche zu einhebung der Accisen/ Strandt vnd Wage/ Zölle vnd dergleichen Gelder seynd geordnet. Nam & hi publicis pecunijs exigendis rectè præfecti dicuntur.

Nunc & de illis, sacrarum nempe pecuniarum collectori-

hus &

bus & administratoribus paucis agemus. † Reperiuntur enim & in nostris rebuspubl. pecuniæ vel res sacræ, à quæstoribus sacrarum pecuniarum exigendæ & curandæ. Et hi curatores pro diversitate status, cujusq; regiminis; vel ex ordine Senatorio soli, vel unà cum civibus constituuntur, & ærario sacro præficiuntur. Sunt itaq; in his æditui, id est, ædis sacræ curatores, tuitores atq; defensores, vulgò Kirchenvorsteher dicti. Deinde Oeconomi, qui ex auctoritate vel superioris, vel magistratus, vel communitatis pecunias ministris verbi divini, alijsq; personis Ecclesiæ inservientibus debitas, exigunt & dispensant. arg. leg. jubemus C. de SS. Eccleſijs. Tertiò, Orphanotrophorum, Xenodochiorum, ptochotrophorum & ascetoriorum curatores, welche bey den Armen/ Weisen/Hospitalien vnd dergleichen Gütern seyn/ nam & hi pecunias publicas curant, & periculum ejusmodi curatoribus publicis sustinendum subeunt. 6

† Qui autem hæcce debita persolvunt, sunt rusticorum vel urbanorum prædiorum possessores: vel ex conventione, debitores, tam illustres & nobiles, quàm ignobiles & infimæ sortis gentes, quæ Deo gratiorem victimam offerre nequeunt, quàm quæ ob Dei hospitium, ipsi Deo debitum solvant. Et hæc de personis. 7

† De rebus hoc in loco nihil subjiciemus: cum pecuniæ hæ vel sacræ sint, vel religiosæ, vel publicæ, de quib. prolixè titul. ad leg. Jul pecul. & ſ itẽ lex Julii peculatus, inſtitut. de publ. jud. & interp. illarum materiarum agunt, & ex Schemate nostro superius inserto cognoscere licet si libet. 8

Ad

9 † *Ad actionem pecuniæ publicæ, si maledictionis fulmen effugere, & periculo abesse administratores desiderant, pertinet, ut dextrè exigantur, probè expendantur, & in rationes exactè redigantur: ne doli aut negligentiæ pœnam, hoc articulo tertiò expressam, subire cogantur.*

10 † *Primò itaq; curatores, tam rerum prophanarum, quàm sacrarum, omniumq; redituum, proventuum, tributorum & exactionum, maximè ordinariarum, tabulas dextrè conscriptas, inventarij loco habere debent; cum hoc ipsum, sit caput, basis & fundamentum, totius administrationis, & rector officij commissi.* leg. orphanotrophos. Cod. de Episcop. & cleric. leg. si quis intra. Cod. de bon. præscriptor. cap. de Syracusanæ & ibi gloss. 12. quæst. 2. † *Quinimò solenne inventarium coram judice, vel ad minimum notario publico conficere debent, uti in terminis de Ecclesiarū administratoribus hoc interpp. requirūt.* vid. quæ eleg. Monoz. de Escobar. in tract. de ratiocinijs cap. 9. n. 24. tradit.

12 † *Deinde & peculiarem codicem seu librum accepta & expensa, cum ducet consule, id est, Anno, mense & die continentem habeant. Ejusmodi enim liber seu codex, est de substantia administrationis.* leg. 1. § officio π. de tutel. & rationib. distrah. ibi, *officio tutoris incumbit rationes actusq; suos conficere, alioquin in dolo malo esse præsumuntur, & in id tenentur. quod reipublicæ interest, adversusq; talem in litem juratur.* leg. tutor. qui repertorium 7. π. de administr. & pericul. tit. leg. 3. § penult. in fin. de suspect. tutorib. leg. tutores Cod. eod.

13 † *Codicis rationem auctor sigillatim omnia accepta & expen-*

expensa in certas classes redigere, speciatim & seorsim omnia notare & describere debet. Bald. consil. 150. decision. Genuens. 164. n. 22. & decis. 139. Mascard. de probat. vol. 2. conclus. 976. n. 6. *perplexa enim rationum intricatio, fraudem & dolum indicat.* Monoz. de Escobar. de ratiocin. cap. 10. n. 45. & seqq. *ubi vide quid ad formam codicis ritè conscripti requiratur; ne videlicet sit rasus, cancellatus, ordo ejus perversus, parumq; sibi constans.*

Hisce paucula de pœnis administratorum, peculatus criminis convictorum subjungam.

† *Dicitur in textu nostro,* Soll in des Raths straffe gefallen seyn/ *pro qualitate nempe delicti. Ex legibus itaq; dispiciendum, qua pœna sint afficiendi. Et primò quidem, si quis magistratuum, ædituorum, administratorum, pecunijs publicis præfectorum, easdem subtraxerit, seq; peculatus crimine polluerit, ex Justiniani sanctione, capitali animadversioni subjicitur.* § item lex Julia peculatus. Instit. de publicis judicijs. leg. un. cod. de crimin. pecuiat. *Improbius enim hoc furtum est eo, quod à simplici fure committitur; siquidem reipublicæ peculium, privato magis privilegiatum, contrectat, simulq; fidem & juramentum, de sincera administratione exactum & præstitum, violat, & tale flagitium, quod in alijs detestatur ac punit, & probrum esse probè novit, admittit. Ex ore itaq; Salvatoris, ut famulus, justitiæ ac legum vim exactè callens, eam verò violans, iteratis ictibus percutiendus erit.* 14 leg. tres tutores ubi Bartol. n. 2. de adminis. tut. vide jus Saxon. Landtrecht lib. 3. art. 22.

15 † *Deinde rem subtractam duplo reddet hîc in verbis,* vnd darzu duppelt Schoß geben.

16 † *Hæc dupli pœna, tametsi ad personas eorum pertineat, qui ad publicæ pecuniæ exsolutionem obligantur, sed eadem fiscum defraudant: Arbitraria tamen pœna mitior esse debet ea, quæ receptatoribus, sive ijs quibus cura hæc publica demandata est, dictatur.*

SECTIO XLII.

ARTICVLVS QVARTVS.

ES soll ein Rath von gemeinem Gute keinem Fürsten oder Herrn/ Geistlich oder Weltlich etwas borgen / lehnen / oder aber auch vor Bürgen sich einstellen / auff keinerley manier noch weise.

REipublicæ bonorum nihil quidquam Senatus ulli Ecclesiastici laicivé ordinis Principi aut dynastæ mutuo, commodatove dato, aut fidejubendo se intromittito, quacunque id fieri possit ratione ac modo.

BOnus enim magistratus & Senator reipubl. bonus est tutor, cujus officium in tuendo, augendo & multiplicando ærario & bono publico, non in eo diripiendo, dissipando & profundendo consistit arg leg generaliter 10. leg. à tutorib. 33. ff. de administrat. & pericul. tutor. Quocirca cum fidejubere sit

alienare

alienare & perdere; hinc fidei interpositio nulli administratorum, tutorum vel magistratuum civitatum concessa est aut permissa.

SECTIO XLIII.

ARTICVLVS QVINTVS.

WIrd einer vom Zöllner angegeben / daß er nicht recht v. erzollet habe / Ist er sonst ein vnberüchtigter Mann / so mag er sich dessen entledigen mit seinem Eyde.

A Vectigalis exactore defraudati sive suppressi vectigalis insimulatus, si integræ fidei ac famæ fuerit, juramento suspicionis causas abs se removeto.

SUMMARIA.

1. Judex defert juramentum purgationis.
2. Pejerare, & fabellas recitare, plurimis unum & idem est.
3. Juramentum est res sancta, & animæ periculi plena.
4. Personæ qualitas consideranda.
5. Levia ingenia, ad jurandum haud admittenda.

1. Auß Richterlichem Ambt kan einem Theil der Eidt wol aufferlegt werden.
2. Falsch schweren vnd Fabeln erzehlen / wird zu dieser zeit von vielen gleich hoch geschetzt.
3. Ein Eidtschwur sol hoch vnd wolbedechtlich gehalten werden / weil Seelen Heyl vnd Wolfarth daran bestehet.
4. In Eidesleistungen soll der Personen *qualitet* wol erwogen werden.
5. Leichte Gesellen / sollen zum Eide nicht verstatet werden.

6. Juramento præstito, pars adversa juranti ulterius negotium facessere nequit.
7. Juramentum finit controversias.
8. Juramentum vim solutionis habet.
9. Est majoris auctoritatis, quàm res judicata.

6. Wann geschworen / soll der Eydesleister weiter nicht bedrenget werden.
7. Der Eidtschwur hebt allen streit auff.
8. Der Eydt wird barer bezahlung gleich geachtet.
9. Der Eidt hat mehr wirckung dann eine *absolutor* oder *condemnator* Urtheil.

1 *IN crimine latente, judex quidem vi potestatis juramentū purgationis defert, licet Actor accusationem non probaverit. per textum* Authent. novissimo jure Cod. de pœnis jud. qui mal.
2 jud. Et leg. ait prætor §. fin. π. de jurejurand. † *Attamen (utut hodie parvi æstimetur juramentum, & levioribus ingenijs usitatius frequentiusq; nihil, quàm pejerando, sceleribus, mendaciis, & criminibus, fœde perpetratis, colorem aspergere)*
3 † *cum sit res sancta, ardua, animæq; periculi plena; judex in eodem deferendo, exigendoq; cautum & circumspectum se geret, ne facilè alicui auctor perjurij existat.* leg. 2. Cod. de indict. viduat. tollend.
4 † *Juridicè itaq;, & causſæ, & personæ qualitates, hujus juris conditores attenderunt, ne sine discrimine omnibus idipsum deferretur. Verbum itaq;* **unberüchtigter**/*sceleris pu-*
5 *rum ac integræ vitæ virum, requirit:* † *Levis itaq; armaturæ miles, ad juramenti præstationem minimè admittendus: judex enim inconsideratè id deferens perjurij reatū,*
6 *partim in se derivat.* † *Ubi verò juratum est, is à quo juramentum exactum fuit, ulterius detineri aut molestari non debet.*

debet. † *Juramentum enim, est litis ac controversiæ finis,* 7
auctore divo Paulo ad Hebr. c. 6. † *Solutionis vim sibi arrogat.* 8
leg. jusjurandum etiam leg. tutor. pupillo § 1. ibi sive pro solutione π. de jurejurando. *Habetq; major hæc auctoritate quàm res judicata.* leg. 1. π. de jurejurand. in verbo decidantur controversiæ.

SECTIO XLIV.

ARTICVLVS SEXTVS ET VLTIMVS primæ partis.

VErfehret einer den Zoll / vnnd wird des mit Recht vberwunden / er sol neunfaltig bezalen / vnd darzu wetten vier Marck. Gleiche straffe soll der Zöllner geben / wann er den Zol empfangen hette / vnd wolte denselben noch einmahl haben.

VEctigalis exsolutioni se subducens, & de hoc legitimè convictus, novies vectigal consuetum solvito, ac mulctæ marcas quatuor pendito. Simili pœna & præfectus, vectigal bis exigens, plectitor.

SUMMARIUM.

1. Ob neglectum vectigal in commissum omnia rapere bona, impium prorsus, ac inhumanum est.

1. Wegen verfahrnen Zols alle Güter an sich zu reissen / ist Vnchristlich vnd widerrechtlich.

I. ÆQuior hæc pœna est, quàm barbara illa quorundam locorum cõsuetudo, qua integra plaustra, naves q; mercibus pretiosissimis onustæ, ob neglectum vectigal diripiuntur, caducæq; pronunciantur: siquidem hæc pœna, nihil proportionis ad delictum commissum habet; cum tamen pœna respondere debeat culpæ, aut facinori. Imò hîc, insontibus, nihilq; promerentibus, pœna tyrannica indicitur; cum navium aut plaustrorum exercitores, delictum à magistro navis seu rhedario admissum, cavere aut corrigere nequeant. Nequaquam itaq; id pro pœna, sed pro rapina ducendum est.

COROLLARIVM.

COrollæ loco, ex horto Guicciardini, adspergam florem fragrantissimum & suavissimum, cujus odorem & virtutem, omnes ad clavum reip. constituti, jure percipere, eoq; cerebrũ, avaritiæ vitio exulceratum, repurgare conveniret, ne in vectigalibus, tributis, & exactionibus imponendis, & exquirendis, plus justo austeros, sed moderatos potius se exhiberent.

Ludovici Sfortiæ, inquit autor, legatus, ad Genuenses pecuniæ extorquendæ gratiâ missus, ab urbis patritio, comiter ac blandè excipitur, & sub horam cænæ, in hortum amœnissimum deducitur, ubi varijs florum speciebus occurrentibus, Genuensis hic patritius præ cæteris florem basilicam commendat, & decerptum legato tradit, rogans, ut eundem leniter contrectatum, naribus admoveat, & suavitatem ejusdem percipiat. Hujus itaque odore grato ac nectareo percepto, ejusdem virtutem atq; fragorem commendavit legatus: Cui Genuensis incola respondit: mi vir, ut unius ejusdemq; individui diversos & contrarios effectus experiaris, haud gravatim eandem herbam, duriusculè comprimas digitibus, ac contritam odoreris; eoq; facto, odorem adeò insuavem ac capiti noxium percepit, ut ni moderatiori flore cerebri motum sedasset, vertiginem ex violento odore contraxisset. Utroq; in hunc modum gustu ejus dum herbæ perce-

percepto, inquit convivator: mi domine legate, omnium civitatum, veluti hortorum amœnissimorum flores, cives, prout contrectantur, odorem spargunt. Si dux Ludovicus molliculis ae roseis cives suos contrectarit digitulis, suavissimum & copiosissimum exijs hauriet odorem. Eosdem verò si durius presserit, rebellionis, nec non inobedientiæ & contumaciæ succum & sanguinem exinde eliciet. Quod & Hispanus in suis quondam Belgis fuit expertus. Hunc florem, ô moderatores rerumpublicarum, carpitote, & vos, eundemq; vobis commendatum habetote, ne & vos, quibus modo de Græcorum, Romarum, Hispanorum, Gallorum, & nostra memoria Belgarum exemplis nihil suggero, idem experiamini, quod HermannusBonnus de immodicis exactionibus notavit. Et vos, qui ad persolutionem tributorum obsequiorumq; obstricti estis, modò civitatem ac rempubl. vestram sartam tectam persistere velitis, DATE, quæ sunt Dei, DEO; & CÆSARI quæ sunt Cæsaris.

Dixi & feci quæ potui,
Potui quod Christe dedisti.

Soli Deo Gloria & honos perennis.

INDEX

INDEX RERUM ET VERBORUM IN HOC TRACTATU CONTENTORUM,

Prior numerus faciem pagellæ: alter numerum ejusdem faciei monstrat.

A.

Academiarum Rectores singulis semestribus sacrosancto jurisjurandi vinculo ad privilegiorum tuitionem se adstringere tenentur. fac. 225. n. 41.

Actionis criminalis & civilis cumulatio de jure Lubecensi permissa, f. 283. n. 5.

Addico, dico, do: cujus sunt intellectus fac. 226. n. 45.

Ad fideles manus rem aliquam alicui adsignare quid? f. 322. n. 4.

Ad municipales Rubricæ, intellectus. fac. 287. n. 1.

Adspectus ætatis probandæ indicium. f. 329. n. 17.

Advena ubi & quando forum sortitur f. 47. n. 27. & 310. n. 10.

Adulatoris virtutes depinguntur. f. 144. & seqq.

Advocati & judicis personam simul nemo sibi, nisi mortalium scelestissimus, sumit. f. 238. n. 2. & seq.

Ædes sacras conspurcantes pœnâ digni. f. 363. n. 9.

Ædituorum sive præpositorum officium in rationibus dextrè consignandis. f. 374. & seqq.

Ærarij cura cui competat, f. 374. n. 4 & seq.

Ærarij seu arcæ collegiatorum cura quomodo instituenda, f. 176. n. 24.

Ætas in Senatore & consiliario consideranda. f. 162. n. 88. & seqq.

Ætatis venia, quando, quomodo & cui concedatur. f. 328.

Affines & agnati quando unà in Senatum legi queant. f. 229.

Alciati præclarum de liberis imperij civitatibus encomium. f. 17.

Alcibiadis virtutum & vitiorum comparatio. f. 147.

Alexandri Magni de ebrioso principe judicium. f. 154.

Alienatio in Ecclesiam facta, quando illicita. f. 325. n. 1.

Alienationis minus perfectæ species. f. 322.

Ambientes magistratum ab ejusdem gradu repellendi. f. 155. n. 57.

Amoris vis in omni actione magna. f. 285. n. 1.

Analphabeti judices à judiciorum limine repellendi. f. 158. n. 54.

Annonæ magistro quæ cura incumbat, f. 219 n 17.

Annonariæ leges Reipubl. summè necessariæ. f. 219. n. 18.

Annum gratiæ Megapolis probat. f. 349. n. 15.

Anseaticarum civitatum nomen, originem, potestatem, privilegia, vide fol. 17. n. 19.

Anseatici fœderis socios sectatio privati commodi eximijs privilegijs privavit. fol. 147. n. 34.
Anseatici collegij incolæ sive individua pro concivibus reputanda, f. 288. n. 3.
Anseaticarum civitatum tribuni Lubecæ congregantur. f. 288. n. 4.
Aquilæ plumis cornicum nonnullæ se vestierunt. f. 30.
Aquilæ Lubecensis denotatio. f. 65.
Archivum Lubecensium. f. 335.
Arelatense regnum esse Imperij provinciam. f. 30.
Argumentum à contrario sensu quando subsistat. f. 58.
Argentoratensium dominatus nihil imperij, auctoritatisve mutuatur à sede Episcopali. ibidem f. 36.
Armorum tractatio reip. utilis. f. 295. & 302.
Articuli juris Lubecensis omnes in dubio an recepti dicantur. f. 90.
Articulorum Lubecensium non tam verba quam mens inspicienda. f. 267.
Asinus Æsopicus non omnes recte informat. fol. 28. n. 10
Assassini non conducendi. f. 265 n. 28
Asyli jus quibus competat. f. 260.
Athenienses etiam nostrates recta norunt, sed ea facere nolunt. f. 147. n. 33
Avaritiæ crimen. f. 155. 215. 223. 224.
Augustinus commendat modestiam. f. 149.
Auctoris contestationem de nemini hoc scripto suo præjudicando, vide in præfatione & f. 83.
Auctoritatis vis magna. f. 158. n. 76.

B.

Bacillus candidus ad quid capite damnatis præferatur. f. 79. & 52.
Bardenses usum juris Lubecensis obtinuisse. f. 106. n. 29.
Belgæ alijs civitatibus jure exemplo esse queunt. f. 308. n. 2. & fol. 322.
Belli necessaria requisita & moralia. f. 292. usq; ad 305.
Besoldi opinio de priscis imperij civitatibus. f. 23. n. 1.
Bonorum reip. aliarumq; civitatum esse vel corporalia vel incorporalia, vide schema f. 336.
Borussiæ civitates nonnullæ, uti & Teutonicus ordo jure Lub. utuntur f. 107. n. 30.
Boves à judicibus dono accepti eorundem conscientias cornibus vulnerant, modò conscientiæ scintilla in ijs reperiatur. f. 218. n. 13.
Brandeburgensis Electoratus. f. 74. 77. f. 87.
Bremensium imperio sedes Episcopalis ibidem nihil confert. f. 36. n. final.
Brunovincensium statuta notata, fol. 55. n. 51.
Brunonis vicus in §. suas partes distinguitur. f. 112. n. 7.
Brunovicensis Senatus habet jus sacrorum. f. 342. n. 27.

Cæsaris

C.

Cæsaris nomen, dignitas, potestas. f.5.n.2.& f.6.n.7.
Calumniatoris vitia referuntur. fol.144.&seqq.
Campi Lubecenses quid designent. f.72.n.71.
Caput quomodo in jure accipiatur. f.67 n.12,
Caroli IV. elogium de magnificentia urbis Romæ & Lubecæ. f.334.n.1.
Caroli V. catastrophe. f.27.n.8.
Castus ut sit vir bonus, maximè in officio constitutus, & sacræ & prætoris tabulæ flagitant. f.150.n.37.
Castæ mentis antydoton. f.151.n.41.
Census quid & a quibus exigendus. f.17.n.20.f.369.n.1.
Chilonienses Holsati jure Lubecensi utuntur. f.108.n.31.
Civis vocabulum quomodo accipiatur f.288.n.6.& 7.
Cives imperij libertate eundi, excurrendi ac redeundi in negotiando præ cæteris gaudere convenit. f.18.n.21.
Civium consensus an & quatenus ad condenda statuta requiratur. f.48.n.30.
Cives sunt municipes vel incolæ. f.117.n.4.
Cives maledictionis fulmen effugere cupientes magistratum revereri debent. f.125.n.20.
Civium ordo triplex f.290.n.8
Civis proprijs armis instructus esse debet. f.303.n.20.
Civis bonus quid nosse debeat. f.334.n.4
Civis bello captus quando se liberet. f.316.n.1.& seq.
Civis ut ordine & qualitate superior esse cupit, sic onerum & armorum copia inferior esse haud debet. f.303.n.21.
Civitatibus imperialibus cur encomium Cæsareæ ac liberæ inditum. f.5.n.2.
Civitatum differentiam sublimiorem statum, formam, regimen & magnificentiam vide fol.7.n.8.14.f.13.n 13.
Civitatum mastiges & dominum & subditum perdunt, f.18.n.24.
Civitates imperij habent votum & sessionem in comitijs regni. ibid
earundem prisca forma. f.23.25.29.
f.33.
Habent votum & sessionem in comitijs imperialibus. f.33.n.6.
Civitatum divisio, f.34.n.9.
Civitates habent suas periodos. 68.& seqq.77.
Civitates haud debent esse asyla improborum. f.111.n.4.265.n.39.
Civitatibus imperialibus competunt jura sacrorum. 336.
Civitates an tuto plures admittant religiones. 339.n.15.
Civitates imperiales habent jus indicendi synodum. 341.n.20.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730599981/phys_0397
DFG

Civitates habent jus dispensandi. 342.n.28.
Civitates quò populosior, hoc illustrior. 307.n.1.
Civitates Anseatici. 33.n 7.35.n.11.
Civitatibus hisce & imperialibus iniquè denegatur jus armorum. 75.n.28.
Civitatum consuetudo laude digna. 303 n.22.
Civitates mediæ. 35.n.11.
num his peculatus judicium competat, 157.n.70.
non privatorum loco habendæ, sed sublimiori jure gaudent. 157 n.70.fol.265.n.36
an jure collectandi ad modum Lubecensium gaudeant. 368.n.3.
Civitates minimæ. 34.n 9.f.35.n.12.
Cœmiteria nostra omnis obscœnitatis expertia esse convenit. 350 n.20.
Colberga utitur Lub.jure. 104.n.21.
Collectæ de jure Lubecensi personis, non rebus imponuntur. 369.n.5
Collecta an & quomodo de bonis extra territorium sitis exigantur. 368 n.2.
Collegij Anseatici membra non sunt ejusdem gradus. 290 n.6.
Collegium Canonicorum apud Lubecenses. 36.n.fin.47.n.25
de collegijs opificum. 171.n.6.& seq.
& eorum comitivam habentibus. 267.n.44.
Colonia Agrippina. 74.n.24.
Color purpureus & niveus cujus sint notæ. 72.& seq.
Consistorium Megapolense. 347.n.8.
Consistoria habent & civitates. 342.n.24.
Consuetudo vincit omnem legem. 84.n.8.
Contractuum, testamentorum & judicij forma strictè servanda 56.&seq.
Coslinenses jure Lubecensi uti, 105.n.25.
Cumulario actionis criminalis & civilis de jure Lubecensi permissa. 283.n.50
Curatores ædis sacræ & locorum piorum, qua forma ac modo codices rationum conficere teneantur. 375.& seq.

D.

Decurionum creatio. 233.n.5.
Desertores stationis quâ pœnâ afficiendi? 304 n.27.
Diarium ab administratoribus negotiorum publicorum conscribi debere. 374.& seq.
Dico, addico, do. 226.n.45.
Diœceseos definitio. 111.&seqq.
Districtus quid. 111.&seq.
Doctori Senatorum munus detrectanti, quando id ipsi invito injungatur. 232.n.2.
Do, dico, addico, 226.n.45.
Dotis exactioni favendum. 198.n.48.
Duumviri Romani nostrarum rerump. consulibus haud comparâdi 202 n.56.

Dux bel-

Dux belli quibus virtutum generibus instructi esse debeat. 299.n.17.

E.

Ebrietatis encomium. 152.n.47.
Ebrietatem recessus imperij damnant. ibid. & 244.n.7.
Ecclesiæ, aliisq; locis publicis quando res immobiles non ritæ acquirantur. 325.n.1.
Edicta perpetua quomodo accipienda. 262.n.12.
Electoratus Brandeburgensis. 74.n.25.77.n 42187.n.13.348.n.11.
Electores ad comitia excurrentes lædens quâ pœnâ afficiendus. 275.n.87.
Electores synodum indicunt. 341.n. 20. & seq
Eloquentiæ solam non, sed loquentis animum & mores esse contemplandos. 146.n.32. & seq. 243.
Episcopale jus civitatibus imperialibus competere. 340.n.18.
Erphurtum civitas. 75.n.fin.
Exceptio loci non tuti. 271.n.69.
Executio primum & imum jurisdictionis exercitium. 310.n.9.

F.

Facultas juridica Rostochiensis juris Lubecensis observantiam respondendo probat. 98.n.9.
Facundia astuti & perversi ingenij, pernicioſa reipubl. 146.n.32.
Famuli civitatum publici cur purpureo vestiantur colore. 73.n.21.
haut ratò dominis doctiores sibi videntur, & ad respondendum promptiores. 215.n.3.
Feudalia quatenus de jure Lubecensi oneri subsint collectandi. 367.n.1.
Fideicommissaria annotatio Hamburgensis. 322.n.4.
Forma dat esse rei. 56.n.57.
Furor plebis reip. funestus. 134.n.5.
Furtivo pane nihil dulcius. 215.n.2.

G.

Gailij jurium publicorum scientissimi, de imperij civitatibus judicium. 16.n.15.45.n.11.
Galeæ ænigma. 75.
Geniculus tertius quem recipiat intellectum. 286.n.4.
Graduum computatio quomodo facienda. 240.n.2.
Grevismule utitur jure Lubecensi. 101.n.13.
Grimmenses hujus juris usum sibi vindicarunt. 106.n.27.
Gryphiswaldenses jure Lubecensi utuntur. 105.n.22.
Guicciardini elogium de liberis imperij civitatibus. 17.n.20.

H.

Habitus indecorus aut levem, aut sordidum animum probat. 150.n.36.
Hamburgum sibi proprium jus constituit. 45.n.14.f. 53.n.48.
Hamburgensia statuta quatenus in urbibus vicinis allegenda. 89.n.21.
Hastarum denotatio & usus. 76.n 41.
Hermanni Bonni Lubecensis historio-

graphi annotatio simplex, sed fide digna. 49.n.13.f.134.n.6.
Heroum filij noxæ. 66.n.10.
Homicidij in confinio admissi cognitio cui competat. 114.n.18.
Holsatiæ ducatus. 108.n.31.
Homicidis salvus conductus minime impertiendus. 265.n.28.
Honor non personæ sed officio exhibetur. 28.n.9.
Honorem regiminis ambiens ab eodem excludendus. 139.n.16.

I.

Jacobus Bordingus de Academia, nec non Megapolensium & Lubecensium provincijs optimè meritus. 267.n.47.
Immobilium rerum alienatio quando licita. 321.n.1.
Imperatoria majestas omnium individuorum celsissimum. 5.n.1.
ejus dignitas & potestas in negocijs imperium concernentibus ibid.
officium. f.5.&6.
Imperator urbem Imperij ingrediens, an protinus magistratum ejusdem exercitio imperij privet. 19.n.26.&seq.&f.23.n.5
Imperator de plenitudine potestatis imperii formam&leges fundamentales minimè mutat vel abrogat. 24.n.8.
Imperij fines augustiores & ampliores, non angustiores reddit. 29.n.2.
sine procerum regni consilio bellum haud indicit. 296.n.95
Imperiales civitates. f.5. 7.13 18.23. 25.29.33.
Imperialium civitatum jus aliud est publicum, aliud privatum. f.43. &f.265.
quinquennij spatium debitoribus concedunt. 279.n.98.
Incessus debet esse modestus. 149.n.36.
Incolæ qui. 47.n.24.
Ingenia quò excellentiora, hoc ut plurimum vitijs sunt obnoxiora. 146.n.33.
Injustitia omnium vitiorum scelerum ac fraudum sentina ac mater est. 142.n.26.
Insignium Lubecensium nota. 59.
Insignia aliena sibi fingentes falsi damnantur. 65.n.5.
Insignia cur nobilibus ac patritij ordinis hominibus concessa, 66.n.10.
Instrumentorum fides. 330.n.19.
Interusurium. 280.n.103.
Investitura principum cur hastæ traditione perficiatur. 77.
Itzeho usum juris Lub. sibi paravit. 108.n.31.
Judex quodnam jus in judicando sequi debeat. 84.&seq.
Judicis nomen & officium à justitia descendit ut jus dicat. 141.
Judicis perversi descriptio. 142.
Judices analphabeti à limine judiciorum relegandi. 158.

Judex

Judex quando, & quibus in casibus possit exercere voluntariam jurisdictionem. 180. usq; ad 204.
Judicii forma strictè observanda. 56. & seq.
Judicij locus à jurgijs debet esse vacuus. 283.
Juratoria cautio. 280.
Juramentum Senatus. 224.
civium. 225
purgationis ejusq; effecta fol.
Jurisdictio alia voluntaria, alia contentiosa: ejusq; exercitium. 187. usq; ad 294.
Jus Episcopale competit civitatibus imperialibus. 340.
Jus Lubecanum aliud privatum aliud publicum. 43.
Jus Lubec. in omnibus articulis Lubecæ non servatur. 85.
dubium quomodo conciliandum. 90.
Juris Lubec. articuli singuli atq; omnes, an in civitatibus jure hoc utentibus, recepti dicantur. 90.
Jus perpetuum quid? 262.
Justitia æquali lance omnibus admetienda. 46.
Juvenis vocabulum quomodo in jure Lubecensi accipiatur. 328.
Juvenes in peregrinando quid observare debeant. 334.

L.

Læsæ majestatis crimen, moribus nostris, etiam adversus inferiores committitur. 264. n. 22.
Lasciviæ stimulo quomodo obviandum. 151. n. 40 & seqq.
Latrones salvo conductu non gaudent. 264 n. 25.
Legatos expedire quibus competat. 243. n. 2. & seq.
Legati qualitates. ibid.
Leges regiæ quænam? 34. n. 7.
Legum rogationi haud adhibenda fex populi. 53.
Legum executio primum & extremũ est jurisdictionis, licet segnius nihil expediatur. n. 20. & seq.
Libellum famosum templi valvis affigens, gravius punitur. 363. n. 7.
Liberæ imperij civitates unde dicantur? 5. 7 13. 15 & seqq.
Liberarum imperii civitatum originem, formam, sublimiorem statum. 5. 7 13. 14. 15 16. 17 265.
Liberis imperii civitatibus competunt jura sacrorum. 336.
Libri parochialium quid probent. 329 n. 16.
Lingua docta, sed subdola reipubl. est pernicioßissima. 146. n. 32.
Littus Balticum resonat jura Lubecensia. 83. n. 1.
Loquacior quantò, tantò impudentior 283. n. 2.
Lubecæ originem, statum, qualitatẽ, formam, regalia sublimiora ei competentia, ejusq; territorium, districtum diœcesin, dominatum imperium, & quæ sparsim præterea de hac repubi.

republ. sunt congesta. vide f. 5.6. 7.13.
quomodo gladio & sanguine libertatem pepererit, & tutata sit. 14.17.
Lubeca olim, non verò hodiè, præfectum agnovit. 23.25.33.36.
habet dominium regalijs illustratum. 44.
jus aureis sigillis munitum. 46.50.55.
Lubecæ insignia, eorumq; notæ. 64. & seqq.
Lubeca recurrente periodo infaustiore, insignes experta est vicissitudines. 68.
Lubecensium campi vermilius & candidus quid designent. 72.
Lubecensibus, alijsq; civitatibus iniquè denegatur jus armorum. 75.78.
Lubecensis statuta à quibus civitatibus & populis sint recepta. 83.95. & seq. 110.
Lubecensis diœcesis. 113.133.
Lubecensibus num competat peculatus judicium. 157.
Lubecæ collegiorum conventus non sine magistratus consensu tolerantur. 171.224.264.290.327.335.
Lubecense capituum. 36.n.fin. 47.n.25.
Ludi litterarij utilitas & necessitas. 354.n.1.
Ludi moderatoris officium. 355. per tot.
Luhiadum gens in Megapoli imperium exercet in Marlovienses 104.n.2.
Lusatia à quo, & qua fide regno Bohemiæ adjecta. 30.

M.

Magdeburgum quid à sede habeat Episcopali. 36.n.fin. 74.n.25.
Magistratus utriusq; tabulæ custodes esse debet. 186.n.2
commodum publicum & numerum opificum rectè auget. 308.n.4.
Magistratus bonus Scholarum curam diligentissimam gerit. 354.
Magistratus nostratium civitatum veniam ætatis concedit. 328.
Majestas Imperatoris. 5.6.19.23.
cœlo delapsa. 27.n.1.
Non se Deum esse falso sibi persuadeat. 27.n.6.
Mala fide res imperij ne Nestorijs quidem annis præscribuntur. 30.n.3.
Marcus Mejer justas seditionis & civilis discordiæ pœnas dedit. 125.n.20
Marlovienses vicus utitur jure Lubecensi. 104.n.19.
num habeat merum imperium. ibid.
Mastiges civitatum quantum domino & subditis noceant, & quid tentent 18. & 44.n.6.
Mechanici sublimioribus rebuspubl. regendis planè inepti. 134. & seq.
artis suæ exercitio aptissimi. 136.
Romæ à publicis officijs excluſi. 139
armis tamen instructi esse debent. 303.n.22.
delinquentes in æde sacra gravius puniendi. 362.n.4.

Megapo-

Megapolensium civitates plærasq; municipibus Romanis cõparantur. 35.n.13.
Megapoleos oppidula qualia. f.ibid.
Mos in provincialibus ferendis legibus. 52.n.54.
politica constitutio ubi & quando servanda. f.88.n.17.
Megapoleos heroes Henricus & Albertus juris Lub. observantiam concessere. f.96.n.175.n.20.
homicidis, non tamen dolosis, salvum concedit conductum. f.265. 298.309.342.347.
Memoria mediocri præstare debet Senator. f.157.n.73.
Mendace homine nil fœdius. f.144.& seq.n.29.
Mercatorum ac civium libertas imperij, reip. ac civitatum nervus. f.18.n.22.
Mercatorum differentia, & qui ad honores admittantur. f.169.n.2.
Methodo nihil pulchrius nihilq; aptius. f.117.in princip.
Miles civitatis jure gaudens, eiusdem onera ferre tenetur. f.232.n.2.
Militis streuui requisita. f.101.
Miradæ num ex sede Episcopali aliquid accedat auctoritatis. f.36.n.fin.
Minor quo anno de jure Lubecensi & Saxonico major evadat. f.328.n.2.
Modestia consiliarium & Senatorem apprimè commendat. f.148.n.25.
superbiæ frenum injicit. f.149.n.36.
Molitorum, textorum, opilionum, Vandalorum liberi an in collegium recipiendi. f.175.
Morbus, grandior ætas excusat à publicis muneribus.
Morum elegantia in Senatore & Adsessore omninò requiritur. f.165.n.100.
Morum probitas in juvenibus necessaria. f.328.n.10.
Munera publica lurconibus, oscitantibus & curandæ rei propriæ minus idoneis, neutiquam committenda. f.123.n.22.
Munerum captione omnibus, qui sunt de collegio Senatus aut principis, sub maledictionis fulmine, interdictum. f.215.n.2.
Municipia nostratia qualia. f.230.
Muri civitatum quatenus sancti. f.352.n.25

N.

Neapolis Holsatiæ usum juris Lubec. habet. f.108.n.34.
Nemo cujus significati. f.232.n.1.
Noribergensium Respublica. f.74.n.25.
Nuptiarum clandestinarum, consummatione ilicò, vi voluntariæ jurisdictionis interdicendum, f.198.n.47.
Nuptiæ haud reddunt quempiam majorem. f.328.n.3.

O.

Occasio sceleris ipso scelere magis vitanda. f.150.n.39.

Oenopoliorum magistris quid cavere competat. f.218.n.15.
Officia publica, aliquo saltem vitio laborantibus, haud committenda. f.123.n.12.& seq.
Oldenslo jure Lubecensi utitur. f.108.n.24.
Opificum qualitas. f.169.n.1.
Opificum statuta non rarò bruta, 172 & seqq.n.14.
Opilionum, textorum, molitorum, Vandalorum liberi num ad collegia licita admittendi. f.175.n.22.
Oratore subdolo nil pestilentius. 146.n.23.
Originarij peregrinis præferendi. f.165.n.101.

P.

Pactorum inter subditos & magistratus, maximè illustres, initorum vis & auctoritas. f.297.n.12.
Paradoxon illud, Electorem, principem ac civitates, tantum in suis posse territorijs, quantum Imperator in imperio omnis est minus felicis. f.16.n.13.
Parentum annotatio quid probet. 329.n.15.
Parochialium libri quid probent. f.329.n.16.
Patriæ proditoris pœna. f.224.
Pax religionis complectitur civitates Imperiales. f.338.n.12
Pœna proditoris. f.222.n.30.
Pœnæ æstimatio quomodo moderanda. f.356.n.2.
Patriam potestatem inducunt justæ nuptiæ. f.118.n.8.
Patricij præ cæteris reip. præficiendi f.
Patronatus jus quid sit. f.345.n.1.
Patronum facit vel fundatio, vel constructio, vel dotatio. ibid.
Patrono competentia. f.346.&seq.n.2.
Peculatus crimen. f.156.373.n.1.
Pecuniæ publicæ quæ? f.365.n.1.
Peregrinationi addicto quid observandum. f.334.n.2.
Perjurij pœna. f.227.
Pietas fundamentum rerump. & sanorum consiliorum solidum f.141.23. 338.
Piraticam exercentes salvo conductu indigni. f.264.n.26.
Pistor sedulò cavebit ne pinsendo placentulas sibi in gehennæ abysso digerendas conficiat. f.219.n.18.
Plebis judicium lubricum, inconstans & reip.noxium. f.134.n.7.
Plebis lingua, garrientis monedulæ loquacior. f.135.n.9.
Plebis furore nil tristius, nil exitiosius nihilq; pestilentius. f.137.n.17.
Pomeraniæ civitates nonnullæ municipibus Romanis comparantur. f.35.n.13.
Pomerania tres status provinciales agnoscit. f.87.n.14.
sine horum statuum consensum non suscipit bellum. f.297.n.13.
Pomerania habet synedrion. f.347.n.6.

Portæ

Portæ civitatum quatenus sanctæ. f.352.n.26.
Præceptoris requisita. f.355.n.
Pribislaus, non Burovinus, urbis Rostochii fundator. f.95.
Primicerij collegiorum ad rationes tenentur. f.176.
Principes pomeraniæ in criminalibus servant constitutionem criminalem Caroli V. f.44.
leges provinciales nullas ferunt non adscitis ordinibus. f.52.n.55.
Proditionis scelus, & pæna. f.222.264.313.
Prudentia sine candore malitia est. f.146.
Publica reip. jura, exactius enodare laboris est haud exigui. f.336.
Pupillorum bona, juri collectandi subsunt. f.369.
Pyrrhi Epirotarum regis virtutes & vitia. f.148.

Q.

Quadriga civitatum imperialium, Augusta, Aquisgranum, Metis, Lubeca. f.17.
Quispiam, vocis, intellectus. f.262.

R.

Rectores Academiarum gravi juramento reip. litterariæ devinciuntur. f.225.
Religionis cura intentissima habenda. f.186.
Religionis cura politicis novellis supervacanea & fastidiosa. f.338.
Religiones diversæ an in republ. tolerandæ.
Religiosum locum commendat mundicies. f.350.
Rendesburgum Holsatiæ oppidum utitur Lubecensi jure. f.108.
Rerum immobilium alienatio quando reipubl. permissa. f.321.
Respublicæ, regnæ & civitates, nec non & homines suas habent periodos. f.69.
Respubl. à quibus regenda. f.134. & seq.
Reipubl. columnæ duæ. f.295.
quando rerum immobilium alienatio interdicitur. f.321.
Reipubl. negotia, cumprimis publica, studiosè notanda. f.335.
Reip. bona quomodo dispescenda. f.335.
Resp. aut civitas an plures religiones admittere debeat. f.338.
Roma sola, urbis nomen meruit. f.33.
Rostochium non ex minimis sed mediæ classis urbibus. f.35.
condit sibi statuta. f.44.
Pribislao & non Burovino auctore fundata. f.95.
Henrico & Alberto ducibus Megapoleos annuentibus, observantiam juris Lubecensis obtinuit. f.95.
Rostochienses aut Lubecam, vel ad curiam provincialem provocant. f.97.
Rostochij in judicando senatus servat jus Lubecense. f.98

exceptis causis criminalibus, & consuetudine aliter obtentis. ibid. legum recitatio collegiatis sub pœna injungitur. f.172.266.285.309. leges pro rostris edicendo inhibent rerum alienationem in extraneos. f.321.

Rutgeri Rulandi de liberis imperij Civitatibus judicium. f.15.

S.

Sacrorum locorum prophanatio impia & cohibenda. f.350.

Salvi conducti materia latius digesta. f.205.usq; ad 280.

Sapientia turgidi & tumentes muneribus publicis minimè præficiendi f.124.

Saxoniæ Electores ad legum provincialium lationem status Electoratus vocant. f.51.44.77.

Saxonica fides. f.207.
in salvo conductu servanda. f.272.275.

Schema bonorum ad remp. Lub. pertinentium. f.336.

Scholarum cura bono magistratui præ cæteris cordi esse convenit. f.354.

Schyphi argentei oculos judicum reddunt plumbeos. f.218.

Scipionis Gentilis JCti judicium de civitatibus imperialibus, eas tantum posse in suo territorio, quantum Imperator in imperio. f.15.

Secretiorum consiliorum eliminatione nihil frequentius. f.222.

Secreta pandens abscisione linguæ secretiloquæ plectendus. f.ibid.

Secretiora consilia non cuivis de collegio pandenda. f.247.

Seditiosi summa imis permiscent. f.133.

Segeberga Holsatiæ utitur jure Lubecensi. f.108.

Senatus Lubecensis aliarum Civitatum optimi legum suarum interpretes. f.58.

Senatorum uni quando creditur. f.207.

Senatusconsultum à quibus ferantur. f.276.

Senatoris boni requisita consistunt in pietate: justitiæ amore: verilo-quio: adulationis, calumniæ, thrasonicæ jactantiæ odio, animi rectitudine: modestia: castitate: sobrietate: honorum declinatione: avaritiæ detestatione: variarum rerum scientia: auctoritate non thrasonica sed Platonica: silentio & similibus virtutibus. f.141.&seq.

Senator quæ munera licitè capiat. f.220.

Senator invito collegio se abdicare nequit. f.230.

Senatoria dignitas munerib. ordinarijs accensetur. f.233.

Senatoris qualitates probè examinandæ. f.235.

Senes annum sexagesimum agentes excusantur à reip. muneribus. f.164.

Sepul-

Sepulchrorum violatorum pœna. f.351.
Sepultura communis. ibid.
Seſſio in comitijs quid tribuat civitatibus. f.33.
Silentium.
Sobrietatis virtus. f.152.
Sponſi utplurimùm rei ſeu doti, ſecundario perſonæ, infæliciſſimo tamen omine, nubere conſueverunt. f.119.
Spurij num in collegium recipiendi. f.175.
Statuta Lubecenſia & aliarum civitatum à quibus condenda. f.43.
quomodo interpretanda. f.55.56.229.
Stolpenſes jus Lubecenſe obſervant. f.105.
Stralſundium à multis annis uſum juris Lubecenſis recepit. f.90.102.
appellat ad Senatum Lubecenſem, aut ad judicium provinciale. f.103.266.
Stupor noſtratium deplorandus. f.308.
Suburbia cum urbibus, ceu matre, ejuſdem cenſentur qualitatis. f.33.n.2
Suffragium quid, & quousq; ob ſuffragium munus rectè recipiatur. f.220.
Sultenſe oppidum jure Lubecenſi utitur. f.103.
Sumptuariæ leges ſtrenuè exequendæ. f.155.
Superattendentium cura. f.348.

T.

Templorum ædificatio privatis haud conceſſa. f.341.
Templa diverſæ religionis ſocijs minimè concedenda. f.349.
Templa noſtratia jus aſyli habent. f.360.
Templa vacua eſſe debent à jurgijs, concertationibus, & boatibus incivilium hominum. ibid.
Territorij notatio, jus & effectus. f.113.
Teſtamentorum, contractuum & judiciorum forma ſtrictè ſervanda. f.56. & ſeq.196.199.
de ejus teſtibus. f.207.
Teutonicus Boruſsiæ ordo jus hoc rogando obtinuit à Lubecenſibus f.107.
Textorum, molitorum, opilionum, Vandalorum liberi an collegij jure capaces cenſendi. f.175.
Thraſonum mores graphicè depicti f.144.&ſeq.
Tortura. f.273.
Transfuga quando recipiendus. f.313.
Travemunda juri Lubecenſi ſubeſt. f.113.
Treptovium juris Lubecenſis particeps. f.106.
Tribunorum noſtratium creatio num rebusp. noſtris expediat. f.49.
Tribuni collegiorum ad rationum examen ſunt obſtricti. f.176.
Trivialis & regiæ Scholæ utilitas & neceſſitas. f.354.
Tundera Holſatiæ juris Lubecenſis uſum recepit. f.108.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730599981/phys_0407
DFG

Turrium utilitas. f.365,
Tutela quid. f.119.

V.

Verbipotens vox, cujus significati & auctoritatis. f.268.
Vicus quid? f.111.
Vina furtim ad clavum reip. epota, sitim hujus seculi restinguunt quidem, sed futuri æterni excitant. f.258.& seq.
Vina immatura ægrotantibus venena f.219.
Violatores sepulchrorum. f.351.
Vota numero paria, quomodo dirimenda. f.236.
Urbis districtus. f.269.
Urbs non quavis fece plebis replenda f.309.
De usufructu. f.197.

W.

Warnemunda utitur jure dominorum suorum Rostochiensium. f.113.
Wismaria ad medias urbes rectè refertur. f.35.
utitur jure Lubecensi. f.98.
Wollinenses gaudent jure Lubecensi. f.106.

X.

Xenium quid, & quando licitè recipiatur. f.217.220.

Register

Index oder Register/dessen Zahl das Blat andeutet/an welchem die materia zubefinden.

A.

Adler des Röm. Reichs/wohero die von Lübeck denselben führen / vnnd dessen merckliche bedeutung. fol.68.

Alter zu welcher zeit es vom Regiment entschüldigt / fol.132. zu melcher zeit Junge Leute jhr rechtes alter erreichen. fol.326.

Alterleute der Empter/ vnd was denselben obliegen thut. f.168.

Ambtsvorrath / wie er auffzuheben vnd zu berechnen. 168.

Anfee Städte können mit *contributionen* der Türckenhülffe nicht beleget werden. fol.10.62. haben vor vielen Jahren jhre Ammiralschafft in nothfellen gehalten. fol.63.184.231.286.

Arme Leute in Städten / wer dieselbe nach seinem anbefohlenē Ambte nicht in acht hat / desselben Erben werden am hunger Brodt nagen. f.211.

Articulus primus tit.1.lib.1. Lübischen Rechtens ist am 125.blatte. Der ander Articul f. 197. Der dritte f. 205. Der vierdte Articul f.209. Der fünffte Articul f.228. Der sechste Articul f.230. Der siebende Articul f.234. Der achte Articul.f. 236. Der neunde Articul. f. 239. Der zehende Articul f.240. Der eilffte Articul.248. Der zwolffte Articul f. 281. Der dreizehende Articul. f.284. zu befinden.

Des andern Tituls dieses ersten Buchs *Rubrica* oder Oberschrifft.f.286. Desselben ersten Articul f.291. Der ander Articul f.305. Der dritte Articul f.312. Der vierdte Articul f.315. Der fünffe Articul f. 318. Der sechste Articul f.324. Der siebende vnd letzte Articul dieses andern Tituls.325.zu suchen.

Des dritten Tituls des andern Buchs Lübischen Rechtens erste Articul f.364. Der ander Articul. f.366. Der dritte Articul f.371. Der vierdte Articul f. 378. Der fünffte Articul fol. 379. Der sechste vnd letzte Articul.f.381.zubefinden.

Assecuration revers was dieselbe vor wirckung haben. 293.

Auffreiben der Handwercker höchlich verbotten. 168.

Auffwiegler finden sich allewege vnter der Bürgerschafft/welche vnterm schein des gemeinen besten/wirrung anfahen/ Aber wie die Exempel bezeugen dem Regiment hochstschädliche Feinde seyn fol.39.& 126.

Außgestrichne in wolbestalten Regimenten nicht zugedülden. f.182.

B.

Barth ist auff Lübisch Recht bewiedmet. f.94.

Becker welche der Armuth an Gewichte / oder Gülte des Brodts ichtes was entziehen / laden auff sich schwere straff/ fluch vnd bittere armut. fol.221.

Begreb-

Begrebnusse nicht zubeschedigen oder zuverunruhen. fol. 345.
Beld was bedeute. fol. 109.
Beredsamkeit mißbraucht / ist ein süsser gifft im Cörper des Regiments. f. 128.
Beweißthumb. f. 206.
Blutrhot oder Purpurfarbe in Fürstlichen vnd Städter Wapen / was deroselben bedeutung. fol. 61.
Blutsverwanten gezeugnuß ist in Rechten zulessig. f. 327.
Jacobus Bordingus D. ist ein wolverdienter Mann gewesen. f. 253.
Chur Brandenburg fol. 81. 256. hat den Patronen der Kirchen die enturlaubung der Prediger dero örter nachgegeben. f. 344.
Braunschweig hat seine vnterscheidene Weichbilder f. 109. auch Geistliche *Jurisdiction*. f. 333.
Brautschatz ist manchem lieber vnd weerder dann die Braut. f. 116.
Bürger müssen in viel Städten jhren Eydt Järlich leisten fol. 214. 231. 286.
dreyerley stände der Bürger. fol. 287. 292. 294. 316.
Bürgermeisternahme vnd Ehrentitul erjnnert diese Herrn nicht jhrer hoheit/ sondern beschwerlichen Ambts. f. 120.
In was fällen Bürgermeister jr Ambt vnd *Jurisdiction* ausserhalb Gerichtes ohne zierligkeit des *processus* können verrichten. f. 180. biß 186. 229. 253. 326.
Bürgerrecht ohne vnterscheid allen nicht zuverstatten. fol. 307

C.

Caroli IV. vnrühmliche thaten/ fol. 29.
desselben herrliches gezeugnuß/ so er der Stadt Lübeck gegeben. f. 331.
Caroli V. verenderung des Glücks. f. 26
Churfürstlichs *collegium*/ wie es des Käysers todt betrawret. f. 22.
Chur: vnd Fürstliche Obrigkeiten machen Satz: vnd Ordnungen mit zuziehung jhrer Stände. fol. 40.
Churfürstenthumb Brandenburg. f. 62. 81. 256. 344.
Chur vnd Fürsten fol. 252. 257. 293.
Chur vnd Fürsten / wie auch Reichsstädte haben Geistliche *Jurisdiction*. f. 333
Clöster/ Gottesheuser vnd Clausen nicht zu Weltlichem gebrauch anzurichten. f. 344.
Collecten wann dieselbe auff Güter / so in der Obrigkeit *territorio* nicht können abgeleget werden. fol. 367.
Cöln muß dem Ertzbischopff daselbsten in gewissen fällen das Gebiete gestehen. f. 61. 287.
Consistoria oder jhre besondere Kirchengerichte haben Städte. f. 333.

D.

Diebe sein zweyerley art/ vnd wie dieselbe/ so das Regiment bestelen/ zu straffen. f. 372. &seqq.
Dreyerley verkehren sonderlich das Regiment. fol. 129.

E.

Wer Ehebrecher / welche dieses Lasters vberwiesen/ nicht ernstlich straffet / machet sich

jhrer Sünde theilhafftig. f.129.
Ehre geschicht nicht der Person sondern dem Ambte. fol.26.254.
Ehrentitul werden nicht zur yppigkeit/ sondern erinnerung schüldiger Ambtsgebühr gegeben. f.120.
Ehrenämbter seyndt keinem Haperade anzuvertrawen. f.130.
Eydt / welchen die Rathsverwandten Järlich schweren sollen. f.213.
welchem theil der Eydt vom Richter könne aufferleget werden. f.379.
Eltern/welche jhre Kinder nicht recht vnd wol erziehen / seynd des nahmens nicht würdig. fol.353.
Embter vnd Zunfften/ können sich keine Gesetze noch Rollen machen/ohne vorwissen vnd beliebung der Obrigkeit. fol.166.167.
Enderung der Regierung/ bringet vnzweifflich verenderung des Glücks. fol.126.
Erben können sich selber in das Sterbhauß wol setzen. f.183.
Erfahrenheit ist der beleſenheit weit vorzuziehen. f.132.
Execution einer einzigen guten ordnung/ ist dem Regiment / Stadt oder *Collegio* nutz : vnd dienlicher/als wann es hundert newe Satzungen machte / welche nicht gehalten werden / wie bey vielen nicht vnbreuchlich. fol.116.
Exempel Göttlicher straffe der Auffwiegeler. fol.127.

F.

Die Juristen Facultet allhie spricht in gewissen fällen vnnd Städten nach Lübisch Recht. fol.231.
Fahnen zusambt deren Speren in Fürstlichen vnd Städter Wapen/was deren bedeutung sey. fol.60.
Falscher eydtschwur wird bey vielen weinig geachtet. f.379.
Feldtmarck vnd derer bedeutung f.109.
Flachgelarte seint dem Regiment schädlicher als vorträglicher. f.80.
Frühereiffichen / ob vnd welche dafür zu halten. f.168.

G.

Gastgeber müssen auch wider jhren willen ehrliche frembde Leute beherbergen. f.183.
Geblüt ist allwege *affectioniret*. f.235.284.
Geburtstunde wie zuerweisen. f.327.
Gefangene so nach Lübischem Rechte zu rantzioniren.
Geheimnusse zu verschweigen/ist bey vielen sehr schwer. f.126.131.212.
Geitziger Richter dem Regiment vnd der lieben Justitz hochschädlich. f.130.209.210.
Gleidt / von weme / welchen Personen/ vnd in was fällen/auch auff was art es zuertheilen. fol.251.biß 259.
Gemein Stadtgut kan von keinem mit redlichem gewissen an sich gezogen werden. f.365.
In Gericht : vnd Rathstuben/Cantzeleyen vnd Audientzien sol kein Gezeuck vñ

Büffelsgeschrey gedüldet werden. 282.
Geschencke/ ob/ wann/ vnd in was fellen dieselbe zu nehmen. f.130,209.&seq.
Geschlechtere in vornehmen Städten/ zu was intent jhnen Helm vnd Schildt zu führen erlenbt. f.60.
Die von Geschlechtern werden in wolbestalten Regimenten zu öffentlichen Embtern vor andern erwehlet. f.126.
Zu getrewer Handt einem was ins Stadtbuch verzeichnen lassen/ wie solches zuverstehen. f.320.
Gewonheit oder *viridú observantia locorũ*, wird nach beschriebenen Käyserl. Rechten vorgezogen. fol.81.
Gnaden Jahr. f.344.
Gottesdienste vnter dessen verrichtung keine tumult anzurichten. f.359
Gottesfurcht aller Städte vnd Regimente grundtfeste/ wo sie ohne heucheley ist. 127.332.
Gottesheuser zu vnsern zeiten/ seynd nit weiniger befreyet/ als der alten Greichen/ Römer vnd Abgöttischer Leute Tempel. 359.
Greiffswaldt ist auff Lübisch Recht gewiedmet. f.93.
Grevesmühle ist mit Lübischem Rechte begabet. ibid.
Grimmen *observiret* Lübisch Recht. ibid.
Güldene Bulla kan nicht auffgehoben werden. f.22.31.32 287.
Güldene Becher vnd Silberne Geschencke kan kein ehrliebender Richter nehmen.

H.

Halbbrüder können zugleich nicht in einem Rathstul sitzen. f.228.
Hamburg kan sein eigen Recht ohne einiger hohen Obrigkeit ersuchen/ *constituirē* vnd *publiciren*. f.38.41.
Handwercker f.127. Deroselben vrsprung vnd ruhm.166. denselben ohne hochwichtige vrsachen Gesellen zuverbieten ist höchlich verbotten. f.167.294.360.
Hanseischer Bund ist ein vhraltes vnnd löbliches *collegium fol.* 62. welchem mit keinem fuge seine herrlig: freyheit vnd *defension* kan abgestrickt werden. f.187.
Heimliche Verlöbnusse können auch ausserhalb Gerichts *inhibiret* werden. f.184.
Heimligkeit zuverschweigen ist bey vielen eine schwere Hertzen angst. f.126.131.141.
Helm vnd Schildt warumb dieselbe geführet werden. f.59.62.
Herrndiener seint zum offtern des witzes so voll/ daß sie jhren Herrn von hinderwerts das Latein oder den witz einraumen. fol.209.
Herrenloß Gesindlein in keinen Städten noch Landen zugedülden. f.182.
Hohen personen/ vnnd welche in ehrenständen sitzen/ ist nach dem *judicio Alexandri* nichts verweißlichers/ dann das man sie mit warheit vor Weinschleuche vnd Bierbälge schelten kan. f.129.
Hungrige Mücken soll man zum Geblüt des Regiments nicht lassen kommen. f.133.

Jemand

J.

Jemand / diß wort bedeutet in Satzungen vnd Stadtrechten so wol Weibliche als Mannes personen. fol. 251.
In Injurien klagen ist auff den autorem vnd anfanger des streits billich zu sehen fol. 282.
Injurien Sachen können nach Lübischen Rechten zu des parts Thur vnd Wandel: dann auch auff Richterliche straffe angestrenget werden.
Instrumenta beweisen. f. 327.
Jüngling wie diß Wort recht zuverstehen. f. 326.
Jugend was dieselbe in jhren reisen observiren sollen. f. 331.
Jugend soll vor allen dingen in Regimenten / Städten / Communen vnd Heussern in fleissiger vnd höchster auffacht gehalten werden / vnd wie solches geschehet. f. 353.
Junge leute seyn hitzig vnd zum Regiment nicht allzeit dienlich. f. 121. 132.
Jungfrawen schänder. f. 360.

K.

Kauffhandel muß frey gelassen werden / wo Städte floriren sollen. f. 10.
Kauffhändler können zu Ehren embtern befordert werden. f. 166.
Käyserlicher Mayt. hoheit / person / Ambt vnd Macht. f. 2. 3. 4. 12. 21.
Kay. Mayestat kan keinen Standt des Reichs ohne der andern Stände zuthun dememberiren. f. 22. 28. 29. 41.
Kinder vnd Pupillen Güter werden verschosset. f. 369
Kirchen / Capellen vnnd Clausen nicht zuveröden noch niderzureissen. f. 344. dann es sein befreyete örter. f. 345. 359. 360.
Kirchenbücher beweisen f. 327. wie dieselbe zuverfertigen / vnd in richtige ordnung zu bringen. f. 372.
Kirchen / Hospital vnd armen Güter wie dieselbe vorzusehen. f. 372.
Kirchhöffe sein befreyet. f. 345.
Klüglinge so sich selber was bedüncken / vnd andere reformiren / seynd gewisse Narren. f. 121.
Kolberg gebraucht sich Lübischen Rechtens. f. 93.
Köslin helt Lübisch Recht.

L.

Landstelle. f. 185.
Landtages Abschiede was dieselbe vor wirckung haben. f. 293.
Landtwehr wie weit sich dieselbe erstrecket. f. 109.
Legation vnd deren Personen. f. 241.
Lehengüter wann dieselbe nach Städten recht zu collectiren. f. 366.
Liegende Gründe vnnd stehende Erbe / wann dieselbe nicht zuvereussern. f. 32.
Loß ist in streitenden votis vnd meinungen der Schiedrichter. f. 235.
Lübeck ist vnmittelbar vnter dem Reich / f. 2. 3. 4. Eine von den vier vornembsten Reichsstädten / vnd hat durch Schwerdt vnd Blut jhre Freyheit erworben. f. 7. Hat Landsfürstliche Botmessigkeit. f. 9 &seq. 21. 36. 37. 38.
Lübisch Recht verbindet auch Frembde wegen jhrer contracten vnd Thathandlungen. f. 39. 41. 42.
Lübisch Stadt Wapens bedeutung. f. 60 63.
Lübisch Recht an welchem ort vnd in was Städten es gehalten wird. f. 80 biß 92.
Lübisch Recht wie es in zweifflichen fällen zuerkleren. f. 82.
Lübisch Recht wird in allen seinen Articuln gehalten / daselbst Stadtrecht oder Gewonheit jhme nicht entgegen. fol. 82. 93. 109 110 116. 126. 166. 180. 213. 231.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730599981/phys_0413
DFG

252. 254. 287. 292. 307. 316. 326. 331. 332.
Lübeck hat sein Consistorium. f. 333.
Graff Adolpff von Holstein/ vnd Hertzog Heinrich der Lewe/ haben alle jhre hohe Obrig: Gerechtig: vnd Freyheit der Stadt Lübeck verkaufft. f. 343. 365. 369
Lügen ein vberauß groß Laster/ vnd was dieselbe vor Trabanten zu nachfolgern hat. f. 128.

M.

Marlow hat begnadung auff das Lübisch Recht. f. 93.
Meckelnburg. 41.
Meckelnburgische Policeyordnung verbeut das auffreiben. 168. Verstattet Todtschleger/ so kein dolosum homicidium begangen/ zum Gleide. f. 252. 293
Löblich ists alhie geordnet / daß kein einschleichendes vnd vnbekandts Gesindlein in dienst auff vnnd anzunehmen/ aber viel löblicher ist dieses Gesetzes execution. f. 307.
Dem löblichen Hause Meckelnburg stehet die Geistliche Jurisdiction zu. 333. 343. 344
Meineydige. 214.
Meuchelmörder. 252.
Mißthäter warumb denselben der weisse Stab wird fürgetragen. 64.
Müllerkinder. 168.

N.

Neustadt in Holstein gebraucht sich Lübischen Rechtens. 94.
Niederlendische Städte wohero dieselbe so mechtig vnd im jtzigen flor seyn. f. 11. Dero art / dadurch sie jhre Städte in auffnehmen / macht vnnd herrligkeit bringen/ ist wol in acht zu haben. 206.
Vom Nießbrauch oder Vsufructu. 183.

O.

Obrigkeit wie sich dieselbe in jrem Ambte verhalten soll. 109.
Jst Gottes dienerin/ vnd an dessen stat/ welche auch Heydnische / geschwiege Christen Menschen in acht gehabt. f. 116.
Der Obrigkeit gutes Exempel schaffet mehr Frucht vnd nutz denn harte straffen. f. 116.
Auff was art eine Obrigkeit ein ansehen erlanget. 131. 179. 184.
Obrigkeit kan ohne der Vnterthanen bewilligung keine Kriege anfahen. 293.
Obrigkeit kan zu diesen zeiten fast kein rühmlicher werck fortstellen/ dann das sie gemach vnd pedetentim die manufacturen befordert. 307. 326. 327. 333.
Obrigkeit kan keine Kirchen Frembder Religion verwandten erleuben noch einraumen. 344. 345.
Obrigkeit vornembstes Ambt vnd sorgfeltigkeit solt in beforderung Göttlicher ehre/ erhaltung Kirchen vnd Schulen bestehen. 353.
Herr OMNIS regirung bringt gewissen vntergang oder grossen abbruch der Freyheit. 129.

P.

Panckrotirer Güter wie dieselbe auffzubieten. 64.
Patron kan keinen Clienten enturlauben. f. 343.
Patronat weme vnd wohero es zustehet. 343.
Paursleute so jhren Herrn vnd Junckern entlauffen / wie dieselbe zu vindiciren. f. 181.
Pommern. 37. 41. 81. kan keine Krieg bewilligen ohne der Stände beliebung. 293. 344.
Prediger der reinen vnverfelschten Religion

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730599981/phys_0414
DFG

ligion seynd vnter der Weltlichen Oberkeit. 333

Q.

Quinquennal wie vnd weme es zuertheilen. 259.

R.

Rabulen vntugend. 80.
Rathspersonen/vnd was bey deroselben Wahl in acht zu haben. 120.135.
Ein Rathsherr soll seines Stadtrechtens wol kündig seyn. 131.132
In was fellen Rathspersonen je Ambt vnd Gewalt können verrichten ohne zierligkeit einiges processus. 180.biß 186.
Woferne dieselbe jhre anbefohlene auffsicht der Armuth vnnd gemeinen Bürgerschafft zum besten in victualien vnnd Brodte nicht trewlich verwalten/werden die jhrigen am hunger Brodt nagen. 211.
Eydt welchen die Rathsherrn Järlich schweren sollen. 213.241.331.
Rathsschläge so Gottes ehre betreffen/ werden nachlessig fortgesetzet. 332.
Vor einen Rathschluß ist derselbe nicht zu achten / welcher nicht in sitzendem Rathe/oder von dem mehrern theil des Raths beliebet wird. 258.
Rathstelle oder Rathstandt begehren ist eine gewisse anzeige eines vnruhigen Gemüts. f.130.
In Rathstuben oder Gerichtsstellen soll gar kein zanck geduldet werden. fol.282.
Rectores der hohen Schulen mussen bey eintritt jhres Rectorats schweren. f.213
Regimente werden in allen wolbestelleleten Städten der Welt / durch die vornembste bestellet. f.126.
Bestehen auff zwo Häuptseulen. 271.392.
Reichshändel des gantzen Reichs betreffend / mussen mit vorwissen Chur: Fürsten vnd Reichsstädte berathschlaget werden. f.3.
Reichsstädte wohero dieselben jren namen/Frey: Gerechtig: Hoheit vnnd Macht haben. f.2.4. Seint zweyerley art/vnd wohero sie Freye/vnd des Heiligen Reichs/Städte genennet werden. f.7.8. Seind ein stand des Reichs. f.9. haben Landsfürstliche bottmessigkeit. 10.21.31. werden nebenst den Reichsfürsten zu Legationen vnnd Handlen verordnet. f.32. ertheilen Gleidt. f.251.252.259.332 333.
Richter hat seinen nahmen von recht richten. f.127.
So er geitzig ist / verkehret er alles recht. 130.
Gerichte vnd Rathsherrn in was fellen dieselbe ohne zierligkeit des processus jhr Ambt verrichten können. fol.180.biß 186.214.
Richters vnd Advocaten stelle zugleich halten/geschihet von keinem ehrliebenden / sondern einem meineydigen Buben. f.237.
Römisch Reich. f.22. Wohero es heilig geheissen vnd zu halten. f.25.
Rostock fol. 32. ist auff Lübisch Recht bewiedemet. f. 92. Von weme die Stadt erbawet. ibid. Muß in peinlichen fällen nach Kaysers Karols des 5. Halsgerichtsordnung sprechen. f.93.167.253.320.
Rote Farbe im Lübischen Felde / was dieselbe bedeute. f.61.
Rüstung. f.294.

S.

Sachsen Recht. f.12.40.82.206.258. 326.
Schäffer Kinder, f.168.188.

Schmeschrifften/welche an Kirchen/oder Rathsheuser angeschlagen werden/ seynd mit dem Schwerte zu eiffern. 360.
Schoß/wann vnd von was Gütern könne gefordert werden. f. 366.
Schulen wie hochnötig dieselbe sein/vnd wie dieselbe zu bestellen. 353.
Schweigen können eine grosse tugend. f. 126 131.
Schwerin hat sein eigen Recht. f 93
Schwetzer seyn schädliche Vögel dem Regimente. 126. 131. 212.
Seeraub. 252.
Segeberg helt Lübisch Recht. 94
Schmeichler finden sich in allen Regimenten. 128
Schon: vnd Züchtigkeit helt offt einen gefehrlichen Kampff. f 128.
Schotten. f. 168
Schwacheit. f. 242.
Schwägere. f. 229
Speere/warumb Fürsten vnd Städte dieselbe führen. 63
Stadt/was eigentlich eine Stadt sey. f. 31. ein vberauß grosser vnnd merklicher vnterscheidt vnter der Römer Städte/ vnd deren Regiment/vnd itzigen Stätten. f 31. Dreyerley art Städee im Römischen Reich. f. 32. 37. Stadtrecht zu machen/ ob die Vnderthanen darzu zu ziehen. 40. vnd ob des Oberherrn consens dazu nötig. fol. præced. & fol 41.
Städte haben jhren gewissen lauff vnnd vntergang. 61. 109
Stadtbürden. 231.
Stadtwohnung. 232.
wie Volckreicher eine Stadt/je herlicher vnd mechtiger sie ist. 306.
Stadtfeinde verderben Herrn vnd Vnderthanen. f. 11.
Stadtverräther. 212. & seq. 251. 213.
Stadtgüter seynd zweyerley art 332 372.
Stadtmauren/ Graben vnd Wälle/vnnd von deren befreyung. 345.
Statuten/wie dieselbe zuverstehen 228. 325.
Stolp observiret Lübisch Recht. 94.
Stralsund hat den gebrauch Lübischen Rechtens vor 300. Jaren erlangt. 93. 253.
Strassenreuber. 252.
Sultz hat privilegia auffs Lübische Recht. f. 93.
Superintendens. 344.
Synodos kan die Weltliche Obrigkeit in Religions Sachen anordnen. 333.

T.

Tellerlecker finden sich bey aller Obrigkeiten. 128.
Testament nach Lübischer art. 42 183. 184. 206.
Teutschen machen viel newe vnd heylsame Satzungen/ halten aber dieselben wenig oder gar keine/ sit venia veritati. f 307.
Teutscher orden in Liffland/ hat Lübisch Recht vom Rathe daselbst gebeten. 94.
Thumcapitul zu Lübeck. 39. 343.
Thürme ob dieselbe den Städten nützlich. 360.
Todtschläger wann denselben Gleidt zuertheilen. 251. & seq 360.
Tranemunda gebraucht sich Lübischen Rechtens. f. 109.
Newen Treptow hat Lübisch Recht. f. 94.
Trunckenheit aller anderer Sünde Brunquell. 129.
Tunder gebraucht sich Lübischen Rechtens.

V.

Vbergabe/ zu Latein Donatio genandt. f. 184

Verehrung wann dieselbe vom Richter könne genommen werden. 130.209.
Vier Holsteinische Städte als Kiel/Itzeho/ Rendesburg vnnd Oldenschlo gebrauchen sich Lübischen Rechtens. 94.
Vnbewegliche Güter von Städten nicht zuvereussern. 320.
Vngerechtigkeit ist aller Regiment zum Vntergang ein anfang. 127.
Vnderthanen so bald dieselbe böß vnnd Gottloß werden/vberkommen Tyrannische Oberkeit. 120.
Können ohne Obrigkeit in Religionssachen nichts endern/ wie auch hinwider die Oberkeit. 333.
Können keinen Krieg anfahen/ohne der Oberkeit erlaubnuß. 293.
Vnverstendige Leute zu keinen Ehrenämbtern zu befordern. 131.
Vnzucht ein schändlich laster. f. 128. vnd soll man sich nicht allein vor der that sondern auch allen argwohn hüten. f.129.
Voigtbare Jare/wann dieselbe nach Lübischem vnd Sachsischem Rechte sich anfahen. f.326.
Verleumbder ist ein schädlicher vnnd Schandvogel. f.128.
Verräther wie dieselbe zu straffen. f.212.& seq. f.251.
Vorstädte gehören mit in Bürgerlichen beschwerungen vnd Freyheiten. f.31.
Vorsteher vnd von deren Ambt. f.372.
Vortreffliche Gemüter seynd gemeinlich mit grossen Lastern behafft. f.128.
Verwandte seynd allezeit affectioniret.

W.

Wahl der Obrigkeit/ was bey derselben in acht zu haben. f.120.
Wapen der Chur/Fürsten/ Städte vnnd Adel/zu welchem intent dieselbe gegeben. f.59.62.
Warnemünde gebraucht sich Rostockischen Rechtens. f.109.
Weber Kinder. f.168.
Wehre. f.294.
Weichbild/was es sey. f.109.
Welchen Personen der Stadt das Regiment anzubetrawen. f.126.
Welcher seinem eigenen Hause nicht weiß vorzustehen / wie wolte er öffentliche Ehrenämbter vnnd andere officia bedienen. f.121.
Weingürgeln können nichts rechtschaffenes verrichten. f.111.
Weinherzu Ambt. f.111.
Weisse Farbe im Lübischen Felde / was dieselbe bedeute. f.61.
Wenden. f.168.
Wißmar gebraucht sich Lübischen Rechtens. f.93.
Wittwen vnd Wayssen. f.182.
Wollin helt Lübisch Recht. f.94.

Z.

Zanckdurstigen Haderkatzen kan eine jede Oberkeit bey Straffe gebieten/sich alles scheltens/ vnd vnzimlicher rede zu enthalten. f.184.
Zauberer. f.360.
Zeugen. 327.
Zeugheuser haben alle vornehme Städte f 62.
Zoll vnd von dessen verführung. f.381.
Zucht vnd Erbarkeit in Regimenten hochnötig. f.128.
Zu getrewer hande zuverzeichnen / was es sey. f.320.
Zunfft vnd Embter können sich keine Gesätze noch Rollen machen/ ohne der Obrigkeit beliebung. 166.167.

FINIS PRIMÆ PARTIS.

De erratis corrigendis admonitio ad Lectorem.

CVm mihi ex negotiorum fæcunditate, aliàs satis distracto, nec rarò ad aliquot dies aliorsum evocato, sphalmatum in hasce nostras pagellas irreptorum, copiam insperatam præcavere haud licuerit: Operæ precium me facturum putavi, si ex hisce, in opusculi relectione repertorum indicem, calci ejusdem subjicerem, quò cuilibet eorum demptio, & genuinæ lectionis restitutio facilior esset.

Bene vale.

Index Erratorum Typographicorum.

In præfatione prima in fin. pro XIV. subjice XII
In præfatione altera, facie secunda lin. 13. pro judicatū, lege judicat, is.
pag. 2. lin. 2. lege perigraphes.
pag. 3. lin. 1. lege partū I.
pag. 4. lin. 11. leg. acceptam.
pag. 6. lin. 16. verbo ferat, præmitte negativam, haud.
pag. 14. lin. 14. leg. consequutæ. lin. 18. leg. personali.
pag. 17. lin. 21. lege urgeri, & ibi lege tyrannide.
pag. 21. lin 8. lege obtinuerint.
pag. 28. lin. 9. lege reluctantem.
pag. 35. lin. 18. verba habeatur subjunge copulam, ac.
pag. 36. lin. 3. lege qui. lin. 15. verbo adimant: præmitte, illū.
pag. 37. lin. 11. lege habeant.
pag. 39. lin. 13. lege ligant.
pag. 40. lin. 3. leg. inquietū.
pag. 43. lin. 15. leg. ferantur.
p. 44. l. 10. leg. summam. lin. 11. pro & lege aut. lin. 17. leg. Wollin.
p. 46. lin. 2. leg. confirmat. lin. 6. lege pro munivit, munitam tenet.
p. 49. lin. 6. dele in.
p. 53. l. 9. lege gestiat.
p. 55. l. 14. post. civili, insere vel.
pag. 56. l. 12. post ultimu, insere voluntatibus
pag. 61. l. 26. dictioni præter adjice quam.
p. 62. lin. antepenult. leg. operam.
p. 67. l. 11. leg. atuntur.
p. 68. lin. 5. post majorem, insere, in. lin. 6. leg. evulserint.
p. 69. l. 10. leg. transmutata.
p. 70. l. 24. pro in, leg. per.
p. 74. l. 7. leg. candida. lin. 8. candoris. ibid post splendoris insere denotat.
p. 75. l. 19. pro infra leg. innostra.
p. 76. l. 18 l. præmio. l. 21. bellum..
p. 78. l. 3. dictionibus sive re insere vocem alia
p. 81. l. 19. leg. Juri.
p. 83. lin. 5. in princ. dele sit. lin. 19. leg. hodierna.
p. 87. l. 5. l. redactas. l. 18. pro ne, lege in, l. 19. leg. Lubeca.
p. 88. lin. 1. dele primum provincialis. lin. 21. l. consarcinator.
p. 90. l. 8. voci videndum, præmitte, Ac.
p. 96. lin. 2. leg. tam.
p. 98. lin. 6 leg. grassu. lin. 8. leg, consuetudinum.
p. 103. lin. 16. leg. habet.
p. 106. lin. 9. leg. Civitatem.
p. 107. l. 1. post viridi insere esse.
p. 108. lin. 15. leg. præbuerunt.
p. 109. l. 16. leg. Diœceseos. l. 24. l. Diœcesis.
p 115. l. 4. l dominio l 13. l. castellorum.
p. 116. l. 15. pro honores lege homines. lin. 2. pro sotium lege dotium. lin ult. leg. liceat.
p. 120. lin. 18. leg. Senatore, ibid. pro ejus l. eo.
p. 123. l. 13. l. delectum. lin. 17. l. provinciam. l. ult. in fin litteræ H. adjice. I.
p. 128. l. 15. post abdita insere, se..
p. 129. lin. 8. l. participes lin. 29. l. temulentiæ. l, 35. l. abligurium.
p. 133. l. 21. l. usæ ibid. leg. eā. l. 22. l. transformata.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730599981/phys_0419
DFG

p. 134. l. 23. voci dynastias, præpone eos.
p. 135 lin. 5. pro si leg. hi.
p. 136. lin. 18. leg. opulentiores.
p. 137. lin. 5. leg. eligendi.
p. 139. lin. 17. lege arripit.
p. 142 lin. 4. lege omnium.
p. 146. lin. 19. lege pullulare.
p. 147. lin. 9. pro quibus lege qui, lin. 19. lege virtutes.
p. 150 lin. 7. pro ut l. &, lin 17. l. extremè.
p. 151 lin. 10. leg. admotum.
p. 152. lin. 11. leg flaminii.
p. 156. lin. 11. leg avarus.
p. 157. lin. 4. pro anteriori, nos deleto, repone hic.
p. 159. lin 9. voci ansati præmitte, qui lin. 20 inf. dele præ lin. penult. l. parabit.
p. 160. lin. 11. lege attenduntur. lin. 14. lege consultationis.
p. 162. l. 15. post quos, insere minimè hic.
p. 164. lin. 17. pro cum lege eum.
p. 166. lin. penult. lege Lubecæ.
p. 167. l. 23. l. opificium.
p. 169. lin. 7. leg. superane.
p. 180. lin. 12. post arte insere, &.
p. 171. lin. 7. l. Lubecæ.
p. 173. lin. 2. lege artificum. lin. 16. pro magistratui ad mulctam persolvendam, lege: ad persolvendam mulctam magistratui.
p. 175. l. 8. l. sartorũ l. 23. provincia l. 26. l. noxã
p. 177. l. 10 l. conservet. lin. 11. lege collegij.
p. 178, lin. 6. pro cum lege enim.
p. 179. l. 6 l. sereator. l. 10 l. indicitor,.
p. 180. l. penult. prius &, converte in sed.
p. 184 l. 23. post corporalis insere cœpto. ibid post eosdem insere a.
p. 187. l. 9. l. parituros l. 16. jurisdictionis.
p. 189 l. antepenult dele sit.
p. 194 pro vigilaret curet. leg. vigilarent curent.
p. 198 lin 20. lege, possunt.
p. 199 lin. 18. pro hoc lege hæc.
p. 202 lin. 17. leg. rumpant. l. 18. pro mittunt hos. lege mittant, in hos.
p. 203. l. penult. pro ultimo sed. leg. Sen.
p. 205. l. 10 dictioni testamentorũ, adjice, ve.
p. 206. lin. 7. l. censetor.
p. 210. l. 1 l habeat, liu. 8 l. naturæ.
p. 211. l. 1 lege Oenopoliorum-
p. 215 l. 8 & 9 pro vertat percipiat. lege vertunt percipiant. l. 22. l. repræsentantẽ cœcã.
p. 218. lin. 1. pro &, lege ex
p. 219. l. 10 l futura l. 11. dele eorum, l. 12. lege redditura.
p. 224. l. 4. post servitutis, insere, eidem.
p. 225. l. 7. post intactam, injice præstarent. linea 12. lege acceptam.
p 209 l. 11 pro non, lege, nemo lin. 12. haud, dele
p 230 l. 9 voci tam præmitte porro. l. 13. voci applausum præmiete &.
p. 232 l. 17. l. omnino. l. 23. leg. incolatum.
p. 235. linea 17. lege hæc.
p. 238. linea 12. l. luculenta,
p. 240. lin. 11. pro tùm lege tamen, lin. 12. lege detrectanto.
p. 243. l. 17 voci obiter præmitte Hîc.
p. 244. linea 21. lege repudiarat.
p. 248. linea 3. lege præstituta.
p. 251. linea 9. lege accipienda.
p 252. l. 15. post prior, insere sententia.
p. 264. l. 6 pro judicio lege arbitrio.
p. 267. linea 1. lege concedendi.
p. 268. linea 11. lege fasces.
p. 269. linea 2. lege placitum.

p. 271.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730599981/phys_0420
DFG

p. 271. lin. 4. lege sine. lin. 15. lege itineri.
p. 272. linea 11. lege offerenti.
p. 273. linea 10. lege occurrentibus.
p. 276. linea 9. lege præscriptioni.
p. 277. linea 21. pro at lege &.
p. 278. linea 16. voci generalem promitte tradit. linea 25. voci executioni promitte se.
p. 282. l. 18. post cumulatio insere actionis.
p. 283. linea 9. lege ereent.
p. 285. linea 22. lege suspicione.
p. 287. linea 35. lege Rubricæ.
p. 288. l. 2. l. nostra. l. 18. lege Emporia.
p. 289. l. 4. pro seu l. sed. l. 17. l. complectitur.
p. 290. l. 4. l. sint lin. 13. l. fictili. l. 15. leg. descendendo. l. 22. pro capiant. l. perci piant.
p. 293. linea 19. lege consentiment.
p. 294. lin. 10. post numero insere primarij.
p. 295. linea 5. pro est, lege &.
p. 296. l. 9. l. Reipublicæ.
p. 297. l. 20. primum esse dele, linea penult. lege respiciat.
p. 299. l. 12. l. magistratus l. penult. l. primas.
p. 300. l. 17. pro recte lege veste.
p. 301. linea 17. pro Monsicar lege Monsieur.
p. 305. l. 8. lege patrius. lin. 10. lege animosiorem.
p. 306. linea 13. lege aperiendus.
p. 307. lin. 16. lege bonarum.
p. 309. lin. 13 pro fice, lege fece.
p. 310. lin. 9. post effectus mitte?, l. 10. l. jubet.
p. 311. lin. 16 lege professum.
p. 312. l. 12. dictioni bona præmitte, ejus.
p. 314. lin. 1. lege transfugas.
p. 317. l. 7. pro nunc lege num. l. 11. pro venandi hostiam lege venandæ hostium lis detrectando l. 16. pro aliosq; l. 20. voci in præmitte qui, lin. 25 lege deperditis.
p. 320. linea 12. lege pervomant.
p. 322. linea 17. lege transfert.
p. 325. l. 6. l. potestasve. l. 16. pro hæc lege hac. linea 17. lege Imperatoria.
p. 327. linea antepenult. lege quid. lin. penult. lege requirantur.
p. 336. lin. 5. lege corporalia. l. 8. pro incorporalia lege corporalia l. 10. lege aperiundi.
p. 338. l. 21. l. agitentur. l. 22. pro jura lege cura
p. 339. linea 8. lege diversa.
p. 341. lin. 16. l. Papa.
p. 346. linea 16. lege ipsamet. l. 19. pro nequeat lege queat.
p. 348. lin. 7. post illis insere, &.
p. 349. lin. 8. leg. ignoranti lin. ult. leg. prophanum.
p. 350. linea 23. l tributam.
p. 354. lin. 10. leg. dignam. lin. 15. leg. Schola. lin. 17. lege sine.
p. 355. l. 4 l. venenatæ. lin. 7. leg. dissemivant.
p. 357. l. 14. post minimam insere quidem.
p. 358. l. 8. post præceptorum insere usum.
p. 359. lin. 7. lege maturinus.
p. 360. lin. 1. lege mechanicas.
p. 362. linea 8. lege admittat.
p. 363. l. 23. lege arbitrantur.
p. 366. lin. 15. lege pendunto.
p. 368. linea 13. lege sitarum.
p. 369. l. 3. l. lucri. l. 5. l. indigitatæ; l. 11. voci collectandi subjice saltem.
p. 376. l. 18. pro duc. lege die. l. 22. pro præsumuntur, tenentur. lege præsumitur, tenetur.

Folgen

Folgen etzliche Errata in den Teutschen Summarien befindlich.

Pagina 4. linea 2. pro seiner *lege* ihren.

pag. 8, pro Rechsstat / *lege* Reichs-Stätten.

pag. 10. lin. 27. voci gnedigst / *præmitte* aller.

pag. 11. lin. ult. pro Rechtstage / *lege* Reichstagen.

pag. 29. lin 4 pro Adelsfed / *lege* Adelersfeddern.

pag. 39. lin. 28. pro vnd *lege* an.

pag. 42. lin. 2. lege gerichtlichen.

pag. 109. lin. 12. in verbis gemeinen nutz *insere* als eigen.

pag. 116, lin. 22. lege Ehebredung *& lin. 27.* Heurathguth.

pag. 120. lin. 27 post sey / *subjice* zuerwegen.

pag. 121. lin. 10. lege commendiren.

pag. 128. lin. 28. pro gerecht *lege* gemüthe.

pag. 132. lin. 20, dele nicht.

pag. 132. lin. antepenult. post Jahren *insere*, in.

p. 133. l 3. pro vnd *lege* an *lin. 5. post* erwehlung *insere* eines. *lin. 12 pro* außnagung *lege* allnugung.

pag. 145. lin. 21. pro begert *l.* begehet.

pag. 167 lin. Antepenult. pro vnrecht *leg.* recht. *lin. ultima pro* Meister *lege* Mehrer.

pag. 183. lin. 3. pro bedingten *lege* bedienten. *lin. 24. pro* besicht *l.* besitz.

pag. 184. lin. 29. pro vorbieten *lege* vorbitten.

pag. 249. lin. 4. post. jhme *insere* sich.

pag. 257. lin 2. pro seinen *lege* seinen.

*pag. 287. lin. 19, pro patrat*stand *lege patritiat*stand.

pag. 294. l. 10 pro sie *lege* die vornehme.

pag. 307. lin. 20. pro denselben *lege* der Obrigkeit.

pag. 331 lin. 14. pro ausserliche *lege* eusserliche.

pag. 360. lin. 11. post schmehet *insere* der.

pag 367. lin. 11. voci ist *subjice* wahr.

Hæc sunt benevole Lector, quæ in relectione mihi occurrerunt, tibi si præterea leviuscula se objecerint, propria industria, facilimo negocio te correcturum confido.

Benè vale.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730599981/phys_0422
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730599981/phys_0426
DFG

elbe vom Richter
rden. 130.209.
ote als Kiel/Itze-
od Oldenschlo ge-
chen Rechtens 94.
von Städten nicht
320.
er Regiment zum
ng. 127.
dieselbe böß vnnd
erkommen Tyran-
120.
zkeit in Religions
/ wie auch hinwi-
333.
anfahen/ohne der
293
zu keinen Ehren-
en. 131.
laster. f. 128. vnd
llein vor der that
gwohn hüten.
f.129.
dieselbe nach Lü-
chem Rechte sich an-
f.326.
schädlicher vnnd
f.128.
e zu straffen.
f.212.& seq. f.251.
it in Bürgerlichen
Freyheiten. f.31.
ten Ambt. f.372.
seynd gemeinlich
behafft. f.128.
eit affectioniret.

was bey derselben
f.120
sten/ Städte vnnd

Adel/zu welchem intent dieselbe gege-
ben. f.59.62.
Warnemünde gebraucht sich Rostocki-
schen Rechtens. f.109.
Weber Kinder. f.168.
Wehre. f.294.
Weichbild/was es sey. f.109.
Welchen Personen der Stadt das Regi-
ment anzubetrawen. f.126.
Welcher seinem eigenen Hause nicht weiß
vorzustehen / wie wolte er öffentliche
Ehrenämbter vnnd andere officia be-
dienen. f.121.
Weingürgeln können nichts rechtschaffe-
nes verrichten. f.111.
Weinhertzu Ambt. f.111.
Weisse Farbe im Lübischen Felde / was
dieselbe bedeute. f.61.
Wenden. f.168.
Wißmar gebraucht sich Lübischen Rech-
tens. f.93.
Wittwen vnd Waysen. f.182.
Wollin helt Lübisch Recht. f.94.

Z.

Zanckdurstigen Haderkatzen kan eine jede
Oberkeit bey Straffe gebieten/sich al-
les scheltens/ vnd vnzimlicher rede zu
enthalten. f.184.
Zauberer. f.360.
Zeugen. 327.
Zeugheuser haben alle vornehme Städte
f 62.
Zoll vnd von dessen verführung. f.381.
Zucht vnd Erbarkeit in Regimenten hoch-
nötig. f.128.
Zu getrewer handt zuverzeichnen / was
es sey. f.320.
Zunfft vnd Embter können sich keine Ge-
sätze noch Rollen machen/ ohne der O-
brigkeit beliebung. 166.167.

FINIS PRIMÆ PARTIS.

the scale towards document
Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 976
Patch Reference numbers on UTT
Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730599981/phys_0427
DFG